His imaginibus Rex pauefactus, cum pr̄ timore medios somnos interrumpere, maledixit dici, in quo nouisler Comitem Arundelium. Auxit quoq; mentis insaniam, quod audiuit vulgus commune Comitem reputare pro martyre, atque peregrinationes fieri ad corpus eius Londini inter Augustinianos humatum. Iam plurima signa affixa fuerant à populo, ad sepulchrum illius. Ea Rex iussit deponi, & locum sepuliturae sub pauciamento occultari. Occidit pr̄terea Rex Ducem Gloucestriam suum patruum; Comitem Warwicium carceri perpetuo addixit, & Thomam Arundelium Archiepiscopum Canthuariensem, quod in eo Comitio, in quo de p̄enit capitalibus agebatur abfusset, proscripti, atque exilio multauit. Dati sunt ei quadraginta dies, quibus si non exiret patria, capite plecteretur. Is Romanus profugit, & in maxima gratia cum Bonifacio Papa vixit; qui ad Regem scripsit, ut tam illustrem nobilicemque Pratulam in p̄istinam gratiam ac dignitatem restitueret. Sed cum nihil proficeret bullis ac verbotenus, cum ad S. Andrea Archiepiscopatum in Scotia transtulit, & multis Ecclesiasticis dignitatibus in Anglia eum inuitato Rege prouisionis titulo locupletare statuit. Quod cum Rex accepisset, Bonifacio, acerrime in Archiepiscopum inuectus, his verbis scripsit: *Thomas, proditoris non exp̄ nostra Regia maiestati insidias fabricauit; pro cuius demerito, imo potius inexplicabilibus maleficiis, is eternam solūm passus est extilsum, qui pati potius debuit & merito proditoris supplicium.* Vnde Dei reverentia, fuit propria nostra maiestas Regia: *de quo dolet eadem Regia celsitudo, dolent etiam & mirantur omnes & singuli Regni nostri: cum iam intelleximus eundem Thomam ad vestra sanctitatis presentiam euocatum, & talibus consolatoriis sermonibus ipsum, ut dicunt animafie, quod ad eadem beneficia vel maiora intra nostrum Regnum; vel saltem in partibus nostra ditioni subditis se credit verisimiliter prouocari, & in his, & in aliis, sedis apostolicae autoritate communi-ri. Quod quia directe & immediate contra flatum nostrum & Regi nostris pacificam gubernationem, ac manifestum periculum, quod silentio pr̄termissu renderet, vita nostra comite nullatenus tolerabimus, & si rotus mandus ad hoc quonodlibet consentirent. Nouimus enim hunc hominem ad medullas nouimus eius animum, impatiens quidem paci cuiuslibet, qui ad inueteratas imaginationes nobis suscepisti, totam intentiosis sue congeriem, & si non publice, tam per fucata velamina, si liberum ad partes nostras poterit habere recursum, inter nos nos leges deriuabit.* Prouideat igitur sancti Apostolatus vestri discrecio, ne hac in parte tale preiudicium contra menem presertim nostram & conscientiam nobis, quod tamen via credere possumus inferatur, per quod inter Sacerdotium & Regnum

scandalorum materia valeat exoriri, qua forsan tam leuiter spiri non poterit, sicut ex causa in honesta inconsiliis generari. Ut enim plaus non sicut sermone vitatur; antiquus nobis beneficium esse non poterit, qui notoriū inimicū dextras exhibet sive confert. Alibi namque, si volēs placuerit, prouidere sibi poteris; dum tamen nobis manu non intingat in catino. Quod enim in partibus à nobis distantiis & remoto sibi prout vobis placuerit prouideatis, Regia maiestas equanimitate poteris tolerare. Hanc quiesamus materiam cordi teneriter commendatis, prout volueritis quod Regia deuotio ad vestre voluntatis beneficium deuotius accendatur.

Hec Richardus Bonifacio scripsit. Bonifacius porro, Rogerum Walden Eboracensem Decanum & Londonensem Episcopum, ad Canthuariensem Ecclesiam transtulit: qui toto et tempore, quo Thomas peregrinatus est, se pro Archiepiscopo gesit, Synodos celebravit, constitutionsque nonnullas prouinciales tulit. Continuator Polychronius, & Valdung in Richardo 2. deth. Anglicani.

Deicit sibi ea ratione Bonifacius Richardum, ut in hoc anno suppeditas Carolo Galliarum Regi miserit, contra Ioannem Galeazium Mediolanensem Ducem, Bononiensem subditis Ecclesiae Romanae, & Florentinis, Mantuanis, atque Atestino sociis infestum. Tyrannice is dominabatur in Italia, atque ad regiam dignitatem, perspecta Wenceslai Romanorum Regis ignavia aspirabat. Itaque contra illum Proceres & Vrbes Italae societatem cum Bonifacio iniuerant. Has & illos cum immodece vexaret, in societatem foderis Carolum Regem accuerant. Erant aliae præterea Carolo causa contra Galeazium. Huīus filia Valentina, Ludouico fratri Caroli nupta, dicebatur Regem potionibus effascinasse, ut Ludouico maritiam ad Regnum administrandum aperiret. Enimvero Rex frequenter laborabat phrenesi, quam putabant à malificio venefica mulieris accidisse. Hinc existimabatur Ioannes Barrensis, multa vir (eo tempore) litteratura, qui Burgundica erat clientela, magice ab Aureliano duce acerbitus, & igne crematus. Inde duo monachi Augustinianae nationis, exuti Sacerdotio & capite plexi, quod votati ab Aureliano ausi leuamen polliceri Regi propemodum illum interemissent. Valentina etiam, beneficiorum, & malarum artium, quas à patre suo didicisse cerebatur, suscepit, pulsa ex aula. Enimvero Galeazius, non abstinentis alieni sanguinis, solenne habuerat his in vitam aliorum grassari. Nam priorem vxorem suam Isabellam Regis Gallorum Ioannis filiam toxicó necauit, quamquam datus ex illa filios procreasset. Eodem modo suscepit sibi fratrem de medio sustulit. Robertum Bauaram per medium quandam suum magna corruptum pecunia vidente cibo absumere conatus est. Franciscum Carrarensem, ablato ei per vim Patauio, caput veneno extinxit. Gallorum etiam Regem potionare dicebatur, ut generum suum Ducem Aurelianensem ad Regni gubernacula subueheret. In summa, ingenio callido, astuto, malo, prauoque, animo tam ambitioso vt posthabito Dei timore, per proditio, veneficia, omnemque tyrannidem ad Regnum grassaretur. Huius gener, quod in veneficos animaduertisset, fors auertenda suspicione, & in Philippum Burgundionem Ducem patruum deriuandæ criminationis fecit: implacabili odio in illum propter Regni administrationem exæstuans, in qua verari Philippum pati nullo potu modo, sive concepta se absque patruo tandem ad Regale solium alcensurum. Promisit Anglus Carolo in Galeazium auxiliares equites mille, & sex milia sagittariorum: eaque ratione Bonifacium recreauit, propositi & subditis follicitum. Meyer annal. Fland. lib. 14.

Galeazius quietis impatiens, omnes infestabat. Et in regno quidem Neapolitano, Ludouico Andegauensi aperte spiritus faciebat; ceterum Ladislao fucum inducebat, cum illi hoc anno quedam ab armis donaria mississet; sc. thoracem ferreum, scutum chalybeum, gladios duodecem, totidem velles militares, ornamenti equi pretiosa, & nonnulla alia. Aduersus tamen illum, Andegauensi armatum excitabat, cum Ladislao focios principes Italos, & vires pontificias detraheret; Florentinis, Bononiensisibus, Perusinis, Rauennatisbus, Atestino, Mantuano & Carrarenisisibus bello illato.

Bonif. pro
Ladisl.
Reg. & a-
liis a Ga-
llatio ve-
xatis labo-
rat.

Non defuit Bonifacius Ladislao; sed partim auxilia misit, partim patrarios Ludouici, ut eū vel defererent, vel Neapolitano diuercent follicitauit. Et quidem Ioannes Bonifacii frater, tertia legatione suscepit, Ducem Suissanum, qui non ita pridem ad Ludouicum defecratur, impunitate & restitutione bonorum proposita, Ladislao recociliavit; adeoq; ingens robur illius rebus à viro potentissimo adicit: Sancteuerinates vero, Auinionensis auxilia vel incerta, vel sc̄a, vel potius nulla in posterum futura perspicientes, & tum Ladislai successus felices, Ludouici autem seiores, à proxima manu Bonifaciana, ap̄sidentes, quamquam non aperte Ladislao, saepebant tamen; & qua ratione Regis potentioris iram aliquando mitigarent, cogitant, atq; excogitarunt cum Ludouico persuaserunt, Neapolim tantisper relinquere, inque Calabros concederet: qui, quod Regem nunquā est proximo vidissent, tanto maiora venientia subsidia, virōs, arma, committit, pecuniam & reliqua ministrarent. Faciebant eo consilio, ut per Ludouici absentiam, Neapolitanam urbem Ladislao experiret. *Summont. hist. Neapol. lib. 4.* Pro aliis quoque, in reliqua Italia, à Galeazio vexatis, Bonifacius laborauit; & Calabri Malatessam, Flaminia pro Romana Ecclesia Praefectum, ad Principes, socios, & ad Galeazium destinauit; qui iuberet, ut certis conditionibus arma deponerent, & per foedera mutua pacem sempiternam, vel saltrem inducias cōponerent. *Orlando Malavolti de rebus Sic. parte 2. lib. 10.*

Venit per id tempus Venetias Austriae Dux, & paulo post Gallia Regis nepos, proficisciendi in Syriam cansa, ad Christi Regis nostri Iepulchrū visendum, adorandumque. His ab Antonio Venerio Duce, iustitia ad miraculum cultore, & à Patribus, itum est obtutam, magnique exhibiti honores, nec non dual exhibita tritemes, instructæ, quibus vterque in Syriam nauigauit; cum prius ad seueritatem Veneri obstopuisse, Aloysius eius filius, cuiusdam patricia feminæ amore captus, in mari illius inuidiam, cornua ad eius ianum suspenderat. Super eare, quæstio ne decreta, flagitiū coniunctus, patris iudicio carceri perpetuo addicitus, tentate alienæ pudicitæ, & illata contumelia pœnas luit. *Inflammat. hist. Venet. lib. 6. & Petrus Mirellus in Venero Duce.*

Eadem tempestate, quam ingenti odio Græci in Latinos flagrarent, non obscurio indicio significarunt. Theodorus Porphyrogenitus Emanuels Constantinopolitani Imperatoris frater, à progressibus Turcicis rebus suis metuens, Peloponnesi principatum, Corinthum, Spartam, & alias non ignobilis ciuitates, Rhodianis militibus vidererat. Ibi Spartanus Episcopus, ritu Græco innititus populis præfectus, sua curæ subiectis ad concionem vocatis, tantum odium Latinorum apud eos concitauit, ut maluerint extrema omnia sustinere, quam illos in possessionem vibis admittere. Iam Baiasites Turcarum Imperator Argum vires intercepserat, & Spartanis infesta arma ostentabat. Illi tamen tyranndem imminentem magis expetivare, quam tutelam à Rhodianis certissimam accepere maluerunt. *Basis de rebus Rhodiorum lib. 4.*

A N N O C H R I S T I 1398.

Bonifacii Pap. 9. Wenceslai Regis Romanorum
Anno 9.

Anno 22.

SUPERIORIBVS mensibus, per occasiohem pestilentialis Auenione graffantis, Petrus Luna Antipapa ad Pontem Sorgo secesserat. Ea remitteente, cum in codem Castro, sacra Natuvaris Dominiæ folleonia celebrasset, Auinionem, nonnisi tribus antiCardinalibus comitatus, reuersus est. Pampilonensem, Viuariensem, & Anticeniensem dicebant. Reliqui, per eandem pestis contagiohem, ab eo defecerant. Populus Auinionensis, Cleri principis defectione incitatus, quamquam ingenti honoris specie, & insigni adhuc pompa Petrum reducem recipiebat, ad ostentationem tamen omnia faciebat, nec nisi in speciem, faustum, felicem, fortunatumque aduentum illius dicebat, atque per dolum, quasi verum Christi vicarium innu-

Antip. se-
catores
Auenion.
disecedent
eo deferto
Surita in
ind. lib. 3.

Galeazzii
tyrannis &
fclera.

I. Petri Anti-
pap. à di-
uersis mo-
nit in pro-
posito per
tinacia.

Ecclesia
Gallie. à
Petr. Anti-
pap. fece-
dit.

Antip. se-
catores
Auenion.
disecedent
eo deferto
Surita in
ind. lib. 3.

Ioannes Gebennensis tituli S. Anastasia Vicecancellarius Viuariensis, Ioannes de Murolio Arvernius, Petrus Lugdunensis tituli S. Petri ad vincula maior pénitentiarius Aniciensis, Guillelmus de Verzeio Burgundio, presbyteri: Hugo de S. Martiali Lemouix, Petrus ex Vernio Lemouix, Amadeus Salaffus ex Marchionibus Salafforum, & Petrus Blauii S. Angeli, Diaconi Cardinales. Cum Petro autem Luna remanerunt, quos adiungo; Martinus Calma Pamphilensis, Ferdinandus Perecius Caluillius Turianensis, Berengarius Anglecola Gerundensis, presbyteri; Gaufridus Boilius, & Bonifacius de Amannatis diaconi anti-Cardinales.

III.
Auenio
capitur &
Antip. in
arc obli-
detur.

Desertam ad hunc modum à Petro-Lunanis Auinio-

nem, Bucicauis Gallicarum copiarum ductor, Venay-
fino Comitatu potitus, ad vi. Idus Septembri, die fe-
sto Nativitatis Beatæ Mariæ, cum aliquot militarisbus
manipulis ingressus, populum ad arma concitauit, & Pe-
trum Lunam in arcem compulsum, circumsestumque, ob-
sidione cinxit: tum deinde & cuniculis circumquaque a-
etas, & omni tormentorum vi, ad deditonem facien-
dam compellebat. Inter hæc etiam Cardinales, nonnulli
copiis collectis, Duce Ioanne Nouocastrensi Ostiensi
Episcopo, Auinionem reuertentes, Bucigando animos &
viles, contra Aragonios Petri Luna propugnatores ad-
diderunt, & nomine Sacri collegi ubique proclamato,
administrationeque reipublica tuiscepta, tantum necessi-
tatis Petro intulerunt, vt is in palatium Episcopale fatus
munitum arce deserta se seceperit, & Pamphilensem, Boilium, Amanarumque, qui de concordia traçarent,
ad illos destinari, nec non opem Aragonii Regis missis
nuncius implorauit. Et quidem Bucicauis nuncios Pe-
tri, nihil nisi ludificandis Cardinalibus missos, in carce-
rem Borbonii castri coniecit; Petrum autem ipsum veter-
atorem, strage non modica circa eum edita ad peten-
das trium mensum inducias coegerit; quibus æge con-
cessis;

IV.
Legatio
Reg. Arag.
ad Antip.
pro pace
eccl.

interim à Rego Aragonum Martino Oratores ad eum
& ad Regem Carolum, nec non ad Cardinales vene-
runt, Abbas Rinipullensis, Gerardus Alemanus Ceru-
lionius, Petrus Zaquamus iuri pontifici & publici con-
fultus, Petrus Martinus ex instituto minorum Aragonia
provincia minister, sacris studiis & canonis institutio-
nibus apprime eruditus, & Petrus Pontanus Regiarum
epistolarum magister. Ad viii. Calend. Decembri A-
uinionem applicuerunt; & Cardinalium qui à Petro Lu-
na defecerant, & Auinionensium ciuitatum fide publica pa-
larium ingressi, illum cohortabantur, vt rerum omnium
decerationem, omnem partem exultationis sua, ac
spem dignitatis, & suscepta negotia concordiae, & con-
iunctio Ecclesiæ, vnius Philippi Burgundia Ducis fi-
dei potestati, si publicæ orbis Christiani paci consul-
num veller, committeret. Ea renunciata legatione, Pe-
trus anxi & sollicito animo astuauit, quod ad Ludovicum
Aurelianensem Duxem Regis Caroli fratrem, de
concordia incedæ conditionibus Vicecomitem Roten-
sem queuerat, neque adhuc quicquam certi ab eo rece-
perat. Suscepit tandem post multas querimonias cum
Oratoribus deliberatione, eo Petrus recedit, vt causam
Ecclesiæ ac suam, potestari Regum qui suarum partium
obedientiam nondum abiecerant, permitteret; & si duo-
rum Regum iudicio res transfigenda foret, Gallorum & A-
ragonie Regum sententia decideretur. Si autem ob Re-
gis Gallorum agravitudinem sententia non conflatet, vnuis
ex Duxibus Regis patruis, aut Ludovicus Aurelianensis,
Regis nomine de tota re pronunciaret. Aurelianensi &
Burgundoni, plurimum Petrus fidebat. Aragonenses, ni-
hil, nisi tempus per confuetas tergiuerationes extrahe-
bant. Cum ad Carolum & Parisensem scholam conti-
derent, Carolus, Bucicauis, ne quicquam à custodiendo
Petro discederet præcepit. Is porro Auinionensisbus
seruandum in Palatio commisit: qui in fidem suam rece-
perunt, & si fugisset, retrahere spoderunt, tantisper-
que detinere, donec de tota re conuentret. Misit præter-
ea Carolus Petrum ab Aliaco Episcopum Cameracen-
sem, ad Bonifacium Pontificem, vt iuxta placita conuen-
tus,

Carol. rex
Franc. pro
pace laborat.

Surita in
annualib.
lib. i o. &
Meyerus
annual.
Fland. lib.
14.

tus Rhemensis, pontificatum deponebat. At Bonifacius, Petri Luna conatum non ignarus, respondit ex sententia Sacri Concilii; se omni culpa schismatis carere; eam agnominiam non esse sibi imponendam; quippe quæ fo-
lius fuisse nominis Gallicani. Satius curandum, vt Anti-
papam tollat, eiusque sectarios Galli expellat. Sic omne
sulbratum erit schisma, & pax Ecclesia reddita. Præter
hæc, Carolus, Wenceslaus Romanorum Regem mon-
nuerat, vt is quoque cum Regibus, ac ceteris principi-
bus Christianis, pro unitate Ecclesiastica laboraret, atque
Bonifacius author concordia esse vellet. Hic autem quantum
proficeret, quidue conatus fuerit, datis literis hoc
anno significavit; quas placita adscribere. Ita habent;

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO KAROLO REGI FRANCORVM ILLVSTRI, consanguineo charissimo, Wenceslaus D.G.
Romanorum Rex, salutem, & Fraternæ
dilectionis mutuum incremen-
tum.

SERENISSIME Princeps, consanguineo charissime. Ve-
nientibus ad nos proxime honorabilibus ambasadoribus vñstris,
in fatto sancta matris Ecclesiæ, hucusque miserabiliter lantata,
deliberauimus ad Serenitatem nostram, serenissimos Principes &
Dominos, Sigismundum Regem Yngaria, fratrem nostrum char-
issimum, ac Vladislavum Regem Polonia, Marchiones Moraviae,
patruos nostros charissimos, ac duces Polonia. Item duces Si-
lesia regno Bohemia nostro subiectos, aliosque nostros Imperii Sacri
regni Bohemia principes Ecclesiasticos & seculares, prelatos &
nobiles aduocare. Verum dictorum Regum imminentis necessitas,
& occupatio grandis natum sedium, corum aduentum ad nos,
quoniam nobis iniurias, retraxit. Verumamen cum eisdem Re-
gibus & Principiis tali sumis intentione concordes, quod ple-
niori mera pofpsta, apud nos in ciuitate nostra Pratislavia, in-
tra se filium Natalis Domini debent finaliter conuenire. Quibus
aupue Deo nobiscum conuenientibus, ipsorumque consilio in fa-
cto sancta matris Ecclesiæ, & signanter super via cœsionis, sicut
expedit, communicato: Serenitati vestram buismodi factio per am-
basatores nostros solennes, finale rapprofam voluntate definire.
Presertim cum etiam à Domino nostro Apostolico, domino Boni-
facio, de intentione & desiderio vestro, nondum obivimus respon-
sum. Ideoque eandem Serenitatem vestram studiois exortamus,
quatenus vestra dilectio Serenitati nostra Regia non impater, quod
hucusque vobis, absque dictorum Regum & Principum, quorum
in hac parte res agitur, quorumque consilia vitare non possumus,
ne videantur esse conempti, quodque omnes tangit, debet ab o-
mnibus approbari: & quod à pluribus queritur, faciliter inveni-
tur; responsum non valiumus exhibere, singularis in eo vobis amori
gaudium offendiri. Si enim à diis Regibus, quorum hucusque
adueniunt, consilii radio, prebotali sumus, responsum & consilium
participassemus, dudum dilectioni vestre responsum debitum
dedissemus. Datum in Burgenis die sexta decima Mensis Octobris.
anno &c. M. CCC. XCVIII.

Hec Wenceslaus, de congressu Regum ac Principum,
Carolo perscripserat. Apud me, non omnino in incerto
est, Regibus Sigismundo & Vladislao, id negotium vñ-
tionis Ecclesiæ, cordi fuisse. Namque apud rerum Poloniæ
scriptores Dlugosius & Cromerus lego, Sigismundum
hoc anno Cracoviensem venisse, & cum Vladislao af-
fine multa contulisse. quid vero verat, & Wenceslaus,
ad conditam diem, Wratislaue conuincisse, deque schil-
mate eradicando, cum reliquis Polonia & Bohemia pro-
ceribus consilia communicasse? Dlugosius, visendi Regis
& Reginae; Cromerus, res suas stabilendi caufa, Sigis-
mundum Vngaria Regem Cracoviensem accessisse memo-
rat. Namque, & ab Vngaris post cladem Nicopolitanam,
alienatus, nouisque adeo tes inolentibus, non par-
rum metuebat; & tam à Baizite Turcarum, quam à
Tamerlane Tartarorum, Imperatoribus, inter se qui-
dem dimicantibus, ad perniciem tamen Christianorum
intensis, bellum in horas expectabat. Enimvero Ba-
izites superiorum temporum victoria elatus, Thra-
ciamque, Myiam, Dardaniam & Macedoniam depopu-
latus,

V. Vences-
monit ut
idem faciat.

V. Literæ
V. Vences-
Reg. Rom.
ad Carol.
Reg. Frac.
de cōgē-
su Regum
& Principi-
in facto
Ecclesiæ.

Quo astu
ad regnum
peruenie-
tit.

VI. Vnde ei
cognomé-
tum Te-
murlani.

Eius feue-
ritas.

Baizites
& Tamer-
lanes in
pernicem
Christian-
intenti.

latus,

latus, ad reliquas Europa prouincias occupandas, i-
psumque imperium Orientale euertendum, animos cum
adiceat, Tamerlam Scytham cum centum myriadi-
bus equitum ac pedum, victoria quidem sua obicem,
ceterum Christianis omnibus non minorem pernicem,
excitit; à quo non minus quam illo, omnes Hungari &
Poloni metuerent.

Hunc Tamerlam, quem Græci scriptores Tem-
rem vocant, tradunt, Samarcanda vñbris, quæ metropoli-
lis est Zagarainorum Tartarorum, ad Iaxartam annem,
Sogdiane regioni finitimum, infimæ fortis ciuem fuisse,
& ex humili loco prosperis successibus ad supremum im-
perium euctum esse, finitimus Sogdianis, Sacis, Araco-
liis, Seris, Ariis, Bactrianis & Hircanis, quos uno no-
mine omnes hodie Tarratos Zagatois nominant, ad
Persiam usque edomitis atque subactis. Alii in literas re-
tulerunt, ipsam fuisse filium Cobile, vt ab Haytho
vocatur, vel Cublai magni Chan, quinti Tartarorum
Imperatoris, cuius aulam & imperium latissime in India
& toto Oriente patens, M. Paulus Venerus libr. II. &
III. prolixus describit. Aut̄ Chronicon Turicum non
Regia stirpe, aut̄ insigni aliquo stemmate ortum esse, ex
Petro Perondino, sed patrem extrema inopia pastorem ha-
buisse, narrat. Er quoniam in Tamerlam mentionem
incidimus, nonnulla de eo, ex eodem narrato, & referre adlubuit. Tamerlanes, quem atavorum nostrorum
etas, armis, iustitiaque, præficiis principibus aquila, re-
gni autem atque exercitus magnitudine Xerxes, & Alexan-
der, nedium parem vidit, inter pastores ipse nutritus, & pue-
libus ludis à pastorebus Rex creatus, alio nauaque in-
dustria ad eam potentiam venit. In primis namque eos,
vt iureuando imperata se facturos pollicerentur, impul-
lit, pecora igitur venundare eos, atque vt à tam inopi-
vita se vendicarent, arma equosque comparare iusit. Hoc
numero (ad quingentos peruenierant) quadam mercato-
rum societas, qua per eas regiones magno numero
præsidii gratia conuenerat, & vulgo Carauanna
dicuntur, armis denicit, atque in partienda præda, adeo
se inter comites iustum liberalemque praeficit, vt mu-
tata conditionis pastores non modo non perenierent, sed
fide amoreque enixi ei deuincentur. Ad compescen-
dam prædonum audaciam mille equiribus Dux in eis
regionis fines, vbi hec aduersus mercatores gesta erant,
à Persarum Rege missus, cum à latronum duce in collo-
quium vocatus fuisse, latronis arte verbiq; delinuit,
& ex hoste comes ei factus, potentiam sibi ingentem com-
parauit. Inter Persarum Regem, fratremque eius ora
controversia, cum huius cauam tuendam fuisse, re-
gnunque ei asservuisse, maiori exercitus parte ab eo im-
petrata, dum singeret, in exteris gentibus in imperium pa-
rare velle, compulsa ad rebellionem populis, brevi se,
qui ante latronum princeps erat, Persarum Regem fecit,
& Persico regno Armeniam, Syriam, Babylonem, a-
liisque ingentes prouincias & gentes adiecit, vñbreque
Samarcantam ambitu maximo condidit. Quod autem
Ishia debilitatus erat, eius nomini Temur, quod Scy-
tharum lingua fener significat, lang Perse addiderunt;
quod Ishia debilitatum Persica lingua ostendit; coniuncti
etisque ambobus verbis Temirlang, corrupto autem vo-
cabulo Tamerlanes, ab aliis vero Tamburlanes nuncupau-
tus fuisse. Hic grauem fñ & scuerum in militari disciplina
geslit. Cum aliquando per minorem Asiam exercitum
duceret, & quepiam mulier lachrymabunda ei se obtu-
lisset, querens, ab eius milite nullo dato precio, coetum
lac, patimque caseri crepita esse; statim confitire insur-
erat, arque inde agnem ordinatum incedere, vt
mulieri facultas esset eum qui vim fecerat agnoscendi. A-
gnito igitur, peclis & ventrem gladio aperiti iusit, vt in
eius vñceribus erepti laetis & caseri reliquis repertis, in-
dicium criminis agnosceret; poena mulieri cadem propo-
sa, nisi inueniret. Hac feueritate assequebatur, vt co-
piae quas immensas habebat, cum tutus ad casta omnibus
esse acclisis, omni semper committit abundantem.
Insigne quoque exemplum abstinentia ostendit. Nam
quodam tempore cum per Syriam iter faceret, obtulit se

ei arator, qui tunc in ingens vas aurea monetæ arando
impegerat. Cum autem omnes qui cum Tamerlane e-
rant, Regis aurum illud esse dicerent; quoniam inueni-
ti qui occultantur thesauri, fisci esse putantur; iussit ille
agricolam ad fe aurum deferre, qui iam omni spe terren-
di illius prorsus deciderat. Inspecta moneta, ab astan-
tibus pettit; putarentne patris imaginem esse, quam pecunia
impressam habebat. Cui cum respondissent, Ro-
manorum principum effigiem esse; ille dixit; Si ergo haec
pecunia maiorum morum non fuit, arator, ad quem
Deus eam derulit, illam relinquamus. Saeu alias & in-
exorabilis ingenio. Si quam vñbem oppugnaret, tem-
toris primo die candidis vñbem, quibus spes salutis
dedentibus faciebat: altero die coccinis, quibus cum
stationis pecunia morte datum in significabat: tertio die
atri coloris crebro tentorio, vñbem extremam calamitatem,
omnibusque omni exulta misericordia immanissimum
denunciabat interitum. Alique ciuitas in alterum usque
diem deditonem distulerat. Eius sauitiam ciues metu-
entes, cum pueros & puellas, candido amictu vestitos o-
mnis, ramoisque oleæ manibus prætendentes, obuiam
missis, spes concepita, eos sua innocentia illius iracun-
diam mitigaturos; illi immisilis in eos equitibus immi-
nenter omnes concilauit, & ciuitatem in Hammas rede-
git. Cuidam interroganti, cur in omnes adeo sauit, ter-
tio aucto, retorique oculis fetur respondit; Ali-
iu me hominem pitas, & nov Di posuit in am, ad periculum ho-
minum in terris agentem? Ab Emmanuele Palæologo O-
rientis Imperatore, aduersus Baizitem Turcam, in ex-
trema rerum desperatione auxilia postulatus, non tam
preferendi Imperii, quam sanguinis humani profundi-
di, in Thraciam exercitum innumerabilem traduxit, &
capto Orthobule Baizethi filio, tantum in captiuos fe-
cuit, & in captiuos reportat capto Ba-
izite.

De Turcis
victoriam
reportat
capto Ba-
izite.

Baizitis
miseris.

Tamer-
lanes fan-
guinis
Christia-
norum si-
tientis.

Quid E.
manueli
Palæolog.
responde-
rit.

Eiusdictu.

De Turcis
victoriam
reportat
capto Ba-
izite.

De Turcis
victoriam
reportat
capto Ba-
izite.

Quid E.
manueli
Palæolog.
responde-
rit.

uit, &

VII.
Bonifac.
Martin.A-
rag. Reg.
fil. ad suas
partes per-
trahere
conatur.

VIII.
Res Nea-
politan.

I X.
De statu
viris Ge-
nuen.

uit, & non minus quam alibi in Christianos maximam crudelitatem exercuit, & Viroudo Wladislai Poloniae Regis fratri, magno Duci Lituaniae, necessitate belli sufficiendi impoluit, tantumque terroris tam vtrique, quam Sigismundo Vngaria Regi incusit, ut hi fœdus in sexdecim annos perculserint, quod Cromer memorabat. lib. 16. de rebus Pol. m. Sed nos ad Bonifacium pontificem reuertamur, pro vnitate Ecclesiæ laborantem.

Magnus pondus, in Martino Aragonii Regis filio, regni Sicilia occupatore viderat, ad schismæ extirpandum. Hunc enim si obsequente sibi reddidisset, sperabat & patrem, & per hunc, Castellæ & Navarra Reges, Petrum Lunam deferturos, & ad unitatem Ecclesiasticam conficiendam, ingens opere pretium allatu. Itaque & literis datis, & nunciis destinatis, illum ad obsequium suum inuitauit; atque Insula Sicilia pacificam postmissionem, illi in premium laborum proposuit. Iam Martinus, bellorum cum Siculis rebellibus pertulit, Bonifacio auseculauerat, & propemodum in fidem eius transierat. Ceterum à Rege patre, qui Petro Lunæ impensis fauebat admotus, nec quicquam persecutus; maxime cum is iurisfundiandi, pro regno Siciliae, Sardinie & Corsica Petro dati, memoriam illi reficeret, adeoque à Bonifacio retraheret. Surita annal. lib. 10. t. 6. 68.

Ludouicus quoque Andegauensis, Regni Neapolitanii inuasor, Martinum, ne Bonifacio adhæceret, demen- tanit. Metuebat, ne coniunctis viribus, possessionem Regni sibi eriperet. Itaque ad 28. diem Augusti, Neapoli re- lieta, cum à Calabris auxilia conquereret, Messanam traxit, & maiores sumptus facerent, quam decus & honestatis ratio patenterunt. Bizarrus lib. 9. his. Genue.

Dum hæc inter Ligures agerentur, Galeazio Mediolanensem tyrannus, more suo & artibus, ad imperium Italie aspirabat. Mantuanum in primis, post Carrarienses superatos, in prædam sibi defigarat. Hunc Bonifacius pontifex, tuendum suscepit, & Carolum Malatestam, Flaminia præ se de Apostolica Rectorem, vna cum auxiliari- bus copiis illi subinicit. Eius aduentu, viatora, penes Franciscum Gonzagam stetit. hostibus terra aquaque fugatis, capta illorum castra, equitum circa duo milia, in captiuis relata, nauigia omnis generis supra cxx. in Erydano intercepta, capi homines supra vi. M. equorum duo milia; ita plurime; commecatus ingens copia; casi multo plures. Actum proculdubio tunc de Galeazio prorsus fuisse, nisi victores, quasi iam totum confecissent, dislocati viribus discolliscent. Itaque hostis refecto exercitu, nauigisque comparatis, fines Mantuanos inuasit, multaq; de aduersario recepit. Quæ res cum ad Bonifacium pontificis aures peruenisset, Carolum Malatestam arbitrium pacis in Aemiliam misit, qui Venetorum & aliorum sociorum opera, in confiencia pace Italiae laboraret. Primum apud Forum Cornelii, deinde Venetiis, cum pontificio Legato, sociorum principum & virium Oratores cœnenterunt. Galeazius, aliud quam concordiam cogitabat, & manifestum bellum reliquis ostendebat. Ab hoc Veneri merugantes, societatem & fœdus cum Bonifacio, Mantuano, Astino, Carrariis, Florentinis, & reliquis inuerterunt; & missa ad Galeaziū legatione, nisi ab aliis diuexandis desisteret, arma illi ostentarent; eaque ratione illi deterruerunt, ut ad tractationem pacis aliquando inclinaret. Istud porro vt tanto magis curaret, placuit Bonifacio & sociis, maiores apparatus bellī inter hæc facere, quibus hostis, nisi pacē recipiceret, inuaderetur. Eius rei gratia Legati in Galliam & Germaniam misli, ad duces exercitus in Italiam conducendos. Papæ tandem conuentientibus Pontificis, & Venetorum Legatis, inducia in decem annos, inter Galeaziū & alios pædæ sunt, & die sacro Pentecostes ad vii. Cal. Iunii à confirmatione Bonifacii publicatae. Interfuit pro Bonifacio, Carolus Malatesta; pro Duce Vene- to, Michael Stenus & Petrus Cornelius; pro Ioanne Galeazio, Petrus Episcopus Novariensis & Iacobus Vermis; quod viderent contentiones de regno Siculo & Neapolitanum plurimum illi obstat; à Genuensis quoque auxilia Ludouico reprimendo postularunt, neque tamen impetrarunt; quod & pestilenta, & inrestito diffidio virs laboraverat; neque minus à barbaris in Oriente res illius tute essent, Tamerlane in Christianos, Baialite deuicto,

graflante. Enenim Senatus, quatuor longas naues, omni nautico instrumento ac bellico apparatu instrutas, opus habuit hoc anno in partes Orientales mittere, pro eorum locorum quæ adhuc Ligustico nomini parebant tutela ac securitate. Pestilenta lanae tanta vis superior & isto anno Genue fuit, ut nullis humanis consiliis, potuerit leuari, sed tantum cœlestis ira placatione, per supplications ad tempora sanctorum indicias, & per morum saluberrimam reformationem. Inter reliqua, Patrum decreto, ad coercendam virorum iuxta & feminarum in nimio corporis cultu ac vestitu luxuriam & immodicos sumptus, lex sancta est, qua in his rebus modus prescribebatur. Nam sicut olim apud Romanos, quo latior indies fortuna reipub. arque imperium crecebat, eo magis splendor & magnificencia cum in ceteris rebus, tum in his quæ ad ornamentum corporis spectabant, excrescit, ita vt Q. Fabio & T. Sempronio Coss. lex Oppia lata fuerit, qua prohibebatur, ne que mulier plus seminencia auri haberet; ne vestimento versicolori vteretur; ne iuncto vehiculo in vbe, oppido uice, aut proprius inde nulle passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur; ita quoque Genue florentibus rebus, diversisque duobus virtutis, avaritia & luxuria ciuitate laborante, que pestes omnia magna imperia euerterunt, inter bellorum magnorum, aut vixium finitorum, aut imminentium curas, Senatus, summa prudentia, summaque iudicij restitutidine canit, ne viri pariter ac mulieres, vel domi, vel cum in publicum procederent, in habitu ornatusque corporis ac ceteris rebus modum excederent, & maiores sumptus facerent, quam decus & honestatis ratio patenterunt. Bizarrus lib. 9. his. Genue.

X. Galeazio Mediolanensis res in Lobar- dia militatur.

Bonifacius laborat.

Inducia
decennales.

Ex num-

X. Bonif. Legatum ad Reg. Angl. mittit pro reuocatio- ne statu- rum cōtra Sed. Apost. V. Valin- gham. Richardo 2.

Ex nunciis; quos Bonifacius Pontifex, in varias orbis prouincias publicæ salutis causa itinerat, fuit Petrus à Bosco Episcopus Aquensis, ad Richardum Regem Angliae delinatus. Postulabat Regem inter alia; ut statuta contra eos qui à Sede Apostolica obtinuerint beneficia, reuocaret, breviaque quorum initium est, *Quare impedit, & Primum iuris facias de Tabulatio eraderet.* De eare Richardus, ad Clerum Anglicanum retulit, & num Pontifici Romano, vel beneficia conferre, vel Episcopos in alias sedes transferre li. eret, perquisuit. Et quidem Clerus, properter Apostolica Sedi reuertant, quamquam non expresse, insinuauit tamen, id quidem Pontifici licere, ceterū rogan- dum fore, ne vel conferret, vel transferret, quod ab hac beneficiorum prouisione, indigni plerunque per ambitum ad Ecclesiæ irreperent, digni autem non nisi suspirarent, & exinde studiorum & probitatis rationes negligerentur. Aegre tulit Richardus eam Cleri responsionem, alioquin promptus Pontifici iurisdictioni, in conferendis Anglicane Ecclesiæ beneficiis de facto praescibere, liberatamente Ecclesiasticam violare. Transtulit itaq; hoc anno, Bonifacius, Joannem Lincolniensem Episcopum, ad Episcopatum Celfrie tunc vacantem: Lincolniensem vero Episcopatum Henrico Beaufordio, Ioannis Lancastria Ducis ex Catharina Spinforda filio contulit. Cum autem Lincolniensis Episcopus, magis monasticam vitam Cantuarie cum monachis agere, quam ad Ecclesiæ Cestrensem abire malueret, Dominicanum quendam qui Richardo Regi à sacris confessionibus fuerat, ab Episcopatu Landafeni, ad Cestrensem Ecclesiæ transtulit, vtque sanctiones superiorum Regum, pro libertate Ecclesiastica innovarentur, obtinuit.

XI. No nullæ Regum & Principum Anglicor. constitutions pro re Ecclesiastica.

Placuit alias, aliquorum Principum & Regum Anglicanorum, pro re Ecclesiastica constitutiones, isthie adscribere.

Inas Rex.

Primiti seminum, ad celebre Divi Martini sepsum redduntor (ex eo vero quique soluit dominicu, in quo m. duhyeme commoratur) qui tunc non soluerit, 40. solidis mulitator, & ipsa præterea primi- tias duodecim persoluit.

Si quis rei capitalis reus ad templum configerit, vita potitor, & secundum ius fasque compensato.

Si quis verbera proueritus fani suffugium implorarit, ei verbera remittuntur.

Qui in templo pugnauerit, 120. Solidis noxam sarcito. Romano Pontifici annuatim, Sancti Petri denarius, domo- sciam corrigandus impenditor.

Ethelulphus Rex. quanta reuertentia sanctam Ecclesiæ obseruat, quamque amplissimis pœmisi, vera Fidei nuncios amplificaverit, ex eis diplomate libet agnoscere.

Regnante, inquit, Domino nostro in perpetuum, duci in nostris temporibus bellorum incendia, & direptiones opum nostrorum, nec non & vastantium crudelissimas hostium degradationes barbararum paginarumq; nationumq; multiplices tribulationes ad affligendum nos propeccatis nostris, vñq; ad intermissionem temporis certinum incumbere periculosa; Quamobrem ego Ethelulphus Rex VVessaxonum, cum consilio Episcoporum ac Principum mcorum, consilium salubre atque uniforme affirmantes, confidimus, ut aliquam portionem, sue famulatibus & famulabus Dei Deo servientibus, sine laicis misericoriam, decimam manuim, vbi minimum sit, tam decimam partem omnium bonorum in libertatem perpetuam donari sancte Dei Ecclesiæ diuidam, visitata & manita ab omnibus secularibus seruituribus, in modo Regalibus tributis maioribus & minoribus suetaxationibus, quæ nos ducimus V. intendem, sfg; libera omnium rerum, pro remissione animarum & peccatorum nostrorum ad scripturam Deo soli, sine expeditione, & pontis extrallione, & arcis munitione. Atta sunt hac apud V. innotianum in Ecclesia S. Petri, anno Dom. Incarnat. 855. Indict. 3. Nonis Nouemb. ante maius altare, pro honore gloriose virginis & Dei genitricis Marie, sanctique Michaelis Archangeli, & Beati Petri Apofolorum Principis, nec non & Beati Patris nostri Gregorii Papa, presentibus & subscriptis Archiepiscopis & Episcopis Angliae vniuersis, nec non Borredo Rege Mercie, & Edmundo Eastanglorum Rege, Abbatum & Abbatisserum, Dicatu, Comitatu, Procerumque totius terre, aliorumque fideliutum infinitam multitudine, qui omnes Regium chirographum laudauerunt, dignitatis vero sua nomina subscrip-

runt. Rex vero Ethelulphus pro firmitate ampliore oblitus hanc chartulam scriptam super altare Sancti Petri Apostoli, & Episcopis pro fide Dei illam accepert, & per omnes Ecclesiæ postea transmisserunt in parochiis suis publicandam.

Aptissimum inuestituræ locum, Deo dicatum domici- lium elegerat, cuim nec quidquam fere, ne inter laicos qui dñe, integræ transfigeret, nisi Diuino sacra quædā numini intercessissent. Sane de suscipiendo in litore ordine, Ingulphus Abbas Croplandensis scribit: Anglicorum, inquit, erat consuetudo, quod, qui militia legitime coiscrendus esset, vespere precedente diem sua cœlestracionis, ad Episcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnib; suis peccatis confessionem face- ret, & absolutor, orationibus, deuotionibus & afflictionib; deditus in Ecclesiæ pernoctaret, in crastino quoque missam auditurus, gladium super altare offeret, & post Euangelium Sacros benedictū gladium collum militis cum benedictione imponeret, & communicatus ad eandem Missam sacris Christi mysteriis denuo, miles legitimus permaneret. Tanti ha- buerunt Angli veteres, ea quæ sacra acta imposita fuissent. Sane & Cedula R. ex, cum Theodoro Archiep. Cantuarie, nonnulla bona & priuilegia dedit, ad cumulū confirmationis, diploma super sanctū altare Salvatoris posuit, & propria manu, pro ignorantia literarū signū S. Cris. ex- pressit & subscrivit, vt *Malmesburiens. lib. 2. t. 8. de gestis Regum* scripsit. Præter hæc auē Aethelulphus, Romā vt pontificia salutare limina profectus, cum in gratiā illius Leo I. V. Alfredus eius filiū in Regem vñxisset, & in filiū adoptio- nis sibi met accipiens confirmasset, pro utilitate animæ sua (*Affirius Menevius. de reg. gestis Alfredi narrat*) quam à prima eo iuuentus sua florē in omib; procurare studuit, per om- nem hæreditariā terram suam semper in 10. manentibus v- num panper, aut indigenā, aut peregrinum, cibo, potu, & vestimento, successoribus suis vñq; ad ultimū diem iudicij post se pascere præcepit: ita tamen si illa terra hominib; & pecoribus habitaretur, & desertanō esset. Romā quoque omni anno, magnā pro anima sua pecuniā, i.e. 300. man- cussas (*Malmesburiens. marcas. Rogerus de Houeden manculas appellant*) portare præcepit, quæ taliter diuiderentur: scilicet 100. mancussas in honorē S. Petri, specialiter ad emendum oleum, quo implentur omnia luminaria illius Apostolice Ecclesiæ, in vespera Paschæ, & æqualiter in Galli cantu, & 100. mancussas in honore S. Pauli eadem conditione ad comparadū oleum in Ecclesia S. Pauli Apostoli, ad imple- da luminaria in vespera Paschæ, & in Galli cantu, 100. quoque mancussas vñuerali Papa Apostolico. Ad hunc mo- dum Aethelulphus auxit, pleniusque confirmauit, quod Inas & Offa Reges alio nomine contulerant. Magis autem Edwardus eam donationem & priuilegium Diuo Petro au- xit, lata ista lega, cap. 10.

Omnis qui habuerit 30. denariatus vine pecunie in domo sua, de suo proprio, Anglorū lege dabit denariū S. Petri, & lege Danorū dimidiā mancussas. Iste vero denarius debet summoniri in solemnitate Apostolorū Petri & Pauli, & colligi ad festinatū quæ dicitur ad vincula, ita vt ultra illius diem non derelinetur. Si quisq; detinuerit, ad iustitiam Regis clamor deferatur, quoniam denarius hic Regis elemosyna est. In iustitia vero faciat denariū reddere, & foris factura Episcopi & Regis. Quod si quis plures domos habuerit, de illa vbi residens fuerit, in fecho Apostolorū Petri & Pauli denariū reddat. Itud vestigial, omnis Anglia, ab Ina temporibus vñq; ad Henricum VII. vt testabatur Steidianus, siue vt de suo tempore memorabat Po- lydor. lib. 4. his. pietatis & religionis cauila Romano Pontifici pendebat domesticum collatum: & nummi illi argentei vulgo vocabantur denarij Dini Perri, quos Pontificius quæ- stor, quem non inficiens Collectorem nuncupabant, exige- bat. Sed nos ad alias pro re Ecclesiastica sanctiones re- censendas reuertamur, quas sanxit

Alfredus Rex. Si qui neccesitate coactus irauerit, pignusque posuerit, quo is ad infidias Domino suo parandas, vel ad opem iniuste cuius adserendam astringatur, resistat potius quam capio infflat, suadens. At si spon- tes, & iustitia & legitime prestat, poterit, neq; resistiterit, armis fortu- nasq; suas omnes amicorū fidei cōcredito: ipse in custodia Regiam 40. dies mittitur, subitibus id supplicia quod ei Episcopus impoferit.

Criminis causzung, noxius (siquidem id villam Regis ant- lam

liam honoratam aliquam non artingat) si ad famum confugerit, tres noctes quibus saluti sua proficiat (nisi interminigratam redicerit) ibi maneto. Ac si quis cum per id temporis, plagarum, vinclorum, aut vulnerum metu proligarit, multa, vel ipsa capitatis estimatione, prout eius genitius fuerit cunctudo, noxiam omnem sarcito: sani porro editus 120. solidorum numerationepacis Ecclesie violatae penas lato.

Vnicuique tempore religiose ab Episcopo conferente hanc pacem concedimus, si quis alteri inimicatur, si que templi suffigium imploravit, per septem dies à nemine abstrahitor, siquidem pro fame visuere posit, & viam vi noua paveretur.

Sacilegiorum manus absconduntur.

Qui die Dominice, festo Nativitatis Domini, eut Paschatis, sacro-faneto Iohannes die, aut diebus iustificationis furtum admisit, perinde ac si tempore Quadragesime id flagitiū perpetratasset, duplo noxiām sarcito.

Mpīla 120. solidorum, Regem inter & Episcopum differtienda, itis qui sanctimoniam e canobio capuerint, interrogator.

Qui coram Archepiscopo, vel Episcopo, tumultario dimicauerit, ferrum distinxerit, gravi pecuniaria pena coercet.

Eduardus Rex.

Festis diebus omnibus, & legitimis ieiuniis, Ordalium nullus ingreditur, neque ad infurandum addicitor.

Sage, ariolantes mulierculae, periuerosa, pestifera, & meretrices feda, & flagitiosa, scibi deprehendantur, à finibus Regni, ut pura & integraplebis, relegantur, aut in regno, ni ab illa mente desisterint, in deperirent.

Atelstanus Rex.

Omnis honorum permixtatio presente Preposito, Sacerdote, Quæstore, fundi Domino, aut alio denique homine fidelijs far. Si quis fecis fecerit, 30. solidus multulator, ac rempermixtam qui est fundi Dominus habeo.

Qui se Ordalii questione examinandum obrulerit, triduo quam id sit aggressurus. Sacerdotem, vt is sacra de more peragat, adito: arg. intercī pane, sale, aqua & oleribus tantummodo refector. Missa preterea illis ipso diebus intercessio, munificis sumo offerto, sub ipso autem quo est Ordalium ingressus die, panem Eucaristicum sumito, ac inreuerendo se illius de quo appellatur sacerdos puram minimeque consuum invato. Accusator autem inreuerando interposito criminatione persequitor, vterq; etiam in sua sacerdotia ieiunato, nec pluribus quam duodecem alteruter filipatus aduenito. Si accusatus pluribus ea committatus accederit, perinde sit, ni illi discadant, arg. in iudicio cedisset.

Dic dominico nemo mercatur facio, id quod si quis egir, & ipsi mōre, & 30. præter solidus multulator.

Edmundus Rex.

Christianus quisq; decimam, seminum primicias, nummumque elemosynariū illū, religiosependito, qui nouisolverit, anathema esto.

Siquis monachūm stuprabit, aut in fieri homicide compenſato, aut sacrē seputura prohibetur.

Ethelredus Rex.

Quicunque, de Ecclesia aliquid tecum erit, vel in fundo Ecclesie manione habuerit, extra Curiam Ecclesiasticam coactus non placitabit, quoniam soris fecerit; nisi (quod alio) in Curia Ecclesiastica de recto defecerit.

Quicunque, reus vel noxius ad Ecclesiam causas praesidiū confugerit, ex quo atrium Ecclesie temerit, à nemine infrequentem nullatenis apprehendatur, nisi per Pontificem, aut ministrum eius. Quod si fugiendo, domum Sacerdotis, vel Curiam eius intrauerit, eandem securitatem habeat quam & apud Ecclesiam, dum tamen sacerdotis domus & curia eius in Ecclesie feudo & fundo confituntur. Hic si latro, vel raptor est, quod male cepti, si ad manū habet, reddat. & si illud penitus extirpauerit, & si suum proprium unde reddit, habuerit, integrum, cui dannum inuit, restituat. Et si more solito latro taliter egerit, & si forte fortuito, ad Ecclesias, vel ad sacerdotis domus frequenter enaserit, ablatione restituta, se adeo virum aliquem innocentem haud dannatur, nonnecepsit, nisi a Rege data licentia.

Dies Sabbathi, ab ipsa diei S. saturni hora pomericiana tertia, usq; in Lunaris diei dilucidum festus agitur.

Celeberrimus ex omni latrapiabis quotannis contentus agitor, cui quidem illius diecī Episcopus & Senator inter se, quorum alter ex diuina, alter humana populus docet.

In singulis centuriis contumia fuit, arg. libera conditionis viri duodenī, etate superioris, vna cum preposito, coram Sacerdote sacra tenentes iuramento, se adeo virum aliquem innocentem haud dannatur, nonnecepsit.

Canutus Rex, ad limina Apostolorum Romanū profectus.

Denarius, qui Romanū ad S. Petrum debentur, sive ex vrbiis, sive ex villa, item decima animalium ipso anno procreavorū, decima frumenti mediante angusto, & in festiūate S. Martinis primicias seminum, ad Ecclesiam sub cuīs p. archiū q̄isque degit, deferantur. Si quis non detulerit, Regia yis secundum leges in quem culpa cadit, disfritte absque venia vindicabit.

Si quis Sacerdotem ad certam aliquā religionis normam vivente in crimen vocat, arg. te mittas sibi sacerdos fuerit, Misericordia (si modo id facere non vereatur) celebrato, & Eucaristie perceptione v-

nus calumniam omnem solus contundito. Sin trium fuerit accusatio! percepta (si modo aufus fuerit) Eucaristia, atque adiunctis sibi aliis eiusdem ordinis duobus, omnem cogitari sacerdos suspicionem dilato. Diaconum ad certam religionis formulam viventem, si quis singularis calumnias criminis reum fuerit, assumptis duobus aliis eiusdem ordinis, Diaconus se criminis liberato. Criminatio si fuerit tripla, admotis ordinis eiusdem viris sicut se culpa extirto. Plebeum Sacerdotem, qui se ad nullam certam religionis regulam astrinxit, si quis infimularit, perinde vt Diaconus ex prescripto viuens is crimen purgo. Si corum qui Ar. & defensione aliquis, anvis oratus, adeo, qui secum una patiterirent non habens, criminis fuerit postulatus, panem execracione denuncio, ete, atque deco siat propter diuina feret voluntas, nisi quendam licet fuerit Eucaristie perceptione seculpa liberare.

Quisque orationis decem synā, ad decimum quintum à Paschate diem pendito, festum decimas, ad Pentecosten soluio, terra denegat, fructuas decimas, ad festum omnium Sanctorum celebre redditio. Si eum modum dare noluerit, Prepositus Regis, Episcopus, fundi Dominis, sicuti Sacerdos conuenientio, atque eo velinito, decimam Ecclesie, cui quidem debetur, partem, nona ei relata, reddunto. Quoad residuas octo partes attinet, quatuor qui est fundi Dominus, reliquas illius decisis Episcopus habeo.

Ter quartans ad lucernas pecunia conferatur, sicut quidem Paschatis in singulas terre hyd. cere obulus imponitur, ad festum omnium Sanctorum celebre, tam undem redditio. Similiter sicut ad festum Purificationis Dom. Maxie.

Ad singulos Diue Mariae atque Apóstolorum omnium dies festos, excepto vno Iohanni & Iacob, quo Paschatis gratia cibo non temperatur, ieiunia sumo. Singulo quoque Veneris die, nisi quidem festis, ieiunat, ieiunia esto. A Paschate vero usque ad Pentecosten, atque ab ipso Natale Iesu Christi die ad octauam usque ab Epiphania die, ieiunia nemo obseruat, nisi quidem iudicio ac voluntate fecerit sua, aut id ei fuerit à sacerdote imperatum.

Festis diebus omnibus, quatuor temporis ieiuniis, Quadragesima, ceterisq; omnibus quibus ritus fuerit indicium ieiunii diebus, Ordalium omnium, ac ieiuniorum iurisdictio intermitto. Ab anniversario item adventus Domini die festo, ad octauam usque ab Epiphania die, atque à septuagesimo ad decimum quintam à Paschate lucem, ieiunia edicimus.

Si quis sacra inauguratoris rei capituli obnoxius exirebit, comprehenditor, atque vt tandem Episcopo criminis admisi patens dependat, affiruator.

Guillelmus Rex.

Omni Clericus, & etiam Scholares, & omnes eorum res & possessiones vbi cunque fuerint, pacem Dei & sancte Ecclesie habeant.

Vbiq; Regis ieiunia, vel cuiuscunq; sit, placita reuerit; si misericordia Episcopi illi, cveniens causam aperuerit sancta Ecclesie, ipsi primiū terminetur. Inglum est enim, vt ubique Deus preterea honoretur.

Quicunque, de Ecclesia aliquid tecum erit, vel in fundo Ecclesie manione habuerit, extra Curiam Ecclesiasticam coactus non placitabit, quoniam soris fecerit; nisi (quod alio) in Curia Ecclesiastica de recto defecerit.

Quicunque, reus vel noxius ad Ecclesiam causas praesidiū confugerit, ex quo atrium Ecclesie temerit, à nemine infrequentem nullatenis apprehendatur, nisi per Pontificem, aut ministrum eius. Quod si fugiendo, domum Sacerdotis, vel Curiam eius intrauerit, eandem securitatem habeat quam & apud Ecclesiam, dum tamen sacerdotis domus & curia eius in Ecclesie feudo & fundo confituntur. Hic si latro, vel raptor est, quod male cepti, si ad manū habet, reddat. & si illud penitus extirpauerit, & si suum proprium unde reddit, habuerit, integrum, cui dannum inuit, restituat. Et si more solito latro taliter egerit, & si forte fortuito, ad Ecclesias, vel ad sacerdotis domus frequenter enaserit, ablatione restituta, se adeo virum aliquem innocentem haud dannatur, nonnecepsit, nisi a Rege data licentia.

Pactis sancta Ecclesie violator, Episcoporum sicut a iudicio. Si diffigerit, Regi post 40. dies criminis deseratur. Quod si infra 31. dies, ex parte amicis, & notis, sive per ieiuniam Regis inueniri non poterit, vtлагabat enim Rex verbo ori sui. Si vero postea repertus fuerit, & si forte posset, vienus Regi reddatur, vel capite eius, si se defonderat.

De annona, pullis, vitulis, caseo, buvo, porcellis, apibus, prato, aquis, molendinis, parci, vitulis, virgultis, horris, negotiationibus, & omnibus rebus quas dedit Dominus, decima pars eius reddenda est, qui nonnecepsit partes finis cum decima largitur. Qui tam detinererit, per ieiuniam Episcopi & Regis, si necesse fuerit, ad redditionem compellatur.

stolicam in rebus agendis dexteritas, & integritas, vt is solus labore improbo, ac vigilanti studio, negotium canonizationis S. Hyacinthi Odrouansij, apud Clementem VIII. promoverit, & ad finem adduxerit, tam indefessum in re

Theologica commentandi desiderium, vt ingentia voluntina, in sacram Euangeliorum harmoniam manu propria elucubraverit, tanta vita regularis obseruantia, vt non sine opinione sanctitatis, plenus bonorum operum, mita in morbo diuturno patientia, obierit, cum non semel, haereticos, & præfertim aliquando Lublini, in eadibus Societatis Iesu, post deploratum quorundam cum eis congressum publicum, triumphasset, & ante se aliquot mensibus, eiusdem instituti, cœnobij, meriti, doctrina, eloquentia, libertatis & veritatis Ecclesiasticae virtutem vindicem, Fr. Bartholomaeum Præmisliens. S. T. Doctorem, Cathedralis Ecclesie Cracoviensis, Regium & Pontificium totis 18. annis dissertationis in Ecclesiastem, in celos premisisset, anno Domini 1610.

Sed nos ad annum Domini 1398. recurrantib; quo Nicolaus Rauennas Dominicanus, celos exornauit. Natus Rauennæ honestis parentibus, & ab eruditissimis laude, Philosophia & Medicina Doctor, cum Venetiis, Ioanne Dominicini Florentinum, antiquam viuendi notnam, apud Dominicanos reuocare audiisse, illico loco quenad hoc Episcopus constituerit. Ext. apud auctorem analæct. Anglia Britannic.

Hec Gaileltius Rex Anglus, pro re Ecclesiastica fanixit. Alia aliorum Regum placita omitto, quæ vt Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis integra remanerent, Bonifacius Pontifex misso nuncio laborauit.

Floruit hac tempestate in Hispaniis, Paulus Carthagena, cognomento Burgensis à patria vnde ortum habuit, & vbi Episcopum egit. Is professione antea Iudeus, copiis, nobilitate, doctrinaeque laude in ea gente facile princeps, Dñi Thomæ Aquinatis scripta de Theologia percolutando, facile intellexit, quantum christiana religio sudaicæ superstitioni præstaret. Christianus factus, religionis quam suscepit placita litteris illustravit, librosq; edidit in suo genere mirandos. Erat enim ingenio facilis, copioso, perspicaci, & diuinarum literarum cognitione excellebat. Treuigni Archidiaconus primus, deinde Carthaginensis Praef., postremo Burgensis creatus. id probitatis eruditissimæ que præmium fuit, addita consequentibus annis scripsi Regi Praefectura, perspecta fidei argumento, quod rarum in eagentem est. Eius vox illa fuit, Ex gente Hebreæ prognatis, nullam reipublice partem comitendum videri, moribus ex fraude atque mendacio compotis, simulare mentitur natus, neque bello bonis, neque pace. Tres filios ex unis nuptiis reliquit, priusquam christianus esset suscepit; Alphonsum, qui ex Decano Segobiensi in defuncti patris locum subrogatus Burgensis Episcopus, scriptis de Hispania Regibus opus non inelegans, cui Anacephalæosi non menfecit, Gonçalum, virum merito Placentinum Episcopum, Aluarum Garsiam familie propagatore, sanguine, in celum abiit, Venetus in cœnobio S. Dominicis. Socius qui morienti adfuit, claritate vultus illius qua irradiatus excessit, non potuit satis intueri, indicem gloriae quam vita funesta fruitur. Pius de viris illustrib; ord. Pred. lib. 1.

XII. De Paulo Carthagena Epile. Burgen. ex Iudeo facto christiano.

XIII. De Sev. Cracoviens. Polonorum doctissimo ex Iudeo facto Catholiceam concilio.

Par, ac superior Paulo, ante aliquot annos quam hæc scriberemus, Cracoviæ in fata cœsillit, ex eadem Hebreæ gente Dominicanus Fr. Severinus Cracoviensis, S. Theologie Magister, & Ecclesiastes Polonorum omnium doctissimus, dilectissimus, felicissimus. Huic eruditio, vt fecer omnes in scholis, & inter haereticos controverfas materias, omnia sacra scripture abdita, omnia philosophorum ac politicorum placita penetraverit, tanta memoria, vt fere omnes patres, & in primis Augustinum & Aquinatem temerit, tanta felicitas in disputationibus, cum haereticis frequentissime suscepit, vt semper victor ex hac arena discederet, tanta facilitas dicendi pro concione, vt plurima haereticorum & perditionum millia, ad veritatem Catholicæ fidei, & ad sanctiorem vitam in Polonia reducerit, tanta apud Reges & Proceres authoritas, vt Helium nostrum temporis omnes putarent, tanta apud haereticos existimatio, vt neminem magis, qui fallacias eorum vel retegeret, vel confunderet, metuerent, tanta apud Sedem Apo-

concordia
reuo-
ca-
da.II.
Pactio-
nes
à Coacio-
rio Reg. Frac.
Antipapa
proposito.

frequenter summum coactum est, in quo de concordia reuocanda consultatum. Hincad Petrum mandata missa, quorum hæc summa erat, ut pro virili parte quam primū pacis constituta rationem ex cogitaret, ad contentum Episcoporum veniret, quem ex toto orbe christiano euocare delinabant, in Patrum potestate futurus: Galli Regis fide atque presidio militari, à vi & iniuria securus. *Marianalib. 19. c. 9.*

Placet vero pæctioe ipsas, à consilio Regis Gallorum Petro Luna propositas, ad verbum exprimere, ex *Sur. Ind. li. 3.*

1. Si properer reuerentiam Dei, & saluationem gregis Christi, Petrus predictus velit acceptare viam cœstionis, & promittere, quod Bonifacio cedente, mortuo, vel agro, in seruiciis Papati, ad finem quod eligatur vires vera Pastor & Vicarius Iesu Christi, & penitus dimittere viam facti, & abiicere a se gentem armigeram quam secum habet in palatio, & alibi tam in terra, quam in aqua, Rex procurabit & faciet cura effectu, quod Domini Cardinales sacri Collegii, cuiusque & habitatores villa Awinionensis, à qualunque via facta refabunt penitus, & omnino.

2. Item etiam item Petrus teneatur promittere, & promittat, quod ipse directe, vel indirecte, quouis modo non faciet, nec procurabit aliquid, per quod unio Ecclesiæ valeat retardari, nec via cœstionis quomodo libet impediti, & hoc etiam iurabunt persone que apud ipsum manebunt, quodque eidem Petro, si contrarium facere vellet, non consentient, nec dabunt consilium, aut saeum.

3. Item similiter promittet, quod quotiens expediatur, ipse ibit ad

Conuentum, seu Congregationem, que sicut pro ratione sanctæ matris Ecclesiæ, vna cum illis qui ad eundem conuentum, seu congregationem predictum sunt vel erunt ordinatis, de parte, qua obediuit Roberto Gemonensis, dicto Clemenci V. & eidem Petro.

4. Item medianibus predictis, quia dicti Oratores prefati Domini Regis Aragonum sicut approbaverunt, quod antequam aliquis pro parte Domini Regis Aragonum recipere ipsum Petrum Lunam in sua Regia & speciali protectione, etiam cum Dom. nostro Rege Francorum predicto oportet primus ipsum Domini Regem Aragonum adire, & per hoc bonum biusmodi negotio posset multum disseri, id est, dum Dominus noster Rex obtulit eis, quod ipse exercipere personam ipsius Petri, & illarum qui secum erunt, usq; ad numerum centum personarum, sine armis, cum coram bonis omnibus in sua speciali custodia, seu potectione. Ex hinc deputabit sibi personas notabilis Ecclesiasticas & seculares, quipsum custodiens, associabunt, & honorabiliter tradicunt, in palatio, in quo minū est, vel alibi, ubi eius manus expedient, & honorabilis videbuntur. De quoniam loco primitur nonne edere si ne consenserit Regum, quibus obediuntur, & sacri Collegii, & ad hoc dabant operam de consensu suo, deputandi ex parte Regis, quantum fieri poterit honestius.

5. Item quod persone, que cum ipso Petro, & ad eius servitia manebunt, iurabunt, & promittent similiter, quod ipsum Petrum non permittent à dicto loco recedere, nec ad hoc sibi dabunt directe vel indirekte, auxilium, consilium, vel saeum.

6. Item facit Rex sibi, & illis qui cum illo erunt, usque ad numerum centum personarum sine armis, ministra reuocalia, & alias necessaria coram exercitu, honeste statut debet, & vna cum Regibus Castille, Aragonie, Navarra & Scotia, ad pacem & unionem Ecclesiæ habendum incertanter, quantum poterit plus, laborabit, sic quod per Dei gratiam in brevi, id est Petrus, & ceteri omnes christicola pacem Ecclesiæ se videre gaudebunt. Per predicta tamen in nullo intendit Rex predictus, à conclusione danegationis obedientia imperi per Ecclesiæ Regi sui & Delphinatus recepta, in aliquo recedere, seu ab ea aliquatenus deridere.

7. Item si Petrus predictus supra scripta facere velit, Oratores dicti Domini nostri Regis intrabunt palatum, ad loquendū cum eo super predictis, & ad faciendum circa predicta, que videbuntur nec offerta, seu etiam opportuna, prouiso tamen, quod sibi reuerentiam Papalem non exhibeant. Si vero concordare, & promittere noluerit predicta, ingressus & colloquio oratores Domini nostri Regis non videbunt nec essaria, ut honesta, & vt brevius predicti oratores possint esse expediti, ex hinc Rex tradidit gentibus suis litteras suas super securitate predicti Petri, & alias litteras, per quas committit effectum dicti securitatis, guardiamque seu custodiā genitum & honorum suorum Archiepiscopo Narbonensi, & tribus Baronibus suis, videlicet Senechalio Belicadri, & Dominis de Cazenatico, & de Volta, & Domino Georgio de Marle Seneschallo Pronuncie, vel eorum tribus, aut duobus. Et ne ista Dei causa ducatur per dilaciones fruitorum, predicti Oratores promittent, & iurabunt in ingressu Palatii, non remanere ibi denūl ylratres, vel quatuor dies.

Et quidem Carolus Rex Galliarum, ex sententia Patrum Concilij Lutetiani, Petro Luna proponēt atque idem verbis conceperat. Cum his conditionibus, Guillermum Tignouillanum, Abbatem S. Michaelis in periculo, ut vocant, maris, & Egydiūm de Campis Sacra litteratura Magistrum, Legatos, cum Oratoribus Aragonum Regis, Aūtūmōnem ad Petrum iure iussit. Hiā 1. Non. Aprilis, palatium, in quo ille seruabatur, ingressi, decreta Regia & conciliaria eidem exposuerunt. Hic Petrus primum, secessione, vim, contumelias, oppressionem, obſidionem, & reliquias iniurias quibus afficiebatur, conqueri, neque legi, aut more à maioribus instituto receptoque fecunagi, sanctorum canonicas de rebus factis minimè seruari; iniquas conditions à Principibus profani sibi contra ius & fas imponi, adeoque vel mori satius esse, quam aeternam labem sua sc̄enectuti, aut maculam omni alia teriore Pontificia dignitati inurete, pertinaci animo dicere voluit: deinde auctoribus, suaſribus, impulsoribusque anticardinalibus Palatinis, ut superiores conditions ratas haberet, in animum vix induxit, atque tandem subscripti. Quo facto, Pamphilensis quidem & S. Hadriani anticardinales, qui ab Awinionensisibus detinebant captiui, dimissi sunt: Petrus autem Luna in eodem Palatio, arcta custodia circumallatus, remansit: iureitando omnibus propositis conditionibus confirmatis. *Surita superius.*

Martinus Rex Aragonie, vna cum Regina coniuge, mensē Aprili, Cælaugusta, de more innūti, Regia infirmita arque Regni infusas suscepere, à Fernando Heredia Episcopo Cælaugustano, in cuius manibus, sacro & profano Ordini, sacramentum dixerunt. Eaceremonia peracta, Martinus, ne Petrum Lunam deferrisse, aut Bonifacio Pontifici adhæſisse videretur, cladem t. x. longarum & oneriarum nauium, quam per speciem faci belli obcundi adornauerat, in Siciliam p̄misi, Bonifacio, qui filium eius Martinum inuasorem Siciliam ad defectionem à Petro sollicitauerat, incommodando, seu a leo inuadendo, atque in ordinem redigendo. Istud Petrus Luna, per Comitem Fundanum, & Vicanos, cum Centumcellenſem portum mercaretur, non ita pridem, quemadmodum ex annalibus Surita narrabamus, tentandum esse existimauerat. Itaque, quod nonnulli Proceres Siculi, Bonifacio & Romana Ecclesiæ magis quam Martino filio obsequentes, in Bruttio ad Ladislauum Regem, à persecutione Mariniana profugissent, & tam illius, quam Bonifacij turela se credidissent, Martinus pater, quasi à Ladislao merueret, in Siciliam mouit, & per eam occasionem, cum aliud nec quicquam efficere aut tentare potuerit, reliquis Apostolica Sedi proceribus reprobis, vniuersum Regnum Siciliae in potestatem filij redigit: dubio procul maiora auſsus, nisi Bonifacius pro dignitate sua, & pro L. Ladislao Rege vigilasset.

In canecessitate positum, non vna calamitas Bonifacium excepit. Galeazius Mediolanensis Dux, veterem morbo consequendi rotius Italiam imperij laborans, præter pača apud Ticinum anno superiore stabilita, in primis in Pisano & Seneſe, deinde in Perusino Pontificie diuinis exercitum duxit, calque vrbes in potestatem suam redigit. Romanorum quoq; nonnulli proceres, sive Pontificij imperij in patientes, sive ab hostibus Bonifacij, Ludouico Andegauio, Martino Aragonio, Ioanne Galeazio, & Petro Luna sollicitati, imperata detrectabant, & per seditiones omnia miscebant. Aliqui etiam vltamontanorum, à fide Bonifacij per id temporis vel discesserant, vel discessione proximi eis nunciabantur. Ex ilis Leodienses, nescio q̄ia cacoedamone decepti, ac medietatem seu neutralitatem quādam complexi, Bonifacium desernerant, & clericos suos omnes ex vrbe Romana domum reuocabant, insuper nuncios illius qui mederi infania voluerant, per contumeliam cicererant. Frossardus referit per Gallos effectum istud fuisse, millo Leodium equite Regis Caroli Balduino a monte Iardino. Ex his Anglos fore metuebatur, Henrico II. Rege Lancastrio, ex Gallo reduce, qui Richardum Regem exauthauerat, & Regiam post eum dignitatem ylurpauerat. Itaque cum & domi, & foris,

III. Antip. de
conditio-
nibus con-
querunt &
tandem il-
las subſcri-
bit.

IV. Rex Ara-
gonius Bo-
nif. infus-
as in Sici-
lia moue-
r. & Regnum
in fili-
potestatem
redigit.
*Surita in-
dic. li. 3.*

V. Alia Boni-
fac. calamiti-
tis.
Leonardus
Aretinus
in hist Flo-
rentin.
Niem. lib.
2. de schi-
mate.

Meyerus
lib. 14.

VIII. Meyerus
sup.
De Alba-
torum fe-
dia & eorū
Bonif.

CHRISTI BONIFAC. WENCESLAI BONIFACI CHRISTI
1399. PAP. IX. IO. REG. ROM. 23.

CHRISTI BONIFAC. WENCESLAI BONIFAC. CHRISTI
1399. PAP. IX. IO. REG. ROM. 23. PAP. IX. IO. 1399.

Cashian. in Vene-
tia &
Naclerus
generat.
4. Necesse-
re compul-
sus anna-
tas bene-
ficiorum
vacantia
cam.ap.re-
fernat.

V. VI. VVence-
slai Regis
ignavia &
facinora.

tam sibi, quam suis, & imprimis Ecclesia timeret, multis que ausiliis opus haberet, arque ea à Wenceslao omnium ignauissimo & atarissimo Rege frusta speraret, recepto iam à temporibus Ioannis XXII. more, primos fructus vi- nius anni, etiam Ecclesiarum Cachedralium & Abbatarum vacantia, sua camere reseruit, latique legiē poſterum hanxit, vt quicunque Archiepiscopus, Episco- pus, Abbas, eam dignitatem vacante à Sede Apostolica, statim deinde conclamabant, miltis ieuiis se se macerabant, ad meliorē frugē omnes provocabant. Nemo à suis finibus hos arcebat, sed certatim ciuitates se illis adiungebant. Vnde magna mutatio mortuū vbiq; facta, fraudibus & dolis nemo alium tentare, inimicitias mortales ponere, iniuriarum obliuisci, charitate certare, industrias producere, hospitalitatem exercere, in pauperes largas elemosinas profundere conabantur. Præter hæc, confessiones peccatorum, & communiones Corporis Christi creberimæ, vbiq; pax & tranquillitas tota ea profecitione, permuli à magnis sclerum criminibus ad pœnitentiam conuersi. Arcatum Dei opus creditum fuit à multis. Lucenses, Florentini, Ianuenses, Pistorienses, omnis etas, omnis ordo, Episcopi, Sacerdotes, Mercatores, agmina populorum, se illis sociabant. Simili exemplo, alii ad quos accederent, moeabantur. Ex Apennino per Etruriam, Umbriam, Picentes, Sabinos, Marsos, catenaque gentes, transibant. Viterbij cuti agerent, ac Romam petere meditarentur, Bonifacius Pontifex misera militum manu ductorem presbyterum illum comprehendit, Romamque adductum igne cremauit, quod, vt *Pigna memorat*, in speciem quidem moribus compositis & sanctitate eximia, intus vita profligatissima, seditione ad Pontificatum apicaret. Addit, alios quoque nimis superstitionis suspectos fuisse, cum, vt Naclerus narrat, cederent presbytero affranchanti, Crucifixum, quem preferebant, ob hominum errata lachrymari. *Theodoricus Niem* certiora hac fecit, his ipsis quæ adiungo verbis. Anno decimo eiusdem Bonifacii, aliqui trahitores de Scotie partibus ad Italiam venientes, crucis lateritia: subtiliter per insulam sanguinem in conspectu populi exprimentes, dictas crucis etiam olei liquore intus madefactas astio tempore sudare fecerunt, & vnum ipsorum Heliam effigiem proprieatatem fixerunt, & deparatus exiisse, mundumque in breuiterre motu perire debere. Et totam penitentiam Italiam, Romanum quoque & Campaniam Romanam perire, anates, omnem populum mirabiliter deceperunt, ita quod etiam presbyteri, & clerici, ac laici viri que sexus, & pene totus populus in Roma & vicinis regionibus, nec non etiam quidam Cardinales decepti per huiusmodi trufatores, se induerunt sacci seu albi camis, nec non cantantes noua carmina per modum litaniae, processionaliter iuenerunt per ciuitates & vicina loca, per 13. dies continuos, antequam ad dominum propriae redierunt, nocturno tempore cubantes in Ecclesiis, & mortuariis, ac eorum cameteriis, & aliis officiis, illa turpiter defadando. In quibus quidem processionalibus & stationibus maxime nocturno tempore, multa fiebant anormalia, quia senes & iuuenes, nec non adolescentes & mulieres pariter & virgines prava suspitione simulante nocte in eodem loco cubabant; & manes regentes ibant vltoribus cantando nocte die, scie per predictum fecerunt. Sed demum vno comprehenso pseudopropheta in Aquapendenti, nec non ad questiones posito, spile flagitium detectus pena docente, quem postea flamma cum busse. Quod cum acceptissimum aliqui ex eius complicibus, ne ipsi etiam venirent in locum tormentorum, ab illis partibus clanculum abi-erunt. Hac *Theodoricus Niem* referebat.

8. Antonius, narrabat eam Albatorum deuotionem orum habuisse, ab apparitione Diuæ Deiparæ, quæ euidam rusticò apparuerit, atq; filium suum contra mundum propter eius feclera valde turbatum reuelasse, istudque deuotionis genitū ad reconciliandum & placandum illum obseruandum tradidisset. Ioannes *Pigna* affirmabat, eam feclam ab Henrico II. Rege Castulonensi, placandi numinis ergo institutam fuisse, comperto, sanctissimā virginem Deiparen-tem in terris obseruatam denuntiasse fore, vt teterim mortalium noxis gravissima pestilenta christiano orbi quam late incideret. *Philippus Bergomensis* recenset, Crucifixi imaginem quam illi ante se defecuti faciebant, apud Lucenses maxima cum veneratione seruari, ad quam vota & imagines deferantur. Addit, propter albatorū frequentiam, tantam in Italia fuisse pestilentiam, vt Florentiae ad xxx. m. ho-

represso-
ne.

Lib. 2. de
schism. &
z.

minum abstempta fuisse censerentur. Addit *Pigna*, ex eo
catu qui Venerias perirexant, quod commercis & mer-
cature impedimento essent, alias etiam nimis supersticio-
nis suspecti, tantum non inde publico decreto, fuisse ex-
pulso. Ut vt est, poterat ista congregatio originem ab
aliqua apparitione, aut reuelatione traxisse, poterat in pu-
blico, plurima exempla pietatis dedisse, & multos ad me-
liorem frugem mouisse, poterat denique ex tanta multi-
tudine, quanta in dies vindique concurrebat, non modi-
ca pars, sanctiore spiritu animata, nihil indignum profes-
sione christiana admississe: ductore, superstitionis nimio,
aliquis in ranta colluione, quae sine ordine, non ad for-
mulam christianitatis viuentibus, vniuerso autem agmine,
vel mole sua omnibus graui, vel incondito ad omnem mo-
rum studio, sive ad seditionem, sive ad superstitionem, sive
ad damnatam flagellantum sectam proclivi, que necessi-
tatem Bonifacii Pontifici imposuerit, qui ductorem qui-
dem comprehensum ad rigorem Ecclesiasticum castigaret,
cateram vero multitudinem, agro & foro grauissimam dis-
siparet. *Thomas Walsingham* in historia Anglicana, eadem
his verbis insinuabat. Sub hoc, inquit, tempore Romæ,
imagines Crucifixi, & Beatae virginis Marie, humorem
sanguineum sudauerunt, quo tempore nobiles pene to-
tius Italia, cum plebe communi, noua deuotione tacti, in-
duti pannis lineis, cum crucibus insertis in eisdem, feren-
tes cruces in manibus, & vexilla habentes, & imaginē Cru-
cifixi deportata coram eis, fecerunt processiones, circum-
euentes stationes die nocteque, & nudatis corporibus vñq;
vmbilicū flagellabant se, cantantes pios cantus in vulga-
ri & in Latino, sed deuotius & frequenter inter cateros,
stabat mater dolorosa, iuxta Crucem lachrymosa, dum pen-
debat filius, & clamabant sapissime misericordiam & pa-
cem in suo vulgari. Fuerunt autem in via comitiua quadra-
ginta millia, in alia vero viginti millia, in alia quoq; decem
millia. Vtautem via comitiua compleuit Romæ suam de-
uotionem, accessit & alia, faciens per omnia sicut prior, &
non dormierunt in lectis, pro tempore peregrinationis
sua; nec carnes ac lactescia comedederunt, & diebus Sab-
athis generaliter jejunauerunt.

IX.

Tamerlan
nes cum
Tartari
bellū chri
stianis in
fert.

X.
Vitoudus
Lithuan.
Dux in Ta
taros alte
ram expedi
tionem
facit.

Aduersus hunc Tamerlanem, Alexander Vitoudus Magnus Lituanie Dux, Wladislai lagellonij Regis Poloniae fratruelis iniislu, non omnino infaustis auspiciis bellum suscepit & gessit hocanno. *Martini Cromeri polonorum historiographi*, haec sunt verba:

Vitodus, necquequam dissidentibus Rege & Regina, alteram expeditionem fecit in Tartaros, ad quam permulti de Polonica & Germanica nobilitate glorie cupidi nominadere. Multi Hedio Regina aduersos eam expeditionem successus predictensis autoritate de

mens Glouatius Palatinus Mafouienensis, Ioannes Dambrouius, Varsius Michouie, Sotha Ploensis Palatinus, Thomas Verincus, & illustris in primis Spiteo Melfinius Palatinus Cracoviensis, ac Dominus inferioris Russie sive Podolia, quam ei VVladislaus Rex ante duos annos frustria reclamante Regina cum Proceribus donarat, sua adeo certo pacto obligarat, ealge, ut accitus a Rege ad quodius bellum cum auxiliis prosto esset. Recensit apud Kouiam copia Vitodus bona spei plenus, Scythiam cum infesto exercitu ingreditur. Imperabat tunc, quemadmodum diximus apud Tartaros sive Tamerlanes, humili quidem lo. o natus, vernon scientia rei militaris & felicitate eo potentiae prouelius, vt duodecimcentena millia haberet in exercitu, ac Turcis profligatis, Imperatoreque eorum Baiazete captio, & in ferrea catena fera in modum secum circumfuerat, ac Iberia, Albanta, Armenia, Persia, Mesopotamia, Asia & Egypto incredibili celerritate vastatis, orbem terrarum terrore sui nominis implerat. Lamque transmisit Sula & Pola fluminibus, ad campostria Tartarie, & ad Vor selam amneni Vitodus nemine repugnante peruenierat, cum Edigani vnum inter Duces Tartarorum potestissimum Tamerlanis Legatum cum innumerabilibus copiis obutum habuit. Itaque studante maxime Spiteone, de pace cum barbaris agi placuit. Neque illi pacem a spernabantur. Verum id maiorum nata consilium quasi timendum, seriocres plerique cum reprehenderent, re vniuersae dimicacionis discrimini commissa, vicerunt barbari, non incruenta quidem victoria. Quod si multitudine abundassent, viritate Polonorum superati seissent. Cecidere ex his plurimi, nec inulti tamen. In his frater Regis Andreas, & Demetrius Coribius, & alii nouem Duci Lituani & Russi: pauci viui capti. I. itoudus cum Suirigallone patruele, Ostrorogo & Samotulio, cum inclinari aciem suorum cerneret, perniciifugus erexit. Melfinius cum seu fuga, seu ducis hostium indulgentia, cui virtutem & prudentiam suam inter colloquendum de pace probarat, salutis esse posset, inter confertissimos hostes honestissime occumbe maliuit, quemadmodum ipse optarat & pradixerat Paulo Sciucoio. C. ormerus lib. 1.

Albertus Krantzius aliqua singularia huius expeditionis recenset, his verbis. Alexander Dux Lituanorum, pridem dictus Vitoldus, vir armis inmunitus, & qui iam Christianus illam acrimoniā ostendere estipicbat pro Christo, quam quondam præterderat contra ipsam, magno furorū aquilinū duxit in Tartarus, christianitatis expertes. Tertio equum pede tunc plusquam centum millia educisse. Obuiam illi progressi Tartari, manus cum illo conservuerunt. Prima illi prospensa pugna fuit, magna enim hostium strage peracta, vixit in campo stetit, hostibus fugatis. Renovato per aliā vicem prelio, quam fortiter virimque damicaretur, atque multi ex christianis cecidissent, maior tamen strages erat Tartarorum. seruentis trecenta millia Tartarorum daubus prelio fuisse concisa. Tertio quoque manum conferre ausus Alexander, non eadem prosperitate pugnauit. Nam congregati Tartari, aliquando se vindicarent. Fuis ex exercitu Alexandri, cæsare ad interneccio- ne penes omnes ; vix ita oclausi cuasi, versam in se fortunam expertus. Mariani, Liutones & Pruteni Equites, quorunq; a primario instituto officium fuerat, christianorum exercitum aduersus

barbaros implere, maluerunt vicinam Samagitariam Alexandro Vi-
toude subiectam interim vexare, quam illum aduersus Tartaros
pugnauerint iunare. Hoc enim ipso anno, nacti viam per conge-
tas paludes, quindecim milibus suorum eductis, in Samagitariam
ingrati preadas ingentes egerunt, & quatuor millia Samagitariorum
occiderunt. Fratres quoque ex Prussia, alia ex parte ingressi, sibi
oppositi similes vastitatem intulierunt: specie quidem, ut armis com-
pellenter Samagoras, ad fidem christianam amplexandam, ut autem
apparet, ad dominium Samagitarum consequendum. Wandaliae lib.
9. cap. 37. 39.

Tanti scilicet faciebant Bonifacij Pontificis auctoritatem, qui indulgentiis quam maximis, & gratiis Ecclesiasticis propositis, invitabat omnes & singulos, ad sacra militiam contra Tartaros suscipiendam; à quibus & Orientale imperium pene prostratum iacebat, & Occidentalibus Regni vastitas extrema, non minor quam olim ab Attila vel Tolita impendebat. Auditum Vitodus sacram Bonifacij classicum, & quamquam à Rege & Regina dissuaderetur, adeoque prohiberetur, contra barbaros exercitum eduxit, ex Germanis, Polonis, Russis, &

Obiit id temporis, die 12. mensis Iulij, Heduigis Regina Elisabetham Bonifaciam primo partu enixa. Elata est De

11-

CHRISTI BONIFAC. WENCESLAI
1399. PAR. IX. IO. REG. ROM. 23. Ecclesiastici. WENCESLAI BONIFAC. CHRISTI
REG. ROM. 23. PAR. IX. IO. 1399.

magnificentissimo funere, multorum Regum, & Summi Pontificis Bonifacij noni Splendidis legationibus celebrato; tametsi non ad exequias, verum ad leuandam de sacro fonte prolem Regiam, Rege ipso inuitante misse erant. Fuit autem Hedwigis singulari pietate & vita sanctimonia prædicta; ab omni fastu, leuitate & iracundia aliena. Ocij, iuxta ac alienorum à suo sexu atque dignitate negotiorum fugiens, tempus omne suum vel diuinu cultui, vel lectioni eorum, qua ad pietatem moresque formandos pertinenter, vel deinde audiendis & leuandis videturum, pupillorum, & aliorum miserabilium hominum querimoniis impertiebat. Vetus & nouum testamentum, Vitas Patrum, Homelias Quattuor Doctorum, Passiones & sermones sanctorum, Meditaciones & orationes S. Bernardi, Officia S. Ambrosii, & alios libros pietatis le-

mina
&
bitu-

mi acquirebat, vt illud non solum virgis, flagris, tribulis, diuersisque generis instrumentis acutis caderet, sed etiam adhuc à tenebris annis, aestate quidem candela accensis, ferro candente, aqua bulliente, pinguedine feruente: verna autem intemperie, glacie, ventis, pruina, intensissimis frigorisibus, quibus se voluntarie exponebat, mirum in modum duexaret. Praterea, in brachis, si pedibus, tibis, femoribus, diuersa fibi vulnera, affligendo corpori inflexerat, vt totum corpus, facie & manibus exceptis, (quae ne illas afflictiones proderet, data opera illas reliquerat) saucium, vulneratum, exsustum, concisumque haberet. Cum autem simul cum marito, pio licet & deuoto coniuncti sepins eam interesse, iustis de causis necessum esset: illa clanculum pedibus suis vulnera infligebat, vt studiosè claudicans, à chorei ducendis, quas multum detrahebatur, honestam excusandi occasionem haberet.

marito orbata, ut magis Christo posset placere, in statu viduatisque ad mortem viuere decreuit. Unde quicquid adhuc in se reverteret Ada, carnaliumque desideriorum quo militant aduersus animam sentiebat, continua suisvis victoria, voluntatisque proprias abnegatione extinguiere, & in sanctam seruitute appetitus suos redigere, & corpus frequenter castigatione, recte rationi perfecte subiecte conabantur. Orationi vacans, non solum sua, sed etiam aliena peccata desebat. Exemplo aliarum sanctorum feminarum, desiderio visitandi sacra loca accusa, & familia domus sua optime disposita, viitissimo peregrine habitu, primaria Aquisgranae Deipara virginis miraculosa imagine celebrem, deinde Apostolorum principum sepulchrum Romae salit, anno salutis humana millesimo trecentesimo, octuagessimo octauo, tempore Urbani Sexti Pape. Rome, Septem Basilicas, & alias Ecclesiis religione sacrificisque reliquiis celebris, multo peribus, multi cum lachrymis & suspiris obibat: ac postea dibilio & infirma, nullaque itinere fatigata, summa cum humilitate atque patientia, apud Xenodochium, quod Sanct. Marii consolatione vocant, diuertens, in defectus suos, si quos se commisso aduertisset, animaduertebat. Roma in patriam cum redire, Coloniam Agrippinam se pulchris S.S. trium Magorum, & Sanctorum vndeclim millium virginum celebrem visitans, plurimas afflictiones ex infermitate, & aduersitates ex persecutione hostis humani generis (quem suis orationibus semper vincebat) forti animo pertulit. Aliquando Sanctissima Dei mater, numero suo Sanctorum Angelorum & Sanctorum Virginum catu comitata, visibiliter e apparuit, canique verbis consolatorius, & plane materni confortauit. Ab hac visitatione, illa ad obsequium Domini magis incitata, magis quotidie sibi ipsi mori cupiens, sequie ipsam concennens, ut magis Deo vivere posset, afferre hicme sola tenui tunica & humili palto induebatur. quo tam tempore adeo Diuino ardebat amore, ut corpus ipsius, ex inflammatu mentis ardore, abundanti fudore quasi in medio astri diffuseret. Aeterna vero tempore, i-

*Sydis Polonorum iacet hic Hedwigis eorum.
Regina uobilis generosa, &c.*

Feruntur autem propter sanctitatem illius, miracula quædam ad tumulum eius postea fuisse edita. Cromerus sup. Michonius rerum Polonicar. lib. 4. t. 4. Monumenta, & traditiones Basilica Cracoviensis.

Obiit hoc ipso anno in Polonia Beata Dorothea, vidua Pruthena, cuius haec est vita, ex monumentis Ecclesiarum Marienburgensis Parochialis descripta. Nata est Dorothea, anno Domini 1334, in villa Montou, insula maioris Quicicensis, Diocesis Pomeraniae, in Prussia, parentibus honfatu & dñitutis, pietate in Deum, & liberalitate in eugenios claris. Ab his optime educata, se primo etatis anno, magna futura sanctitatis signa dedit. In illa estate, sicut modico valde cibo semper rereverat, Sabbathos tamen diues ad honorem Deiparae Virginis, quam toro vite sua tempore specie cultu reverentibus, panem & aquam selen tantum comedens ac bibens, ad extremam vifg. senectutem obseruant. In matrimonium à parentibus, vni ex cibis Quicicensibus tradita, nihil expristino deuotioni: seruore remisit. Defectus suos, qnti tamen ob eius vivendi modum gra. ce esse non posuerant, quotidiane, in aliquoties pluries in die, purificari conseruit. amississima, Sacerdoti approbato confitebatur. Pietati ita vacabat, ut in re familiari curanda vocationi sue non deficeret. In cura domesticæ rei magis Deo, qui eam ad tale genia vita vocauerat, quam marito suo placere desiderabat. Ex attenta Dominica passionis consideratione, ad affligendum corpus proprium tice imbelli, a deo superiam excitabat, tantumque ani-

num contemplationumque ei locus, eademque brevis somni quietisque, idque lapide capiti supposito erat. Matutinis horis, numquam è templo, etiam gravisissima urgentibus negotiis, domum renoverebatur, nisi post omnia sacrificia diuinaque officia, qui bis magna cum attentione adesse solebat, finita. Reliquam temporis à meridie, vel in oratione pro viuis & mortuis, vel in visitandis Ecclesiis, vel in obsequio languentium in Xenedochiis insumbebat. Huic mulieri vere forti, que panem otiosa non comedet, die Sancte Agathe Virginis & Martyris, post Sacrosanctam Eucharistiam suscepitam, altera contemplatione dedit, maximum cordis dolorem, qui vix sine speciali Auxilio diutio ferri poterat, patienti, sponsus eius CHRISTVS, cum sanctissima Matre sua, plurimisque aliis Sanctis apparuit, cordique eius quinque sagittas leniter insigens dicit: Dorothea filia mea, ve ego pro te, fac tu pro me dolorum patiere. Quia visione licet pertterita, proxima tamen CHRISTVM Dominum adorauit, & maxima cum exultatione pedes eius exosculari aest. Eius pietate & humilitate piissimus Dominus delectatus, illi benedixit, eiusque caput exosculari dignatus est. Cum autem dulcissimi eiusdem colloquio frueretur, extra se quasi rapta, & pene à sensibus alienata, visa fuit virtute diuina in aere quinque horarum spatio eleuata. Ad se deinde reuerta, per multos dies admirandam dulcedinem in corde suo, ex iis sponsis suis CHRISTI colloquio sensit. Tandem liberius securiusque DEO seruire cupiens, disposita prius familia, scilicet fratres suorum operae pietatis erga-

Annal. Eccl. Tom. 15.

XIII.
Iudeorum
Posnaniae
sacrilegii
& sacrae
hostiae mi-
raculum.

I.
ANNO DOMINI 1399. POSNANIAE IN
Polonia maiori, Iudei preto Christianam seruam corrum-
punt, ut Sacraissimam Eucharistiam surreptam,
ad illos deferat.

Persida Iudeorum gens, quemadmodum sub veteri le-
ge, Deo, qui maximis eos beneficiis, ad sibi parendum
& truendum semper inducebat, inobedient & refractaria
exitit: ita sub lege gratia, filio eius unigenito, Christo
saluatori & vero Messia, per tot oracula illis promisso,
in mundum venienti, & maxima gratia dona deferenti,
contrariam se adeo exhibuit, ut eo per summum scelus &
inuidiam, in crucem acto, post eius Resurrectionem &
gloriosam in caelos Ascensionem, discipulos eius & na-
scetem Ecclesiam, infaciibili odio & caninabili, perseque-
nunquam desisterit, eo maxime confuso, ut redemptio
humana perpetuis memoriam tenebris involueret, & e-
terra penitus exterminaret. Quia cum in augustissimo Sa-
craissimae Eucharistie Sacramento, plurimum emineat:
in illud infernale virus suum effundere nunquam inter-
misit: cuius rei exempla, quamvis in variis orbis Christia-
ni partibus reperiuntur, in civitate tamen Posnaniensi, que
maioris Poloniae metropolis & caput est, facinus horren-

uit, & in ediculam quam in flar Sacelli, ad Ecclesiam maiorem Qui-
censis ciuitatis sibi confruxerat, terrena onus contemnens, &
celibibus iubians, ingressa, sponte ibidem se oculati fecit: ex qua
cum liber ei pateret in templum prospectus, sacrificia que in eodem
templo offerebantur, summa cum devotione intrubatur: neque ex
eadem edicula, que sibi in flar magnifici Palarii ritebatur, voluntar-
rioque illo carcere, in quem se Dei amore incluserat, amplius egeri
curans, medico valde cibo qui eipse fenestram porrigebat, ritam
sustentans, in eodem loco ieiunii & orationibus Deo seruens, ad extre-
mum vita sua permanis. Spiritu Prophetico a Domino donata,
multa variis, moremque suam plurimi predixit, & aliorum
occulta diuinis cognovit. Antequam ex hac vita migraret, insig-
ni pririlegio a Domino cui toro corde seruierat exornata est. Nam
cum morti proxima, sacrum corpus Dominum suscipere arden-
tissime desideraret, ministrisque animaduertentis quibus eum tali
ritu muniendi cura incumbebat, profunda fessura ex intimo
cordis affectu trahente, ipsemet Salvator noster Iesu Christus, cum
SS. sua matre apparuit, eamque per eandem fenestram, per quam i-
psum toties in Missa sacrificio, sub speciebus panis & vini latenter
adorauerat, ipse in proprio corpore, sub speciebus panis refecit, quo
illa percepit, non multo post ad eandem speciem feliciter migra-
uit, die 11. mensis Septembri. Post mortem labia eius liquore mi-
rabili & odoriferi sudore visa corporis vero licet macilentum, squalli-
dum & luidum, suauissimum ex se diffundebat odorem, cuius at-
taet & odore plurimi debiles & claudi fuererat, aquae caci vi-
sum receperunt. Sepulta est magno cum honore, in eodem loco, in
quo mortua est: ad eum sepulchrum, multi obsecrati a Demonibus li-
berati, pluriusque miracula dita, ad eisdem invocationem par-
ata, quibus permoti Generales Magistri Prussiae, cum Episcopis &
Capitulo circumciditis, nomine totius Ordinis Cruciferorum, a
Bonif. Papa IX. posuerunt, ut eam Catholigie sanctuarum multorum
attribueret. Hec eius vita excusa est Cracoviæ in officina Ba-
silica Skalci, anno Domini M. DC. IX. auctoritate Illastris
& Reuerendissimi Domini Bernardi Macieonisli S.
R. E. Cardinalis Archiepiscopi Gnesnen.

Eodem anno, Posnaniae in maiore Polonia, Iudei na-
Et tres factofanctæ Eucharistie particulas, è vicina Domi-
nicanorum Ecclesia, cultris eas confoderunt. Manavit ex
ipsius copiosus: mitacula deinde innumerabilia subsecuta
fuit: Basilica, eodem loci quo non sine miraculo reperta
fuit, a Ladislao Regi adiuncta: cultus Eucharisticus ma-
gno piorum commodo usque in diem propagatus, que o-
mnia ex Ms. libris antiquis, & maiorum traditione colle-
cta erunt, & typis Brunsbergianis anno 1609. dedit, excel-
lenti vir pietate Thomas Treterus, Stanislaus Hosio Cardinali
Varmiensi olim à facis, primum S. Mariae TransTyberin Ra-
me, deinde Cathedralis Varmiensis Ecclesie Cufos Canonicus.
Placuit, ad consolationem Catholicorum, & ad confu-
sionem sacramentorum, totidem verbis adscribere mi-
ra miranda.

I.

ANNO DOMINI 1399. POSNANIAE IN
Polonia maiori, Iudei preto Christianam seruam corrum-
punt, ut Sacraissimam Eucharistiam surreptam,
ad illos deferat.

Persida Iudeorum gens, quemadmodum sub veteri le-
ge, Deo, qui maximis eos beneficiis, ad sibi parendum
& truendum semper inducebat, inobedient & refractaria
exitit: ita sub lege gratia, filio eius unigenito, Christo
saluatori & vero Messia, per tot oracula illis promisso,
in mundum venienti, & maxima gratia dona deferenti,
contrariam se adeo exhibuit, ut eo per summum scelus &
inuidiam, in crucem acto, post eius Resurrectionem &
gloriosam in caelos Ascensionem, discipulos eius & na-
scetem Ecclesiam, infaciibili odio & caninabili, perseque-
nunquam desisterit, eo maxime confuso, ut redemptio
humana perpetuis memoriam tenebris involueret, & e-
terra penitus exterminaret. Quia cum in augustissimo Sa-
craissimae Eucharistie Sacramento, plurimum emineat:
in illud infernale virus suum effundere nunquam inter-
misit: cuius rei exempla, quamvis in variis orbis Christia-
ni partibus reperiuntur, in civitate tamen Posnaniensi, que
maioris Poloniae metropolis & caput est, facinus horren-

impie

impie derelabiles operam collaudarunt, ac dimissam
honoratio non exiguo cumularunt.

III.

**IVD AEI TRES COMMUNIONIS PARTI-
CULAS CULTRIS PERFODUNT E QUIBUS COPIOSUS CRUOR E-
MANAT. Iudea mulier cacaibidem illu-
MINATUR.**

Rabbini tanti facinoris architetti, conuocatis primori-
bus Iudeorum, ut rabie aduersus Christi corpus diu-
iam ante conceptam, tutius & facilius expromere posset;
se ad domum lateritiam conferentes, quæ inter Iudeo-
rum maniones posita, ad nobilem Svidvvarum familiam
pertinebat, in locum subterraneum seu cellarium descen-
derunt: vbi mensa ad columnam quam concamerationem
cellarum sustinebat, apposita, in eam tres hostias Sacraissime
particulas profererunt: Vtus autem ex eis, Diabolico
furore percitus, cultro vnam hostiam perfodit, ex qua Sa-
craissimus crux erupens, perditissimi latronis illius fa-
ciam copiose respersit, illique ita fortiter adhæsit, ut nullis
arribus ab illo detegri nunquam potuerit. Huius exem-
plum exercitum lequiti: alias itidem hostias, cre-
bris pugionum iætibus percutiebant, inconditis clamori-
bus, blasphemis, & improperiis, Dei filium lacerantes, &
se veros patrum suorum imitatores & Israhitas proclamantes.
Nam quemadmodum illi sanguis officium, hac experientia recupera-
ret. Progredientes vero longius, per vicum qui Stelmacho-
rum vocatur, in ædibus quibusdam æger iam in extremo
agone constitutus, veluti è gravi somno excitatus, lecto se
proxipuit, & Christum salvatorem præterisse, & sibi sa-
mitatem restituisse clamabat, Iudei interim in obstinatio-
ne permanentibus: qui cum ad eum locum peruenissent,
vbi nunc insignis Christi corporis Ecclesia adificata conspicitur (tunc autem non nisi paludes & pascua Ciuitatis erant) dirabus perticis, cespitem eruentes, in fonteum il-
lam Sacraissimum Sacramentum praieccutunt atq; ita ab-
ierunt, existimantes le officio suo præclare funestos. Extat
in eadem Ecclesia, locus erat ferrea testus, in quo scelerati
Iudei, Diuinum illum Thesaurum, fordidis manib; pri-
mum deposuerunt; ad quem multi cum certa fide, & debita
veneratione accedentes à variis infirmatibus curan-
tur. Iudei autem quid? Nec miraculis, que in deportatione
Sacramenti oculis suis conspexerunt, nec temorsu consci-
entiae admonitioni, in tua cœcitate permaneunt, & contribu-
libus suis, veritate rei occultantes, persuadere non ce-
fariunt; quicquid hac in reactum esse, non ad potentiam
Christi crucifixi, sed ad prestigias quasdam esse referendum.
Proinde gentem Christianorum, maiore deinceps odio
prosequi inueniunt & in Conuersione ad eorum fidem, tanquam surdae aspides, perpetuo aures obrutarent.

V.

**SS. HOSTIAE SVPER PALVDES ELE-
VANTUR, à Paulo pueru adorantur, iumentis itidem
genua sceleribus. Bubulus pueri pater
superueniens stupet.**

Quod olim apud Isalam, de populo Israelitico, Domi-
nus conquestus est, se ab illo spernit, cognoscere bo-
uem possessorum suum, & asinum praesepi Domini sui: Is-
raelites autem eum nō cognoscere, & populum suum non
intelligere: id de hac scelerata Iudeorum progenie & hoc
loco, dici recte potest. Nam Rabbini illi nequam, Vene-
rabilis Sacramento, in lutum demerso, quasi triumphantes
in vrbem redierunt, nullam de perpetrato tam atrocis cri-
minis, doloris aut perturbationis aliquius significacione ex-
hibentes. Deus autem ad arguendam incredulitatem &
obstinationem ipsorum, non multo post iumenta excita-
uit, quæ honorem Diuinæ maiestati convenientem de-
ferrent. Nam die Dominica, infra Octavias Assumptio-
nis Beatisissimæ Virginis, bubulus, qui pascendorum ci-
uitatis iumentorum curam habebat, assunto secum
puerulo Paulu ad pascuilla, in quibus Venerabile Sacra-
mentum delicebat, boues perduxit: & reliquo pro cu-
stodia eorum filio, ipse propter audienda officia Diuinæ,

E. r.

in Ciui-

in Cuiitatē reuersus est. Ecce autem post discessum illius, tres illæ hostiæ in alium eleuatae, volitare in aere ceperunt, in star candidissimorum papilionum, idque trina vice factum puerulus aduerit; cumque iumenta etiam in genua procubuisse, & Deipresentiam adorarent, ipse quoque idem fecit. Postorū ē Cuiitate reuerso, narrat ea quæ videt, filius qui à levitate pueruli, ex prouenire ratus, fidem dicit adhibere neglexit. Non ita magno temporis intercallo currente, vidit & ipse pastor, boues in genua proculbere & tali signo, superculturantibus super paludes hostiæ, cultum adorationis exhibere. Quo miraculo obstupefactus, relicto ibidem puerulo, ipse ad Cuiitatē perirexit. Ecce igitur in detestationē Iudaicæ facinoris boues cognoverunt possessorum suum. De astu vero præsepe Domini cognoscente, & Sacrosanctam Eucharistiam adorante, memoria proditum est, in vita Sancti Antonii de Padua Christi confessoris, qui cum in partibus Tolosanis, cum perfidissimo quodam Hæretico, disputationem acerbius habuisset, de presentia corporis Christi in Eucharistia, & Hæreticus vim argumentorum tolerare non posset; Missa facianus, inquit, verba, & ad res veniamus. Situ miraculo testatum efficere potueris, in Eucharistia verum haberi corpus Christi, cernices meas Catholicae fidei iugo submittam. Cui Sanctus; Confido in Christo Salvatore, me pro tui & aliorum conversione, id quod postulas, ab eius misericordia impetraturum. Tum Hæreticus; Ego iumentum quoddam triduana inedia macerabo; tuque stabis ex aduerso cum tuo illo, ut dicas, Corpore Domini. Si iumentum posthabito pabulo suo, properauerit ad adorandum Deum tuum, Ecclesiastica fidei totus accedam. Afferit iis vir Dei; & die praefixa, in plateam latissimam populo frequentissimo concurrente, adest vir Dei Antonius, ingenti Catholicorum frequenter stipatus, nec absit Hæreticus cum nequissima suorum caterua. Prope aderat Sacellum, in quo vir sanctus ingressus, cum multa deuotione obtulit Missæ Sacramentum. Eo præacto, egreditur ad populum, cum summa reverentia gestans Corpus Domini. Producitur conclavi mulus bene famelicus, congruumque illi pabulū offertur. Imperato silentio, vir Dei multa cum fiducia, bruto illi animanti ita dixit: In virtute & nomine Creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, te vera teneo, tibi præcipio, vt confessum humiliiter huc accedas, & eam quam pat est, illi præstes reverentiam, vt hinc perspicue intelligat peruersitas Hæreticorum, omnem creaturam suum subdi cœtatori, quem dignitas Sacerdotalis in Altari contrectat. Necdum Christi seruus dicendi finem fecerat, & ecce iumentum illud, neglecto pabulo, vsque ad populus submissio capite accessit, & coram illo viuifico corporis Christi Sacramento, genu curvauit. Mox imenso gudio exultant Catholicæ, Hæretici dolore animi contrahuntur. Hæretiæ coram omniibus abiturata perfidia, Sanctis Ecclesiæ mandatis deinceps paruit. Cuius exemplum vt nôtri quoque temporis Dubitantij sequi velint, orantis est Deus: & qui Ecclesiæ & Sanctorum Patrum, & Canonum auctoritate ad veritatem amplectendam perduci recifiant, saltēm brutorum animalium, Creatoris potentiam reverentium & agnoscientium, magisterio, ad rectum de Augustissimo Eucharistia sacramento sensum perdici non ignominiosum sibi esse persuadent.

VI.

BVBVLCVS MAGISTRATVI MIRACVLUM indicat. Ut delirus in carcere comicitur. Sponsor reclusis portis egreditur, & fidem reificat, que ad Episcopum defertur.

Pastor miraculi indicium daturus, ad Consulem & Magistratum ciuitatis accessit, & quæ oculis ipsomet suis vidit, verbis simplicibus exposuit. Sed nulla dictis eius si deadhibita, tanquam delirus reputatur; & quod cum rebus suis interpellare primores auctus esset, in carcere turris porta, quæ Viatislaniam ducit, coniuci inbetetur. Qua in re, quam incerta sunt hominum iudicia, vi-

dere licet. Nam apud magnates, quæ perviles & abiectos homines verissima nunciantur, contemptui habentur. Mendacia vero quæ ab aliis, seculari eloquentia præditis, & cultu nitidore fulgentibus, proponuntur, non adeo magno negotio admittuntur. Quid autem sequuntur est? Veritas ipsa qui Deus est, pauperis patrocinium suscepit: & sponte sua ianuis carceris patetatis, eundem præfidis obtutibus presentauit, & quæ antea coram illo depositar, non alter se habere, sancte affirmauit. Itatus consul, custode carceris aduocato, eundem vehementer obiurgauit, quod mandatorum suorum immemor, captiuum tam citio dimittere veritus non esset. Custos qui claves carceris apud se haberet, & ianuam, clausis & repagulis optimè muniam videtur, afferebat se officio suo non defuisse. Bubulcus autem personæ iurabat, absque aliqua machinatione sua, valvas turris apertas, Spiritus illi addidisse, vt pro veritate comprobanda, denuo magistratum adire, quicquid tandem de illo fururum esset, non dubitaret. Motus ea nouitate consil, amplius in re tanti momenti deliberare coepit, & adiunctis aliquo Senatorij ordinis viris, accessito etiam Preposito Ecclesiæ Parochialis Sancti Mariae Magdalena, ad locum illum accessit; vbi rei veritate comperta, pastorem libere abire permisit, & stupore tanti miraculi permotus, quid amplius faciendum esset, ad frequentiorem senatum retulit. Sic Deus que prudentibus huius seculi videtur impossibilia, patulis & humilibus reuelare consuevit; ut maior inde gloria Diuina nominis eluceat, vtque auctoritas humana, Diuina potentia virtutem, vel inuita agnoscat & veneretur.

VII.

EPISCOPVS CVM CLERO AD PRATA descendit, Ioannes presbyter senex, Sacratissimas Hostias apprehendit, quas Episcopus summa remonita verbis impo-

tae.

Magistratus ciuitatis, postquam de miraculi veritate certam & indubitaram notitiam accepisset, vna cum Parocho, ad Episcopum, qui in Curia sue Cathedræ residebat [hunc nonnulli Stanislaus Cyolek fuile volunt, Sed annorum computatio repugnat, quandoquidem anno 1428. Episcopatum adeptus fuit. Probabilis est Albertum II. dictum Iastrzembiec, qui anno 1399. ad Episcopatum electus fuit, Ecclesia Posnaniæ, gubernacula tenuisse] accessit: eidemque pluribus verbis exposuit, quæ & quanta Deus operatus esset, circa Augustissimum Eucharistia Sacramentum, quod in prato illo Cuiitatē spectandum se publice omnibus exhiberet. Humiliter ab illo postulauit, vt ad locum ipsius cum suis accedens, Sacratissimas hostias auferret, & in loco conuenienti illo reponeret, ad augendam populi deuotionem & Catholicæ fidei confirmationem. Dedit apud se locum iustis postulationibus Episcopus, & conuocato Clero uniuerso, maxima cum dignitate, cum crucibus, vexillis & luminaribus, ad locum processionaliter accedit, vbi, post factam Diuinissimo Sacramento debitam venerationem, Sacerdoti cuidam seniculo, & opinione sanctitatis celebri, qui Ioannes Riczywol vocabatur, iniunxit, vt proprius ad paludes accedens manibus hostias Venerabiles extiperet, & ad se adferreret. Fecit imperator Presbyter obediens, & sine mora, diuinus in manus suas illapsus sanctæ communionis particulas, stupore plenus vidit; quas Episcopo cum summa reverentia tradidit. Quanta letitia piorum mentes Diuini beneficij magnitudo, tunc temporis affecerit, non difficulter quiuis conicerere potest. Personabant in turribus Ecclesiistarum campanæ, Sacerdotes Dei laudes concinabant; frondibus, & varijs generis floribus, platearum via exornabantur & sternebantur. Populus lachrymis & singulibus gratiarum actiones ingeminans, temporum suorum felicitatem testabatur. Cum tanta igitur solemnitate, processionem illam absoluere Episcopus, & in Ecclesia Parochiali sacras illas hostias depositit, dum quid agendum deinceps esset, maturius deliberaret. Publica hæc letitia, plurimum sollicitudinis &

timoris

timoris Iudeis perfidis incutiebat: cum rem quam in contemptum Christi & religionis, instruxerant, in maiorem Dei gloriam & Christianitatis propagationem redundare viderent.

VIII.

SACRA EUCHARISTIA E PLVRIBVS Ecclesiæ ad eum locum in quem à Iudeis protecta fuerat remigrante, Episcopus ibidem Sacellum ad tempus edificat.

Falsi itaque illi, qui mentiuntur, Innocentium pontificem, nullam curam habuisse concordia fanciende inter principes Christianos: cum Balthasar Cossi Cardinalis Legatus, eius autoritate fetus conatus fuerit, Venetos, Patatinofisque inuenit, nec non Genuenses cum Veneris conciliare. Nam & illis occasione rerum Cypriarum, non bene conueniebat cum Venetis.

Quo tempore duo exempla dederunt Genuæ, duo rerum Praefides, sed longe inter se dissimilia; alterum quidem moderationis, alterum impotentis dominationis; illud Antistes & Ciuis, iſtud Prorex & extraneus. Amplectendum iſtud omnibus Ecclesiæ Prelatis, Pileus Marinus Archiepiscopus Genuensis morum sanctitate venerabilis, ad reliquum vitæ sacerdotialiter semper actæ, facinus cum singulari pietate coniunctum, atque ad omnem posteritatem memorabile edidit. Totus enim in animarum salute procuranda, moribus sacerdotorum corrigit, religionisque ac sacrarum rerum cultu stabiliendo & amplificando, animo & cogitatione defixus, alterum munus, vespigalium ac bonorum Ecclesiæ procurandorum, remque pecuniariam administrandi, tamquam sordidum & ignobile, atque Episcopo indignum alpematus, quatuor primarios ciues sibi collegas adiicit, quos curationi huic bonorum Ecclesiæ, in egestatem misérorum subleuandam distribuendorum, ac rei nummaria tractandæ præfecit. Hic magistratus, à re, misericordia appellatus, ingentia incrementa paulatim accepit; amplissimi iuribus à Romanis pontificibus, & à republica auctus.

Fugientum iſtud omnibus Proregibus, Ioannes Boccardus, quem alii Bucicardum scribunt, Caroli Galliarum Regis nomine Genuæ Prefectus, ad reliqua astute & impotenter acta, addidit. Is siue de Genuæ imperio Regis suo stabiliendo, magis quam de salute Genuensem laboraret, siue hac ipsa in Regem sancita obedientia salutem

X.
Diffidium
inter Ve-
net. &
Carrarien.XI.
Pont. à ca-
lumnia
vindica-
tur.XII.
Egregium
charitatis
exemplū.XIV.
Diversi ab
Innoc. de-
scient.XIII.
Impotens
Gallorum
Genuæ
domina-
tio.

Genuensem contineri putaret; nimis acribus remedii cuitatis vulnra portius exacerbabat quam sanabat; duobiamque existimationerū fecerat, vrum duriora effēta, an superiora réipublica tempora; & vrum præterea dissoluta libertas; ac nimis libertatis abusus ciuitati pernicioſor esset, an infinitum Gallorum & Bocicardi imperium acerbitus. Nam quamquam ab intellectis tūmultibus, acturbulentis seditionum procēs, quæ à verborum contentionibus ad manus sapientia & ferrum reuocabantur, quies facta erat; maiestatis tamen antea ignotum crimen non minus ciuitatem exercebat: cum antea, ciuium studiis in variis scētas distractis, altera factio aduersus alteram insurgeret; armataque in illam sumeret; nemō se, præsentem tertium statum, ac factiōnem tum regnante oppugnando, contra rempublicam venire, aut maiestatem publicam laderere putabat; sed inimicum suum de principatu per vim adepto vi deiūcere contendebat: contra quem conspiraciones palam siebant, ac consilia de illo cuertendo non solum inter ciues, sed cum exterris principibus inibantur: quod tum aut nullum crimen putabat, aut perleue, ac vix animaduersione dignum: cum etiam regnantes ipsi aduersus quos arma ferabantur, facile id in aliis ignorarent, quod ad se aliquando perirentur vererentur. At tum mutata ratione, non modo arma sumere, aut occulta consilia contra præsentem Regiarum rerum statum inire, quæ res semper tum impunita fuerat, capitale erat; sed paulo liberiore quoque sermones capite puniebantur: quotidie homines, ac primario loco orti adolescentes, ea de causa ad supplicium rapiebantur; quarum rerum iudicia, ad voluntatem & Imperium Proregis, non ad legum municipium præscriptum dirigebantur, quas se Prorex in maiestatis insimulatis non obseruantur palam ferrebant; vt non magis olim dissoluta impunitate, quam nunc nimia severitate Genuæ laboraretur, præteritaque mala diuturna asueritudine minus sentirentur; horum mortis infusis acutissimus esset. Neque vero natura, rerum subitas mutationes fert; neque ab altero extremorum illius est, nisi per medios gradus transfluit. Inuetur enim animi habitus, aut non deponi possunt omnino; aut contrario ac frequenti, & diuturno vsu tolluntur. Accedebat aliud non lenius malum, tributa atque iniuitata vespigalia, quæ cum ciuibus ac plebi Vrbanæ grauiā erant, tum vero dictiois Genuensis incolis ita acerba, vt populiorum defensiones quotidianæ publice fierent, compluresque hominum greges ab ultima desperatione in rabem versi, cacuminibus montium occupatis, angustiisque viarum infessis, populationibus, latrociniis, cædibus infesta omnia facerent: ac non modo publicani, atque ii quibus ea procuratio obuererat; ad exigenda tributa circummissi, a latronibus, si in eos forte incidissent; sed ipsi quoque Prætores ac Rectores oppidorum, ab ipsi populis quiibus præferant, præferti acerbitate metum pœnarum vincente; iugularentur. quo tempore Antonius Guaricus insimulatus consiliorum aduersus Regiarum rerum statum Papie initarum, exilio multatus est; iungentibus præmis propositis, si quis hotinum vel viuum, vel mortuum in manus Regiorum Rectorum deditisset. Neque caruit effectu consilium, Guarco paucis post mensibus Papie à sex scitariis circumuento, & interfecto; qui tanti sceleris facinus haud diu impunitum tulerunt: in eadem vrbē à magistratu comprehensi, ac ignominioso crudelique supplicio interempti, cruribus boum per terram trahi, atque lacerari.

Granius iſtud accidit Genuensis, à Gallorum dominatione. Oratores ad illos Carolus Galliarum Rex miserat, qui eos à fide & obsequientia Innocentii pontificis, ad Petrum Lunam antipapam avocarent. Tantum conatus est Prorex Bocicardus, vt Archiepiscopum Marinum, is vero Clerum & populum Genuensem à vero Pastore auerterit. Defecit id temporis ad Petrum Lunam, & Ludouicus Fliscus Cardinalis; quo authore, sacro ordine scriptis Genuæ coiuocato, de seductortum Theologorum consilio, te diu ac multum disputata, decretum fuit, Prolege vrgente; Petrum Lunam, vt verum pontificem esse colendum. A doctissimis viris, imputatum fuit leuitati Genuensem, quam veritati melius agnita. Idem Oraatores Galli Pisæ profecti; Gabrielem Mariam defuncti Galeazii filium illegitimum; Pisani Præfectum; ac universos Pisanos, Innocentio detraherunt; atque edicta publica in dominio Pisano vbique locorum diuulgauunt; quibus obsequium Innocentio subtraheretur; & Petro Luna addiccretur. Non obscuris indicis palam omnibus fiebat, quo animo Petrus Luna in Italiam properabat. S. Antonius, supra citato c. *Follieta de rebus Genuen. lib. 9.*

Non tantum potuere, alii eiusdem Caroli Regis Oraatores, apud Ioannem de Bauaria, electum Episcopum Leodiensem. Is enī cum primo de Innocentii electione certior factus esset, sine mora ad illum, Legatum suum M. Ioannem de Turnhout misit, ac rogauit, vt dicecesim Leodiensem in gratiam recipere dignaretur. Admisit preces electi Innocentius, & dato diplomate, culpam secessionis prioris remisit. *Suffridus de Epist. Leodien. c. 5.*

Parum quoque in Anglia promouere potuerunt iidem seductores, Henrico Rege, & Thoma Arundelio Cantuariensis Archiepiscopo, Clerum & populum Anglicanum, in fide Innocentii continentibus. Pro dissipibus meritis, diuersa quoque decreuit Deus, in hos qui varie in pontificem Innocentium affecti. Pisani, vix ab illo defecerunt, ingenti seditione labore corporunt, & aduersus Gabrielem Vicecomitem consurgentes, principatu vrbis cicerentur. Ioannes Episcopus Leodiensis; vix atque caput Innocentio inclinavit, de seditionis quibusdam, qui populum in eum concuerant, triumphauit; quos in fugam facile vertit, multoq[ue] ex eis captos, demeriti supplicis addixit. *Suffridus supra.* Henricus Rcx, pari felicitate, coniuratorum reliquos inuestigauit, & proſtagauit; qui Richardum Regem adhuc in viuis superesse mentiti, plurimam seditionem in Regem & Ecclesiasticos concuerant. Mater Roberti Veeri Duxis Hyberniæ, prima fuit que rumorem de Richardo sparserat; aliquis ex cubiculariis Richardi tigillo priuato illius vñus, scriptis hinc inde literis, famam vbique volantem de eodem auxerat; quidam præterea Clericus, cum Richardum se vidisse affectuerat, fidem pene fecerat quamplurimis, qui Henricum perditum esse volebant. Detecti, intercepiti, in vincula dati, Comitissa quidem bonis publicatis & arcto carcere pœnas luit; duo impostores trahi, & pariblo affixi; coniurati autem armis prolixi sunt.

Pessimis consulitoribus, inter quos primatum tenebat Ioannes Cheyne, ex Diacono miles apostata) qui Regi subidia ab ordinibus Regni, secundo, hoc eodem anno postulanti, vt bona Ecclesiastica in fiscum Regium redigeret; suadebant; Thomas Arundelius Cantuariensis Archiepiscopo constanter restitit, adeoque & illorum atlataciam fregit; & Regem ad conferuandam libertatem Ecclesiastican, & tutelam bonorum Ecclesiæ animauit, memorando exemplo zeli & constantie Pastorales, pro immunitate Sacrorum. Opponebat miles, se non tantum fortunas profudisse, verum etiam corpora periculis expouſisse, pro salute Regis & Regni; Clericis interim domi otioſe fedentibus, neque quicquam auxiliū ferentibus. Archiepiscopos reponerat, Clericis multo plura semper cōfutauit, quam Equestris & popularis ordo attulisset. Nempe, quod frequentius ille decimas, quam si quintadecimas darent; quod militem stupidiarium longe numerosiorē, magisque it structum submitterent; quod denique pro Regis & Regni incolumitate, preces & sacrificia, die nocte offerten; ac sapere sepius viētoriam à diuinitate impetrassent. Risit miles impius, ad pietatis arma, quibus non nemo puitis semper vincebat. Archiepiscopus porro, quo tenderet fortuna eius Regni, quod manus ad Deum exorrectas flocci penderet, quodque pluris currus, & eos, & instrumenta bellica, & phalanges armatas, quam nomen Domini, & orationes supplicum faceret; diserte rationibus & exemplis quamplurimis indicauit; simulque vt Regem iuta tem conformat, genuflexo coram eis, rogauit; vt primum quod apud se constituerat, de iuribus vñicuique seruandis, ratum haberet; iusurandum de Ec-

clesia tuenda, deque ministris eius honorandis, foudensis, & defendendis conceperat, in mente reuocaret; Ecclesiastam, atque Ecclesiasticos priuilegiis & libertatibus, quibus maiorum temporibus ornata fuerat, frui permitteret: periurii, & violata dignitatis Ecclesiasticae criminis ne se impiaret, neue coelestes plagas sibi accerret; Regem, per quem Reges regnare, non offendere, neue ad vindictas iustissimas prouocaret: & ad extreum, censuras Ecclesiasticas in eos qui res Ecclesiastae depravantur metueret, neue excommunicationis lata sententiam in sacrilegos decretam contremiseret. Dixit hæc Archiepiscopus, & simul caput suum pro Ecclesiastis donavit; Rex autem bono animo illum surgere ac esse præcepit, sponsione interposita, pro dignitate & immunitate Ecclesiasticarum rerum & personarum non modo seruanda, sed omnibus modis amplificanda. Secundum Regis edictum, Proceres quoque Angli, qui Senatum Regium implebant, omnia Ecclesiastis integra esse voluerunt, & lata fæctione, libertates Ecclesiasticas confirmarunt: satrapis male suadentibus tanto timore incusso, ut ad pedes Archiepiscopi sponte prouoluti, veniam temeritati sua postularint.

XVIII. Quo anno clarescentibus miraculis circa corpus sancti Ioannis quandam Prioris Canonorum Brydelingitorum, de mandato pontificis Romani translatum fuit corpus eiusdem sancti, per Archiepiscopum Eboracensem, atque Episcopos Dunelmensem & Cartolensem. Guillelmus Wickham Vintoniensis Episcopus, hoc tempore viuere mundo desit, cuius sumptibus erecta arca dicta sunt duo Collegia Vintonia, centum clericis studiis aieatis, & eruditis. *Vallisingham in Henricus IV.*

Dum hæc premia, Romano pontifici seruatae fidei isti reportarent, Wenceslaus Rex Bohemiae eiurata eiusdem, & ad diuersos schismaticos Petru Luna mercedem tulit, tum à Sigismundo fratre Rege, tum à Proceribus Bohemis, tum à reliquo subditis, ingentem contemptum, seditionem, rebellionem. Sigismundus Rex Pannonum frater, palam ab eo, ut sibi Regno Bohemorum cederet, contendebat: Bohemi proceres non obsecrare Sigismundo fauabant, & Wenceslaus stupidum, canoque voluntatum pene immeum, bis captum, ab imperio detinendum, & maxime contemptibilem, plane oderant. In gratiam Sigismundi, Dux Austriae Morauiam infestare videbatur; Wratislauenses, magistratum à Wenceslao urbi praefecimus, & senescalos præcipitabant: ceteri subditi ad hæresim deficients Husiticam, plane imperium detrectabant. Actum fuisse eo tempore de Rege schismatico; nisi Ladislaus Rex Poloniae, cuius amicitiam & societatem certo sibi foedere adiungere fatigebat, cum Vratislauiam adueniens, & Regnum illi undeque turbatum stabilissemus.

Eas pactiones quas inter dissidentes fratres Reges Ladislaus sanxit, Sigismundus Hungariae, Dalmatiae & Croacie Rex, Marchio idem Brandenburgensis, sacrique Romanorum Imperii Vicarius, & Regni Bohemicæ gubernator (hos titulos literis datis præscribatur) missis ad Philippum Burgundum, Nicolao Episcopo Vatzensi, Hermanno Comite Ciliæ, & Nicolao Gara Hungariae Palatinio Legatis, significauit: ac præterea renunciavit, se pacem ac foedus cum Otto Regi Boia habere; Stephanum Despotum Ducem Rassie, in porestatem ex deditione receperisse, & hunc contra Turcos aliosq; inimicos crucis Christi magna potentia præficiunt, victorias aliquot reportasse, proximoque cum illis congressu ad decem millia Turcorum occidisse; nec non Constantinum Augustum, & Palarinum Valachie Transalpinæ pacem & foedera secum iniunxisse, ac contra Turcas pulchra facinora facere, illisque auxilia complura, a se & a Rege Poloniae missa esse. Datum, inquit, Posonii die 16. Aprilis anno Domini M. CCCC. IV.

Rex Poloniae, ne rebus afflictiis Christianorum in Oriente decesset, maluit, non tam speciosam, quam necessariam pacem cum Prussicis Crucigeris facere, & ea stabilita, iniurias grauissimas apud eos suscepimus, & ab eis postmodum illatas forti animo tolerare. Conuenit tunc, ut

Rex quinquaginta millia florenorum Crucigeris exsolueret, Dobrinumque & Zlotoriam recipere; verum ut ratas tamen magistri donationes atque largitiones haberet, & paœta à Cazimiro magno cum eis conuentu rata esse iuberet: deinde ut Nouogrodi magni Dominatus Regi, Samogitis vero Crucigeris cederet; ipsi vero ut omni iure quod habebant in Lituania sese abdicarent; nec paterni hostiles aliquem exercitum per ditiones suas in Lituaniā transire, neque ipsi per eam sine permisso Regis copias suas ducerent; neque proscriptos ē Lituaniā, ac ne profugos quidem propinquos Regis receptarent; denique ut Lituani atque Prussi liberam inter se mercaturam atque societatem haberent.

Toruniam deinde Rex à Magistro inuitatus, cum magna procerum parte diuertit; vbi obsequitans, cum situm, munitionem atque aedificia urbis contemplaretur, sordibus culinae & muliercula quapiam seu casu, seu data opera perfusis, non tantum non fregit quod aliis fecisset fædus, sed etiam muliercula morti ob id destinata impunitatem impetravit.

Paulo post, cum nihil magis fida pax Polonis esset à Crucigeris; quod hi cum expedita manu clam in Masoviam ingessi, Ioanem Ducem Cirensium nihil hostile suspicante, apud Zlotoriam arcem ceperint, & equo impositum, ac subter aluum equi pedes indigne colligatum, arcu incensa secum abduxissent; Rex, satis habuit de violato fædere illos admonere, & ut caprium dimitterent postulare. Dimissus Ioannes, nouum Prelatorium & Canonicum, & item Vicariorum Collegium, in amplissima Basilica Varsauensi, ad inuidiam plurium Cathedralium Ecclesiarum, operam interponente Alberto Iastrembecio Posnaniensi Episcopo instituit, atque luculentos reditus de bonis suis, ac de decimis à Plocensi Episcopo permutatione quadam acquisitivt, utique illi Collegio, atque Parochias aliquot, & quædam alia Sacerdotia, supprellis veteribus titulis addidit; vnde nobilissimæ illi Małouiorum Metropoli, ingentia sanctitatis exempla semper promanarunt, tanto cum fructu pietatis, ad hæc viue tempora produccebant; vt ea vrbis nunquam hæresim admiscerit, neclarum vnguem à veteri maiorum deuotione vñquam recesserit; quinimo maximis accessionibus aetiam perpetua contentione amplificauerit; admisssis ad propagationem cultus diuini, & ad depangendam Christianam sanctitatem, diuersis Religiorum ordinibus, quorum ingentem numerum, ciues ad omnem virtutem nati, beneficentia iuarent, & in exercitiis pietatis quotidie fatigarent.

Ex his, anno M. DC. III. pridie Calend. Augusti, auspicis Beatissime Deiparentis, & S. Hyacinthi Odrouanisi, nec non Alberti Secoui provincialis Poloniae, ord. Prædicatorum, quali mea opera, erectum est ab ipsi sumptu, Cœnobium ac Templum augustinum, sub inuocatione eiusdem S. Hyacinthi, Dominicanae familie in Septentrione conditoris: tanta felicitate, vt intra tres mensies, alendis 40. Religiosis opportunum fuerit; paulo post à munificentia Illustris memoria Christophori Szymborni, & Anna Tarnauæ Castellanae Conariensis, Fundatorum, possessionibus auctum, abunde sit sexaginta & amplius Dominicanis fouendis: confluentis ad Basilicam illustrissimam, non tantum urbico, sed etiam vniuersitatem, & Regis Palatinæ flore, concionibus audiendis, animorum vulneribus curandis, sacris percipiendis, confisiis spiritualibus implorandis, & quod non postremum est, miraculosis sanctoribus impetrandi; que illuc frequentissimæ, tum ab imagine Divæ Deigenitris Mariae, in Saccello SS. Rosarii, tum à brachio S. Hyacinthi Cracoviæ lato, tum à precibus Sodalitatis SS. Rosarii, omnibus obtinenda gratia instrumentis, fere ad miraculum eximiis.

Sed nos ad res anni 1404. reuertamur, que contra Turcos, & alios hostes Fidei foedus percusserunt, Emmanuel Imperator Constantinopolitanus, Ioannes eius primogenitus princeps, & alii filii, Theodorus Porphyrogenitus Dux Sparte, & Despota Peloponnesi, Carolus Tocchius Dux Leucateus, & Cefalonie Comes, nec non reliqui principes Christiani in Oriente; cum Equitibus Rhodiis;

quibus

Clementia Regia.

XXII. Fundatio Collegii Canonorum & beneficiariorum in Eccl. Vanaica.

Innoc. An tipap monet pro Eccl. vinate.

XXIII. Erectio Cœnobii ac templi S. Hyacinthi in Polon. pro fratribus dominicaniis.

XXVII. De B. Guillelmo Eremita in Sicilia.

XXIV. Principes Christi in Oriente cōtra Turcam fæd' percutiunt.

quibus Innocentius supremum magistrum id temporis dedidit, F. Nicolaum Vrbinum Priorem Venetum; amplissima auætoritate in administranda ea militia ornatum. *Iacobus Boës de rebus Rhodianis lib. 4.*

Principes Galliarum magis inter se tumultuari, & vel schismata promovere, vel de summa rerum in Galliæ certare, quam arma in Tinetas communia vertere voluerunt. Ludouicus Aurelianensis Dux, Regis Caroli frater, à Petro Luna antipapa, quædam literas obtinuerat, in quibus continebatur, ne posthac reipublica gubernanda Burgundio se iminisceret; æquum esse, vt finaret Aurelianum Regis fratrem, pacis gratia solum versari in rerum administratione. In viuis esse iam desiderat Philippus, quando id decreti exscriptum est. Ioannes filius cum illud legisset, grauiter consernatus, matri in Attrebatis tunc agenti, ea vero Antonio filio qui Bruecellæ erat, misit; simul quid Philippus moriens eos voluisse, admonuit. Is liberis mandauerat, vt omnibus modis pro Regni salute laborarent, neque opprimi paterentur. Caroli Regis progeniem, ad quod feciis periculum Acrelianus maximum opere contendebat. Itaque literis antipapa nihil honoris habuit, autæque mirum in modum principum inimicitæ. continebant enim literæ præter hæc aliquid grande & horrendum, quod omnibus est scriptoribus mirum quidem lectis incognitum. *Meyerus annal. lib. 14.*

Non est difficile coniicre, quid execranda mandata continerent. fors, Petrus necessitatē imponebat tam principi, quam subiectis, vt omnibus modis ad oppressionem Innocentii pontificis, consurgerent, neque amplius illi quicquam honoris deferent, sed tanquam anathema Maranatha detestarentur. Huiusque madidum narrauimus ex aliis authoribus, & Nuncios miserat, & classe comparata ipse in Italiam promoverat, & Buciculum Genuæ Proregem copiis maritimis & terrestribus potenter premerat, vt in primis ab obsequio Innocentii populos auerteret, & tandem tandem pontificatum illi eriperet; quod in sequenti anno luculentius faciemus. Innocentius porro, nihil antiquius habuit, quam statim arque ad pontificatum dignitate euæctus est. Petrus antipapa obtulerunt; cum etiam ipse, vtique, regnum Siciliæ, Ludouicu quidem citra, Martinu autem ultra Pharusa, usurpata auctoritate diuissifet. Ea pæctio quod Galliæ & Aragoniæ Regibus insciis, neque re consulta, aut explorata, constituta esset, statim fuit rescissa. apparuit tamen, quo animo esset Luna, in vnitate Ecclesiæ procuranda. Istud cum non obscurum foret vniuersæ Christianitati; plurimi ambitione & recordiam hominis deterstantes, ab eo desciscerant. Ille porro sex actuarias naues natus, Nicæa soluens, primo Monacum, deinde Albergam, & Saonam, ultro Genuam applicuit; vbiique locorum effusa letitia significatione exceptus, atque omni veneratio & obedientia officio cultus. Gerundensis & Cataranensis anticardinales, ad vi. Id. Aprilis, duabus maximis actuariis nauibus tritremum instar Barchinone adficatis & instrutis, quarum ductores & nauarchi erant Galcerandus Marchetus, & Antiochus Altrogauar Barchinonensis ciuius, Barchinone soluentes, classem Petri auerterant. Vnam Barchinonenses, tres autem Genuenses item actuarias vñhendo illo dederant. Auxitauus, Viuariensis, Aniciensis, Cataranensis & Gerundensis presbyteri, Xalantius & Pompelonensis iunior diaconi anticardinales, vna cum Petro vehebantur; reliqui Auinione subsistentes, hominem deseruerant, atque sequi contempserant.

Eadem anno B. Guillelmus Eremita, apud Seulum opidum Siciliæ Siracusanæ diocesis vitam solitariam duce-re desit, in cellula que vix hominem caperet, inclusus. Quoad vixit, assiduis vigiliis, orationibus, ieiuniis, in-cubebat: corpus suum verberibus affligebat: sanctitate admiranda fulgebat; cuius istud signum aliquando dedit. Inuitatus à quodam amico ad comedendum, cum vinum docset, vxor amicuas vacuum Guillelmi iussu repetens, illud vino diuinitus repletum reperit. Cum autem mortem suam eidem amico prædictisset, & calceos suos ad dominum illius detulisset, sequenti nocte, pridie Non. Aprilis, hoc anno ex hac vita migravit, campanis nullo pulsanre sonantibus. Populus Seulenensis hac nouitate commotus, ad cellulam beati viri pergens, illius cadaver genu flexum, manique adhuc in celum portrectas habens, & locum coeli quodam splendore illustratum reperit. Cum

autem lis esset, in qua Ecclesia sepeliri debet, corpus plastro impositum, à iunctis bobus, ad Ecclesiam S. Martini, qua major est, delatum, ibi in arca marmorea conditum est. Ad eius tumulum, plurima super ægrotos morbis insanabilibus oppressos miracula patrata sunt. Cum pestis, per vicinas vices & oppida grassaretur, Seculum, beati Guillelmi capite in publica supplicatione delato, ab ea illam seruatum est. *ex vita eiusdem MS. ex oppido Seulenæ habita.*

Per idem temporis Fratres Prædicatores prouinciarum Germanie & Lombardie, adeo acriter contra lamias, cuiam superstitionem à diabolo excogitare emancipatas, de-pugnauerunt, vt ad xxx. M. earum, in diuersis locis & annis fuerint exulta ab Inquisitoribus haereticæ prauitatis. *Ludouicus Paramus Inquisitor Siciliae lib. 2. tit. 3. c. 4. numero 27.*

XXVIII. Fratres Prædicatores contra lamias.

I. Quo anno fuerit Antip. in Eccl. vinate procedenda.

Romæ ad pontificatum capessendū clas-sē instruēta nauigat.

Tempe-state clas-sē affig-i-tur.

Genua ap-
pellit ho-
norifice
biexcep^t.

Ad xvii. Kalend. Junii Genuam inuenctus, omni splen-
dore Regii apparatus, ab Archiepiscopo, & Prolege Bu-
cicaldo, à Magistratu & vniuerso Clero ac populo suscep-
tus, primum ad Ecclesiam S. Laurentii supplicationis
gratia descendit, deinde ad Minoritanum canobium ho-
spitio diuertit. Inde ad Wenceslaum Bohemia Regem,
& alios principes Christianos sua factionis, Nuncios &
literas destinata, atque auxilia contra Innocentium ad-
uersariam, ciuiisque sequaces, qui illi pacem Ecclesie
perturbarent, & vniōnem Ecclesie impeditarent, postu-
lavit. Quo autem maiorem sibi autoritatem concilia-
ret, die quinta Iulii, duos Archiepiscopos, nouem Epis-
copos, triconta & octo Abbes sacris initiauit; quos o-
mnines iuruerunt sibi devinxit.

II.
De B. Vin-
cet. Ferrer
Dominico
miraculis
claro &
Bonifacius
fratre Car-
thus.

Prater hæc, Vincentium Ferrerum Dominicanum, in-
signi sanctitate praestantem, à Confessionibus, & predica-
tionibus sibi adhucbuit; vt ab exemplo illius, ea multitudo
quam is trahebat, in obsequio suo perseueraret. Tanta
felicitate porro Vincentius ad populum concionabatur,
vt quamplurima Iudeorum & Saracenorū millia, sua
prædicatione Christo adiunxerit; necnon innumerabiles
grauissimis facinoribus obnoxios, non tantum ad pœni-
tentiam, vērum etiam ad fastigium virtutum adduxerit;
hoc peculiari diuinitatis fauore, vt Valentino idiomate
concionantem, Græci, Hebræi, Galli, Itali, Saraceni,
& quicunque alii, tamquam si patrio viuis cuiusque fer-
mone loqueretur, intelligerent; & ad imperium eius cun-
cta facerent; maxime quod viderent illum, non tantum
dono linguarum, sed etiam miraculorum praestare: cum
manuum sola impositione, omnes ægitudines, humana
etiam ope insuperabiles curarer; dæmonia à corporibus
expelleret, ac infiper mortuos ad vitam reuocaret. Eius
quoque fratre germano Bonifacio Ferrero professione
Carthusiano, vrebatur Petrus Luna; quod sciret homi-
rem summa religione sanctimoniam, acerum diuinarum,
& sanctiorum Apostolicarum, iurisque ciuilis scientia in-
ter plurimos praestantem adeo, vt nec illius virtutum a-
ciem splendor fraternalis nominis præstringeret, aut eius lu-
minibus officeret sanctitatis altitudo & gloria.

Sanctus Antoninus, hos & alios religiosissimos, atque
si qui fuerunt alii miraculis fulgentes, à crimine schismati-
cis excusabat ideo, quod quæstio de schismate, nunquam
haec tenus potuit ad eum modum definiri, quin semper a-
pud plurimos remaneret dubia. Nam tametsi necessaria-
rium sit credere, ut, sicut vnam esse Catholicam Eccle-
siam non plures, ita & vnicum eius Pastorem Vicarium
Christi, iuxta illud Ioannis x. *Fiet vnum ouile, & vnu pa-
tio;* tamen si contingit plures per schismata creari seu no-
minari pontifices summos, uno & eodem tempore; non
videtur saluti necessarium credere, istum esse, vel illum;
sed alterum eorum, qui scilicet canonice fuerit assumptrus.
Quis autem fuerit canonice electus, non tenetur quis sci-
re, sicut nec ius canonicum; sed in hoc populi sequi pos-
funt maiores suis seu Prelatos. *S. Anton. tit. 22. c. 2.* Cæ-
terum Petrus Luna, non ignarus legitimæ assumptionis
Vrbani sexti, ac post illum Bonifacii IX. & Innocentii
VII. grauissimi eius criminis reus fuit; tanto magis, quod
hominibus sanctissimis & imponebat, & abuteretur, ad
fucum faciendum simplicioribus, qui eorum ductum se-
quebantur.

III.
Genua sol-
lens Ma-
ffiliā redit
Antip.

Reliquias
SS.in Hisp.
mituit.

Subsistisset diutius Genuæ impostor ambitiosus, nisi
pestilens contagio illum expulisset. Ad viii. Idus Octo-
bris, vna cum Bucicaldo Prolege, Genua excessit; vnde
Saonam se contulit; inde Finarium, atque deinceps Mo-
nacum, & Niceum; tandem Maffiliam reuersus est, cum
in singulis hisce locis aliquot dies subsistisset. Misit Caesar
augulatum quatuor argenteas statuas, summo artificio fa-
etas, auro, geminis, margaritisque interflindas, quibus
sanctorum Valeri, Laurentii, Vincentii, atque Encratis
reliquias includuntur, quas hodieque sacris litaniarum lu-
strationibus, magna celebritatis festis diebus, soleni-
ti pompa, thensarum vehiculis gestari summa religione
mos est, & commeritam tutelaribus diutius gratiam iustis
honoriibus, integra, incorruptaque mente & voce per-

quam Pe-

IV.
Alia Petr.
Antip. cō-
tra Innoc.
Papam
molimina.

V.
Romani
tumultua-
tur & in
pont. in-
furgunt.

V.
Petr. occa-
sionem In-
noc. crimi-
nandi ca-
pat.

quam Petrus armis non iure niteretur. Ergo, quod pro di-
gnitate sedis Apostolicae, tanta constantia aduersus impo-
nitem steriles, habuerunt Gibellina factionis scriprores
calumniari Innocentium, quasi is post calidum, frigidum
exsufflaret; quodque in Urbano & Bonifacio antecessori-
bus carpebat, ipse omitteret, Ecclesiasticam vnitatem, et
ianum cum abdicatione pontificatus curare. *Niem lib. 2. c. 36.*
& 38. Platina, in Innocentio 7. & ali ex scriptores.

Non poterat, quod volebat Innocentius, efficere, va-
riis artibus Petri Luna exercitus. Soli Romani, vel potis-
sime, impedimento fuerunt, cum, siue inter se mutuo, siue
contra fedem Apostolicam tumultuantur. Nicolaus &
Ioannes Columnii, populum Romanum concitauerant,
aduersus Theobaldum Molarii filios; quod hi pro sede Apo-
stolica, libertatis seu insolentia popularis memoriam re-
uocantibus fortiter obstitissent. Duxerant contra illos,
Columnii, copias populi Romani, atque multa damna,
Molarie & Rocchæ, quam Papa vocant, intulerant. Hos
vt Innocentius ad concordiam reduceret, Priorem Eccle-
sie S. Mariæ Montis Aventini, Bartholomeum nomine,
definancerat. Fecit is, pro aequitate causa, atque paecta in-
ter dissidentes compoluit. Hæc, quod non ex sententia a-
liquorum stabilita fuissent, populus Romanus ad furorem
à seditionis primoribus incitatus, dic. S. Marci reuer-
tem Bartholomeum, capite iniminit, maiestateque
pontificiam grauissime violauit. Agre, quenadmodum
par fuerat, eam contumeliam Innocentius tulit; & in son-
tes seditionis & perduellionis reos, animaduertere voluit.
Septem viri, rebus urbicis administrandis à populo dele-
cti, iram iustam pontificis in praesens mitigauerunt; & ab
Oratorio S. Catharina, quod ad ingressum areae Vatica-
na extat, supplicum habitu & gestu, facilius ardenteribus
prælatis, nudi pedes, ad pedes Innocentii, die x. mensis
Maii, ante Basilicam Vaticanam expectantis accesserunt,
misericordiam & indulgentiam postulantes. Indulxit pon-
tifex, vt erat clementia professor. Illi postquam faculas,
ad altare principis Apostolorum depositissent, atq; com-
plura beneficia ab Innocentio impetravissent, ad inge-
nium redierunt, & praefectibus non contenti, alia iterum
impudente flagitabant. quibus in officio continendis, in-
ter undecim Purpuratos, quos duodecima mensis Iunii
creauit, quinque Romanos ex præcipua nobilitate dele-
git; Jordaneum Vrsinum Archiepiscopum Neapolitanum,
titulo Equiti; Antonium Archionium ex Episcopo Aqui-
nate Asculanum, tit. Endoxia, seu S. Petri ad vincula; An-
tonium Calunum ex Canonico S. Petri, Episcopum Tudor-
tinum, tit. S. Praxedis; Otthonem Columnam, ex Pro-
thonotario & Referendario Apostolico, tit. S. Georgii in
Velabro; & Petrum Hannibaldum Stephanescum, ex Pro-
thonotario & Acolytho Apostolico, tit. S. Angel. Pre-
ter hæc, Antonium Caerulanum Romanum, ex presbyte-
ro Cardinale tit. S. Cecilia, Episcopum Praenestinum, &
summum penitentiarium designauit; si forte hac signifi-
catione benevolentie, à supremis dignitatibus delatis, ho-
mines emolliret. Necquicquam obtinuit; quantumvis à
pactionibus anno superiori per vim extortis, populus li-
beritate fruereut. Ex principibus, Columnenses, & Sa-
belli, qui plurimum apud populum Vrbicum poterant, siue
à Petro Luna, id quod rumor vulgauerat, siue à Ladis-
lao rege Neapolitano, qui totus in urbem Romam fere-
batur, siue sua sponte incitati, populum exciuerant, vt In-
nocentium perurerent, qui alia pignora publice securita-
tis, Pontis Milii turrim, & Adriani molem, in ciuim po-
testaten tradeter. Prætexebant, Ladislaus Regem, Ro-
manum cum ingenti exercitu, ad libertatem opprimendam
properare: quem vt dominio vrbis excluderent, munici-
pia salutis publica flagitabant, adeoque pontificiam
iurisdictionem sensim execrabantur. Quatuordecim nu-
mero cives, nomine aliorum destinati, Innocentiu ea de-
re conuenerant: cumq; non pro voto exaudirentur, mul-
ta per summam audaciam, indigna pontificis auribus ef-
fitterunt; ac præterea minas adiecerunt; neque his con-
tentis, paecta à Ladislao inter eos & pontificem anno su-
periore propria, multis modis violarunt; & tamen singu-
lis fere diebus, alia post alia, per effrontem impudentiam

extorquere nitabantur. Ioannes Columnius spiritus fa-
ciebat, non longe ab urbe castis positis, in subsidium par-
tiariorum Rem populi Romani administrantiū, in odium
Pontificis, Cardinalium, & tortius aulae Palatine, fingens,
vt narrat Niem qui interfuit, partes Petri de Luna se fouere,
vt orta demum divisione grandi inter easdem partes, vr-
bem violenter intrare, atque Papam, Cardinales, & Cu-
riales predictos vi opprimere posset. Innocentius vero, vir
pacificus, mitis, & probus, quantum potuit, Rectoribus
populi complacuit; quod in bono vincere malum deside-
raret. Sed breuiter in his omnibus non profecit, quin il-
lum iterum continuo iniulisti petitionibus vexarent; cum
ex precepta malitia, etiam non concedenda, impor-
tune rogarent. Aliquando fracta patientia commotior fa-
ctus, illis respondit: *Nunquid non omnia qua voluisti, & si-
ci, & concepsi, & induisti? Quid aliud amplius vobis facere possum,*
nisi velitis & hinc quem gesto pontificem amiculum? Forte, re-
cepito in seditionibus excitatis more, ad tumultuantes ma-
iestates pontificia deterrendos, pontificiam pompam in-
duerat, Innocentius; & hoc dicendi modo innuebat, se
velle potius pontificatum abdicare, quam tot indigna fa-
cta & vota, sustinere & audire. Sed ne tanta quidem illius
expostulatione mitiores facti, nouis indies exquisitis co-
loribus, quietis amantem adco interpellabant vexab-
que, vt coactus fuerit, stipendiarij militem, custodia
sua & suorum adhibere, tantoque sumptu in tutelam
incoluntatis facere, vt in illos non sufficerent, redditus ex
patrimonio Apostolico.

Non omnino fidebat Rectoribus populi, quorum ada-
mantina corda, omni officiorum & beneficiorum genere
magis indurabantur. Latebat anguis in herba, *quad Niem
ridit.* Ipse namque Ladislaus desiderans ardenter domi-
nari Romanis, *sortib[us] ille.* dictos Regentes & multos maio-
res de populo, qui Caualratte nuncupabantur, corrupti
pecunia vt sibi affiserent, quod dominium vrbis quomo-
dolibet fortiretur; & hos corruptos reliquum vulgus pro-
pterea multum habebat exos, & prouisionatos nomi-
nabat.

Addit aliquis Norarum diariarum Romæ id temporis
scriptor, populum eo amplius exarsisse, quod Galcetus
Normannus, quem Ladislaus rex Roma difcedens Eque-
stri dignitate ornauerat, cum titulum Equitis Libertatis
præscriberet, in Comitio dixisset, se velle cadauerat Guel-
phorum canibus lanianda proictere. Rectors interim, ad
arma factiosos concitabant, neq; vllum quieti locum In-
nocentio relinquebant: ranta erat illorum inconstancia
atque peruersitas. Tandem iii. Non. Augusti, ante lucem,
vna cum auxiliaribus copiis à Ladislao missi vrbe egressi,
ponente pontifici custodiebant, ne quis inuitu Innocentio
posset transire. Vehementer ibi aliquot horis pugnatum:
donec Innocentianis laborantibus, subdicio missi equites,
Romanos in fugam vertissent, paniis interfecisti, frequen-
tibus vulneratis. Illi in urbem reuersi, solita temeritate in
Capitolio constituerunt, atque sonitu aris campani multi-
tudinem conuocarunt. Festus erat dies; plebs oculosa, &
vino calens concursauit: sumptisque rapiti armis, & ve-
xillis prælati, ad oppugnandas pontificis aedes properauit:
ac proculebilio grauius aliquid in pontificem admis-
set, nisi præsidarius miles, ante molem Adriam vallum
ieceret, & populi impetum fortianimo exceperet, nio de-
nique certamen diremisset. Ea nocte, vigilia per totam
vrbe facta. Subsequentibus duobus diebus, de concor-
dia agitatu est. Eius rei gratia, ad viii. Idus Augusti, qua-
tuordecim cives ad pontificem venerunt. Hi post multa
in auditorio agitata, cum re infecta domum redirent, pau-
lo supra molem Adriam, iussu Ludouici Meliotati nepo-
tis pontificii, vndecim ex eis capti, cæteri in ipso impetu
dilapsi sunt.

In ædibus Xenodochio S. Spiritus contiguis, habitabat
id temporis Ludouicus. Illis coram adductis, multa de perfida-
cia in pontificem, de oppugnatione pontis Milii recenti-
fime tērata, de occultis infidilibus, de seditione excitata, deq;
corruptela Regis exprobrait. Cum nedū non excusarent,
verū pleraq; à se recte facta responderent, ac minas & cæ-

Pont. pop.
Rom. fu-
torem vi-
tans Ro-
ma egre-
ditur.

Palatum
Apost. di-
ripiunt.

Ladislaus
Romā in-
greditur,
Dominū
vrb. occu-
patur.

des adhuc palam spirarent, exarsit ira iuuenis, ac re unde re ora gladio ceperit; mox satellitibus imperauit, qui in lete maiestatis reos pro indignitate sceleris animaduerterent. Hos illi vulneribus confoslos trucidarunt, ac post cædem cælestis ædium precipitarunt. Inter hos duo fuerunt ex septem viris, quos ad gubernandum rem publicam populus Romanus creuerat: ceteri autem nouem ex primariis ciuiis, ac nonnulli ex iis qui has molestias inferri pontifici permolecite ferebant. Huius rei fama cum per urbem vulgata eset celeriter, itum est confessum ad arma, vnde omnes aditus completi, clamoribus & vociferationibus omnima personabant. Iacebant in platea publica, ut erant iactata, cadauera casorum, usque ad horas vespertinas. Casorum agnati & propinquai accurrerunt; ceterum pontem Adriani caterua ingens occuparat. Stabat ferri acies micerone stricto parata necem patrare.

Pontifex hac sentiens, nitro dolore angebatur. Res enim tota, eo inciso transfacta fuerat, quod ipse esset vir pacificus ac mitis, à cuius lenitate, nihil minus quam cedes & sanguinis effusio proficiseretur; & qui nihil magis quam ea Marcialia consilia abhorseret. Itaq; mastus fessi, ac fortunam deplorabat suam, oculosque in cœlum tollebat, quasi Deum inuocaret, fæcæ erga populum Romanum testem innocentia. Deinde harum rerum anxius, nec quid ageret, nec vbi confiseret, præ nimio dolore sciebat. Circumstantium, varia erant sententiae. Alii confessum abundum censebant, nec impetus populi Romani tam insigniter irritati expectandum esse: Infuper haud procul ab urbe Regias copias, quas pro Romanis stare hand ambi-guerat. Alii nullo modo abeundum, sed obsidionem tolerandam, auxiliisque ex amicis accessenda censebant. Erant etiam, qui posteru vel altera die abeundum putarent, simul ut colligendarum rerum spatum esset, & non fuga, sed migratio illa esse videretur.

Victe eorum sententia, qui suadebant è vestigio abeundum, quod & committatus deficeret, & Regie turma pontifici infesta aduentare nunciarentur. Prater hæc Rectores qui per fugam evaderant, Capitolium ingressi, campanam non minoribus iætibus pullauerunt, quam solet eo tempore quando aduersus hostem publicum populus exercitat. Iam aliquot Cardinales, intercepti, & in Capitolum dueti, indignissimis conuicti assiebantur. Complices Praefati, & Palati Apostolici ministri, rebus & vestibus exuti, in carcera publicos undeque trahebantur. Ebori populi, nec amicos, nec inimicos discernebat, sed promiscue in omnes bacchabatur; dum alii domos expilarent, alii honestatem violarent, alii in vitam & fortunas etiam innoxiorum graflarentur. Pontifex hora circiter xx. in summo æstu diei, non sine magno timore vrbis egreditus, circa secundam noctis horam, in vicu Cæsiano, duodecim millibus passuum ab urbe, vix se saluauit. Inde Sutrium, deinde Viterbiu processit.

Ioannes Columnius, statim atque intellexit Innocentium euafuisse, in primis Palatum pontificium inuafit, dimitiuitque, deinde Ladislaus Regem, secundum quod conuenerat, ad capessendum vrbis dominium accersuit. Interim vero populus monumenta sedis Apostolica, libros, epistolas, & Regesta quecumque vel lacerauit, vel ex archiio pontificio priuati iuriis fecit; thesaurariam expilauit; atrocissima quoque per hanc occasionem perpetrauit; imagines & insignia pontificis vel luto & cordibus cospurcati, vel oninu deturbavit; & quod extremitum fuerat, omnem obedienciam & fidem Innocentio debitam ciuitatibus, atq; diuulgatis editis, non amplius Innocentiū se pro pontifice agnoscere velle, omnibus propalā renunciantur.

Aduenit inter hec Ladislaus, in tanta rerum Ecclesiæ Romanæ perturbatione seu calamitate, dominium vrbis occupaturos. Ipse in Palatio Vaticano substitit; Comitem vero Troianum, & Richardum Sanguineum, & Ioaninem Columnum, ac reliquos partarios ad urbem in potestatem redigendam, & ad molem Adriam capiendam, cum M. armatorum destinauit. Ut vero est mutabile vulgus, confessum pœnitere auferunt, & Regis aduentum contumelique agre fere ceperit. Itaque tumultu à quodam Regio militi excitato, priuum ad verba, deinde ad verbera

res processit. Regii suum defendere, Romani ciuem quem ille offendebat vindicare voluerant. Ab utraque parte oratrixa, plurimi utrumque casu, plures vulneribus confecti; domus aut exultæ, aut direpta: hinc inde; nec aliquid aliud ubique quam tristissima mortis imago, vel fæditas miseranda videbatur, vlciscentis Numine violatam pontificiam maiestatem. Ab hac funestissima pugna, qua usque in noctem durauit, sanior populo animus. Itaque in subsequentem diem coitione facta, contra Ladislaum, & Columnios, & Rectores conspirauit, iure iurando concepto, se omnia extrema pastiros, quam Ladislaum Regem in urbe toleratos. Editis antiquis obductis, & sanioribus promulgatis; quamquam & molis Adrianæ prefectus pro Rege staret, & Rex ipse exercitum ingentem in Leonina ciuitate haberet, tantum rarer terrem populus armatus, Regi & hostibus pontificis incusit, vt is ipse primus urbem reliquerit, ac post eum Columnii, & Sabelli discesserint.

Vnde populo maior audacia, ad Aedes Capitolinas & Rectores obsidendos, atque coercendos. Post triduanam obsidionem, populus Capitolium recepit; Magistratum seditionis abrogauit; Tres tantum viros, quos bonos appellarent, reipublicæ administranda, quoad Innocentius aliud statueret, imposuit: captos à sepm viris, & inter hos Patriarcham Gradensem, & Episcopum Narnensem, aliosque illustres quamplures (quinquaginta numerabantur ex Palatio Apostolico in vincula coniecti) pontificia aulae ministros, ex carceribus dimisit, omninoque bona eorum direpta conquiri imperauit. Paulus præterea Vrsinus, cum Molarda, & Ceccholino, pontificiarum copiarum praefectis, aduolauit; & Ioannem Columnam, ac reliquam Ladislaui militiam, in pratis Neronianis fudit. Comes Troie, cum nonnullis suorum per Campaniam fugiens, suburbana transiberina adeo vastauit, vt C. M. florenorum summa astimarentur sola tantum animalia, que is abegerat, aut occiderat. Non minore in commodity affecterat res vrbicas, & pontificias copias, quas ipse tutela Vaticani, & Ecclesiæ transmisserat. Quamobrem Romani hinc inde afficti, & multis calamitatibus circumventi, residente amplius furore, Oratores ad pontificem miserunt, qui vrbis dominum, tanta cum potestate, quam tam Bonifacius nonus exercuerat, illi deferent; si modo iniurianti oblitus, mansueritudo ingenita illos in gratiam recuperet, atque ad sedem Apostolicam reuerti festinaret.

Tanto libertus inuitabant Romani Innocentiu, quantum magis certiores facti essent, illum Ludouico nepoti, sed promiscue in omnes bacchabatur; dum alii domos ex pilarent, alii honestatem violarent, alii in vitam & fortunas etiam innoxiorum graflarentur. Pontifex hora circiter xx. in summo æstu diei, non sine magno timore vrbis egreditus, circa secundam noctis horam, in vicu Cæsiano, duodecim millibus passuum ab urbe, vix se saluauit. Inde Sutrium, deinde Viterbiu processit.

Ioannes Columnius, statim atque intellexit Innocentium euafuisse, in primis Palatum pontificium inuafit, dimitiuitque, deinde Ladislaum Regem, secundum quod conuenerat, ad capessendum vrbis dominium accersuit. Interim vero populus monumenta sedis Apostolica, libros, epistolas, & Regesta quecumque vel lacerauit, vel ex archiio pontificio priuati iuriis fecit; thesaurariam expilauit; atrocissima quoque per hanc occasionem perpetrauit; castæ vita, & bona fama, canendi & scribendi peritus; bonarum literarum apprime doctus. Fuit etiam olim collector frumentorum camera Apostolica tempore Vrbani VI. in regno Anglia, in quo quidem officio, vt fama volabat, multum laudabiliter se habebat, deinde Bononiensis Episcopus factus, ac postea Thesaurarius eiusdem Vrbani VI. inde Cardinalis à Bonifacio IX. renunciatus, tanta benevolentia apud Bononien. vt cum hi profugum ex urbe intellexissent, Guidonem Pepulum, Bartholomæum Bolognnum Equites & Doctores, Ioannem Cannerolium, & Paulum Letrium. Oratores miserint, inuitatum, qui ad eos diuinceret, humanissimæque ciuitatis hospitio frueretur.

Pompeius VI. Zani de rebus Bonon. lib. 6. Theodoricus Niem lib. 2. c. 36. 37. 38. Leonardus Aretinus à Secretis Innocentie 7. in epistola. Stephanus Insixta, & Antonius Petri, in notis diarii

Nouus in
urbem tu-
multus.

Ladisla. ex
partiaris Roma pel-
litur.

Romanii
Innoc. in
urbem re-
uocant.

Innocen-
ti laudes.

bius anni. Platina in Innoc. 7. s. Antoni. 3. p. tit. 22. c. 4. §. 2.

Non minor sollicitudo Innocentium incepit, rerum Neapolitanarum, à Ladislao afflictarum. Ad iv. Septembbris anni superioris, Maria Regina; cum per variâ medicamenta, vt mater esset possit, procuraret, mortem sibi accersuit. Eius mors quamquam Ladislaum grauissime afflixisset, non tamen vel ad submisionem erga pontificem, vel ad clementiam erga subditos, vel ad gratitudinem erga benuculos, quod solent calamites plerumque, excitauit. Affinem præterea, Guillelmum Duxem Austriæ, sororis Ioanna maritum, nec non Raymundum Vrsinum principem Tarentum Comitem Licii, cuius beneficio, id q; erat præcipuum, in Regno Neapolitano acquirerat, his diebus amicis. Et quidem Maria & Guillelmo inferias solenni apparatu fecit, & Ioannam viduam cum honore reuocauit; ceterum manus Raymundi infestare voluit, conscriptoque exercitu, vii. M. equitum, & non minorem numerum pedum, in Apuliam duxit, vt relictam Raymundi Mariam Borboniam, & liberos vtriusque omnibus bonis exueret. Quatuor liberos reliquerat Raymundus, Ioannem Antonium, qui in principatu Tarentino, Gabrielem qui in Ducatu Venusino successerat, & Mariam cum Catharina. Fere dimidiam Regni Neapolitani partem in bonis possedebat, cum præter principatum Tarentinum, uniuersam Hydrunti prouinciam, Barium, Ducatum Venu-sinum, & Comitatum Licitum in sua ditione numeraret. Tam ampla possest, Ladisla saliuā mouerat, vt pupilli cripere tentauerit. Iam à Cerrano territorio, Tarentum usque solo terrore belli disperso, omnia in potestatem redegerat. Vrsina, cum pulillis orphanis, frustra clementiam Regis implorabat. Itaque quod reliquum fuit, Innocentium pontificem, Iordanem Vrsinum Cardinalem, nec nō alios eius stirpis Proceres, totius rei admouuit; deinde Barnabam Sanzeuerinatem, sanguine propinquum in auxilia vocauit; quando iam Ladislaus terra marique Tarentum obfedit, Vnū tantum mensem obsidione prefecit, virtute propugnatorum reiecit, adeo vt eum suscepit, & penitentia oppugnationis. Per occasionem mortis Guillelmi, & reuocandæ Ioanna, indidem soluit ipse, reliquo ad continuandum bellū Aquauiano Antonio Duce Adriano. Facilius fuit hunc detergere, atque profligare: & illius exercitus superato, omnia amissæ recuperare. Non deerant & alii, à Ladislao ternere vexati. Simontius lib. 4.

Eorum cura vehementius distinxit Innocentium, ne aliorum totus quantus erat posset intendere, & bellū inter Venetos ac Carrariensem exortum, quamquā suminope laborasset, extinguere. Francisco Carrario iuniori auctore, exarferat, grauissimo torus Italie incommodo, nec non sedis Apostolice non modo detrimet: sed ex quo tamen oblati est Venetis materia sua ditionis propaganda. Erat tum Venetii Guillelmus Scala, non in ciuitatem solum, sed in principatum etiam adiicitus. Hunc Carrarii, post Viccomitis Galeazii mortem, instando caltagondos, impulit ad paternum principatum repetendum, & confiditum, & operam ei pollicitus. Veronam cum Scalanuscepit, statim vna cum vita amissit. Franciscus, hominem familiarissimum, & quem nuper armis iuuerat, vencio, vt fama est, sustulit; Antonium & Brunonum filios proditio-ne captos, in carcere necando curauit; atq; cum his omni Scalanorum stirpe exirent, Veronam occupauit: mox Vicetiam adiortus, nisi deditionem facerent, omnia hostilia comminatus est. Horribile Vicetini Carrariorum tyrannidem. Itaq; cum à Galeazii relicta opem impetrare non potuissent, fuisse illius, Venetorum fidei, vna cum Feltrinibus, Belunensibus & Bassanicis sese dediderunt. Ira percutius Carrarius, caduceatorem missum à Venetis, nunciantem vt à Vicetiorum rebus abstineret, contra ius gentium violauit, naflo illi & auribus præcisus; ac præterea illis renunciari iussit, impudenter eos facere, qui se continentis rebus immiserent, ac leges merito imperantibus temere prescribere auderent; tenerent ipsi se pelagi aestuariis, iniquo etiam animo tulerit. Enimvero, in ipsis Carrariis, nescio, an Carolus Malatesta sedis Apostolica fiduciarius, in iussu pontificis mouisset, aut aliquot expeditiones summo animi ardore contra hostes fecisset, aut tam numero exercitu præsele circa voluntatem

Carrari-
sum mis-
finis.

IX.
Innoc. à
calumnia
defendi-
tur.

Innocentii, sustinuisse; cum Pontifex illis corripiendi, adque concordia reocandis omnia prius tentasset. Quod Carolus non magno opera pretio facta ex acie discesserit; vereor, ne Nicolai Atestini, qui Francisci Carrari filiam Liliolam, in manu monito habebat, gratias aliquid, contra intentionem pontificis detulerit: cum Scriptores Notariorum diariarum eius temporis Ronani, meminerint, Innocentius Papa de nece Archiepiscopi certior factus, gravissimas peccatas & censuras, in peremptores illius tulit. quo anno Archiepiscopus Canthuariensis, multa pro coercendis his qui Ioannis Wickeffi dogmata fecerunt, in Synodo transfigit: ac prater hac Cantebrijensem Academiam iure Metropolitico visitavit, multa Collegiorum statuta ordinavit; prius consuetudines deleuit; & facienda scholarium castigauit, hæreti Wiccleffianæ, pro officio Pastorali extirpande intentus. *V. Wallingb. in Henrico IV. & M. Vatican. de rebus Anglicanis.*

X.
Tumultus
in Angl. ob
nimis Re
gis exacti
ones.

los factis, in ultima congregacione pralatorum, & aliorum virorum Ecclesiasticorum, facta Patisis etiam ex premis, vel aliquo praemissorum volumus aliquod praejudicium generari venerabilib. fratr. nostris Cardinalibus, aut alicui ipsorum hunc Sacro Concilio & eius determinatio, nunc adhaerentium in beneficiis, & alias per ipsos & quemlibet ipforum Canonice possellis. Per hoc autem etiam non intendimus fieri aliquod praejudicium Venerabilis Fratris nostro Cardinali Albanenisi, in iure quod habet in Archidiocesatu Ecclesie Lucionensis.

Item sacro approbante Concilio decernimus fore procedendum contra obedientes, & adhaerentes pertinaciter seu autores Petri de Luna, & Angeli Corario nuper de Papatu contenditibus & colludentibus, per hoc Concilium de schismate & heresi notoris, per definitiu[m] sententiam condemnatis, modis quibus est contra credentes & autores hereticae prauitatis, secundum sacros Canones procedendum.

Item sacro approbante Concilio, decernimus nos vel successorem nostrum ex certis magnis & arduis causis nos & hoc sacrum Concilium mouentibus, iterum generale Concilium fore conuocandum hinc ad triennium, videlicet anno quo dicetur. Anno Un. Millefimo quadringentesimo duodecimo, in mense Aprili in Civitate seu loco habili & decenti, qui locus declarabitur per annum ante tempus Concilii, per nos, vel per successorem nostrum.

Item sacro approbante Concilio, decernimus & declaramus quod si Cardinalis de Flisco infra duos menses proximos personaliter ad nos venire, & obedientiam nobis praeferre, & determinationi huius Sacri Concilij adhaerere voluerit, benigniter recipiarur, cum integritate status, & honoris, atque beneficiorum, que decimo quinto Iunij anni Millefimi quadringentesimi octauo obtinebat.

Item omnes dispensationes factas per Episcopos, diaconos, in partibus neutralibus, super defectu aetatis causa assequendi & obtainendi beneficia, dignitates & praaltutias.

Item omnes absolutiones, & habilitationes in foro penitentiali, tam per contendentes, quam per ordinarios predictos schismate pendente factas, super casibus Sanctae Sedi Apostolicae reseruatis, ex certa nostra scientia, hoc sacro approbante Concilio, ratificamus, & approbamus.

Post predicta archiepiscopii Pisani in Pulpito predicto pronuntiavit, quod Dominus noster Alexander Papa V. oculum misericordie & vicerariae compatis & pietatis sua conuertens ad Ecclesias desolatas, ruinosas, & in magna necessitate constitutas liberaliter remittit & indulget omnia arrerigata maiora, minoras & futura ab eius sive Camera Apostolica debita de toto tempore praeferit usque ad tempus sua assumptionis.

Item idem Dominus noster norificauit omnibus per organum dicti Dominii Archiepiscopi Pisani quod non intendit amodo ut ante a rescrivare bona seu spolia pralatorum & aliorum morientium pralatorum.

Item quod non intendit resuare fructus medi temporis beneficiorum vacantium.

Item supplicavit idem Dominus Archiepiscopus nomine totius Concilij Cardinalibus quod portionem competenter eisdem de arreragis praeferit temporis vellet Ecclesias & viris Ecclesiasticis remittere liberaliter quemadmodum Dominus noster fecerat in portione ipsum tangente, & petuit a Concilio in hoc placeret sibi & quod exprefse diceret placet, Dominus Cardinalis Albanenisi solus se operatur.

Item idem Archiepiscopus pronunciavit proxime futuram, secessum siendam ad diem Veneris sequentem de mandato Domini nostri Pape, & quod nullus interim recederet sine licentia Papali. De istis omnibus hac die expeditis promotor seu procurator Ecclesie petiuit unum vel plura instrumenta confici per clericos Cameram & Notarii Concilij ad perpetuam rei memoriem.

Item in hac sessione dictum fuit quod Dominus noster prouideret Archiepiscopo Ianueni super Archiepiscopatu suo: Etiam placuit Concilio quod Dominus Cardinalis Albanenisi prosequeretur ius

quod habere pretendebat in Archidiaconatu Lucionensi. Successione prefatus Dominus noster Papa Sessionem siendam certis de canonicis statim mouentibus continuavit usque ad diem Mercurij 7. mensis Augusti tunc proxime sequentis.

Sessio Vigesimaliteria.

Die Mercurij septima Augus[ti] adveniente solenniteribus & caremonitis seruatis circa officium diuinum Sanctissimum in Christo Pater Dominus noster sacro approbante Concilio, ordinavit quod bona immobilia Ecclesie Romanae, seu aliarum Ecclesiarum, nullatenus per ipsum vel alios pralatos alienen[us], seu hypothecantur, usque ad proxime indictum Concilium, in quo super hoc articulo maturius poterit liberari.

Item idem Dominus noster eodem approbante Concilio ordinat & mandat celebrari ante Concilium generale Concilia provincialia per metropolitanos & Synodos, ac eorum suffraganeos, secundum formam iuri & Concilij generalis, quae ex eorum omisione multa inconvenientia sequerentur.

Item idem Dominus noster eodem approbante Concilio, ordinat & mandat celebrari Capitulo Monachorum, Magistriorum, & Canonicorum regularium, secundum formam Concilij generalis, & constitutiones felicis recordationis Honori III. & Benedicti XII. & quia limitatio Provinciarum facta per Benedictum XII. non posset de presenti, obstante temporis malitia, obseruari. Oratione dicta Dominus noster, quo ad dicta Capitulo celebranda, standum iuri antiquo, durante impedimento predicto: videlicet, ut propria communis & vulgaris, poset per se Capitulum Provincialis celebrare, ex quo commode cum alia non posset conuenire, & deputabit Dominus noster presidentes, & executores ad premissa ezequenda.

Item idem Dominus noster eodem approbante Concilio, eisposit non facere translationes de iniunctis, nisi parte vocata, & audiuta, & de consensu maioris partis Cardinalium, usque ad proxime indicatum Concilium, nisi ex causis iustis & rationalibus.

Item, Dominus noster sacro approbante Concilio decernit, quod ex parte ipsius Domini nostri cum Cardinalium Concilio, depubabuntur nunc solenes, qui mittentur ad Reges & Principes, & certos fidèles, ad publicandum & prosequendum autoritate Domini nostri Pape & Sacri Concilij, acta in hoc Concilio.

Item Dominus noster auctoritate Dei, Apostolorum Petri & Pauli, & sua, concedit omnibus, qui in hoc Concilio interfuerint, & eius determinationi adherentibus absolutionem plenariam à pena & culpa penitentiam in vita, ita quod quilibet de predictis infra duos menses, postquam ad eius notitiam concessio huiusmodi peruenierit, poset dictum beneficium absolutionis assequi, in forma Ecclesie, si ille concessionem facit Dominus noster singulis supradictis in mortis articulo, intelligendo tam de Dominis, quam de familiaribus.

Item, cum Dominus noster Pape, cum Concilio Concilij intendit reformatare Ecclesiam in Capite & in membris; & iam multa per Dei gratiam sunt expedita, per ipsum Dominum nostrum Papam: & multa alia statim & fauorem pralatorum, & aliorum inferiorum concernentes restent, qua propter regressum pralatorum & ambassatarum de predicti expediti non posse, propterea idem Dominus noster sacro requirent & approbante Concilio, dictam reformatiōrem suffundit & continuat, usque ad proximum iam indicatum Concilium, & præsentis Concilium prorogat, & continuat, usque ad illum terminum, quippe fixus est omnibus ad Concilium conuocata redendum ad proprias edes, usque ad terminum prædictum supradictum.

Item idem Dominus noster norificauit omnibus per organum dicti Dominii Archiepiscopi Pisani quod non intendit amodo ut ante a rescrivare bona seu spolia pralatorum & aliorum morientium pralatorum.

Item quod non intendit resuare fructus medi temporis beneficiorum vacantium.

Item supplicavit idem Dominus Archiepiscopus nomine totius Concilij Cardinalibus quod portionem competentem eisdem de arreragis præterit temporis vellet Ecclesias & viris Ecclesiasticis remittere liberaliter quemadmodum Dominus noster fecerat in portione ipsum tangente, & petuit a Concilio in hoc placeret sibi & Legati Principum complures.

Dubitatum est valde, an Canonice & legitimate esset conuocatum: eo quod sine villa Romani Pontificis auctoritate esset indicium. De ea re, telle Sancti Antonino capite quinto, §. 3. Laurentius Rodolphi, Florentiae tri-duo disputauit, & tandem conclusit: Concilium fuisse legitimum. Iohannes etiam Gerzon, in libello, an Papa ex auctorari possit: Dei nutu & spiritu sancti talos suis Patres Pisani afferuit. Præterea, nemo Alexandrum V. verum fuisse Pontificem negauit. Item ipse Alexander V. cū Bononia

grau-

VIII.
An Conclegit
mū
fuerit,

IX.
Greg
con-
cil.
Aq-
uile-
gia
cele-
bra-
bit
contra
conc.
Pisan.

X.
Quon-
do Greg-
post coac-
celebra-
tionē ab-
sente &
insidias si-
bi positas
euitauerit.

grauius agrotasset, & mortem sibi imminere cognouisset, Cardinales ad se venientes ad concordiam & pacem, & ad eandam Ecclesie dignitatem adhoratus, dixit, per eam mortem, quam se continuo subiturum putabat, se extimate & credere, qua in Concilio Pisano acta fuerant, recte & integre sine dolo male facta fuisse.

Gregorius illegitimum esse pronunciabat, quod non ad eos, sed ad se, velut pontificis Romanū, pertineret convocare Concilium. Quomodo etiam etiam ipse in foro Iulii circa Aquileiam, datis ad Prælatos Ecclesie, Principes, & coenam literis indixit; atque tempore designato celebrait; conuenientibus indidem pralatis, precipue Regni Neapolitanii, quod in eis obedientia haecenus perfeuerant. Ibi breuiter explauerunt, quæ visa sunt eis expedire presenti negotio, sc. anathema dixerunt Patribus Pisani, Alexandro V. Petro Luna, & sequacibus atque autores illorum. Inde reuertenti insidias posse fuerant, ex quibus interciperetur. Eas tamen in habitu transformato euitauit; intercepto alio qui pontificiam pompa pro illo induerat. Ariminum deinde se contulit, in omnibus aduersitatibus magno animo, dicens, non esse malum in ciuitate, quod Dominus nō fecisset. Antonius sup.

Hac porro breui compendio narrata, quomodo acciderint Gregorio, Theodoricus Niem paulo diffusius commemorabat, his quæ adiungo verbis, lib. 3. de schismate, c. 36. 45. 46.

Postquam Gregorius, per tres menses, vel circiter, Senis moratus, indidem ad dilatandum schisma nouem alias Cardinales creasset, postea Ariminum iuit, ubi hyeme transacta, tempore Quadragesimali huius anni, ad terram ciuitatis Austriae Aquilegiae, si dicebis acceperit, & ibi circa festum Pentecostes suum Concilium celebravit: paucis existentibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiasticis Prælatis, aut Procuratoribus Ecclesiasticorum Prælatorum, nec non principiis secularium, qui in generali Concilio per summum pontificem conuocato, de iure & consuetudine interesse tenentur.

Cum autem cognouisset, sententiam aduersum se in Concilio Pisano latam & promulgatam fuisse, metuens, ne contra se executioni cum invocatione auxiliis brachii secularium demandaretur, quodque Veneti ei forsan non assisterent, eo quod per ipsum, Dominus Antonius Patriarcha Aquileiensis priuatus fuerat, qui contra eum suos, Cardinales potenter & sollicitate laborabat, ipsis ponendo insidias in omni loco circum circa dictam terram ciuitatis Austriae, habebatque exploratores semper in eadem terra, qui secreta etiam quippe Gregorius fecerat, cui sacre propriebe, soleritus exquirere nitebantur, & utrobique fuisse minus tute, defensoribusque sibi, fuisse Cardinalium sumptus & viualia, cogitauit inde recedere qualitercumque. Vnde scripti Ladislao Regi, rogando ipsum ut sibi quantius subueniret, vt inde posset recedere. Ladislau vero infra pacata tempora duas galas ad certum portum non longe distante a terra ciuitatis Austriae illi definavit, & quosdam armigeros, quippe Gregorium vsq[ue] ad illum locum, ad quem galea applicatur, per terram affociarent, illuc missi, qui cum ad eandem terram peruenissent, quanto secretus potuit preparauit se ad iter, vt cum predictis armigeris inde posset recedere. Et quia tunc eius camera auro & argento forsan erat exhausta, ipse Antonius eius Camerarius, ad vocula predicta dicta Camera et tempore recurrens, pro expensis itineris aliqua illorum pro sex millibus florinorum pignorauit, & aliquo etiam in sarcinula sua ligari fecit, que creditur inde secum posse deportari. Intelligentes autem Veneti, quia Gregorius inde velle recedere, pro certis suis negotiis iterum suos Nuncios ad eum desinariunt, quibus dedit terminum, in quo super nonnullis propostis responderent. Neque dictum Patriarcham istud latebat, quod ab eo siebat. Inde omnia itinera, quibus posset elabi, armato milite circumdedit, adeo ut nemo poterat elabi, quin in manus insidiorum incideret. Gregorius propter metus, ne auxiliari & trahentes ab eo recederent, conuocato catu suorum, schedam infra scripti tenoris ubique diuulgauit, qua denunciabat se esse cupido summum sacrosancte unionis. Ita habet.

Sanctissimus Dominus noster Dominus Gregorius XII. ardenterissimus ad sanctissimum unionem, illam querit totis affectibus introducere, verum quia per formam in claui conceptam, propter profanationes apostate Petri de Candia, videtur quod unio fieri non possit, per renunciationem ipsius & Petri de Luna, nisi modificatio aliqua fiat; hinc est, quod pro celeri & perfecta consecutione unionis præfate proponit, & acceptat hos modos. videlicet, quod

Gregor. à
Ladislao
Rege mali
habitus.

Veneti
Greg. de-
sero Ale-
xandro in
clinant.

XI.
Enyclica
Patrum
Concil. Pi-
fan. ad Re-
ges & prin-
cip. de e-
lect. Ale-
xand.

XII.
Alexand.
Enyclica
quaque ad
codem
scribit.

XIII.
Ladisl. in-
solentem
excōmu-
nicatum
& regno
priuatum
denuntiat.

dem in Bruttios, inde Sulmonem, deinceps Caietam, paucis annis co-
mitatus venit, ubi aliquamdiu moram traxit. Sed quia ut iustus &
timoratus, in collatione beneficiorum & Episcopatum solebat La-
dislao frequenter iniusta petenti obdire, & Rex nihil Regalis condi-
tions habens aut diutini timoris, prius omni fide & pietate, utpote
castra continue sequens, & ad dilatandum per fas & nefas impe-
riu[m] ambitione submersus, nihil plane honoris illi deferret, quinimmo
contumelias quotidiana[n] hominem ab omnibus fere desertum exerce-
ret, iniurias non ferens Ariminum rediit, a Carolo Malatestano cum
omni honore & gaudio receptus. Hic solus, in eius obedientia, quo-
ad pontificatum sponte non depositus, perfugerat. Veneti, a con-
cio Pifano, illum deferuerunt, & Alexandru[m] V. inclinarunt; post
quam multi Reges & Principes, Oratoribus ad eos misis, flagi-
fuerunt, & ipsi coacto ceto Theologorum & Turisperitorum, quoru[m] in-
gentem in suo dominio numerum habebant, ab eis didicissent, Ale-
xandro ut vero & indubitate Pastori Ecclesia Catholica fore obe-
diendum.

ALEXANDRI PAPÆ V. ANNO I.

S[T]ATIM, atque Alexandrum pontificem Patres renun-
ciarunt, omnibus Regibus & Principibus Christianis
significauit, causa etiam ad scripta, cur utrumque pontifi-
cem in ordinem coegerint: nimis, quod comprehendit
fear, ambitione inflatos, rem Christianam fidelitatem aliena-
da peccatum dare, atque inuicem colludere. Iustum pontifi-
cium creatum, qui de more sacra[us] ipse, & literis, & Nunc-
ciis cuncta ordine significaturus es[ter]. Adiecerunt haec a
se prescripta, ut commune gaudium omnes gaudenter; in-
termi[us] etiam hortabantur, ut qua via maiores illorū essent,
eadem ipse insisterent erga sanctam sedem; neque qui-
quam honoris aut reuerentiae Angelo Corrario, aut Petro
Luna deferent, qui potius illos in ordinem coactos, nisi
ad cor reuerentiarunt, modis omnibus persequerentur.

Scipit & Alexander pontifex Enyclicam, ad omnes
Prælatos & Reges ac Proceres, nec non ad Clerum & po-
pulum vniuersitum, longe longissimum: in qua ortu schis-
mati Religionis, ante pontificatum culrus fuerat, crevitque
cum fastigio summa dignitas obseruantia adeo, ut quem
ex Lucia Treslania octauam suscepit paulo post filium, è
pontificis nomine Alexandrum diceret, vel isto pontifi-
cum deuinētus officio, quod cum Alexander ipso statim
necessitatem & actiones, sententiam in collusores latam,
acta illorum reficiā, electionis sue modum; Collegii v-
trijusque coniunctionem, schismatis sublatum, vniu[er]sionem Ec-
clesiae sub uno indubitate pastore explicat: & ad extre-
num hortatur, ne collusoribus fauenter, ne gratias aut be-
neficia ab eis postularent, ne sancitis eorum parerent, ne
minas, aut censuras eorum metuerent, in summa, ne eos
pontificium loco haberent, quin potius illorum fidem e-
jurarent, & ex concepta formula, schismatis detestarentur,
& ad schismatis reliquias tollendas totis conatus colla-
borarent.

Et quia hoc ipso tempore, Ladislao R[ex] Sicilie, præ-
ferens in speciem Gregorii patrocinium, ad 12. diem Mar-
ti Romam iterum occupauerat, collectisque xiv. equitum
millibus, toridemque & mille amplius pedibus, Floren-
tinorum, qui locum Concilio Pifis dederant, fines infes-
tos habere coepit; Senenses item, quia eos adiungere
in amicitiam non potuit, quia id vlturus armis, ter in eorum
finibus per aliquot dies statu[m] habitus, vexauerat, ac
Peruginorum agrum incendiis & populationibus foedaue-
rat, plurimisque de Ecclesia Romana interceptis, ad Bononiensem exercitum promouebat, vt ea subacta, & Alexan-
drum pontificem, & Balthasarem Cossam Legatum circum-
cumquaque concluderet, argu iis reppressis, sub specie
protectionis Gregorianæ, ad alias Gallia citerioris ciuitates,
adeoque paulatim ad Italiam regnum sibi aditum pate-
faceret: ideo Alexander ceteru Patrum habito, ex senten-
tia Concili, illum hostem Ecclesie indicauit, fideliumque
cetu eiecit, maxime propter schismatis quod fouebat, ac
propter ditionem Ecclesie ardentiam fideique lacer-
tam. Preter haec, Regno Neapolitano illum proteruen-
tem ferocientemque priuauit, ac Neopolitanum dia-
dem, ad Ludouicum, Ludouici Andegauensem Ducis ti-

lium pertinere voluit; simulque eundem ad spem delati
fibi Regni euocauit, certus ab eo contra aduersarios auxi-
liorum, ne diutius Ladislao felix conculeata pontificie
inauctatis seclus es[ter].

Iam antea Ludouicum, Clemens antipapa Regno Sici-
lie donauerat. Hunc igitur placuit, Ladislao opponere.
Eum in Italiam complurium nauium longarum classe de-
uictum, terrestri itineri subsecutus est equitatus, quam
amplissimus ex provincia cogi potuit. Mense Julio Ge-
nuam, nec multo post Ligustico nauigio adiuetus, Pifis,
vbi à purpuratis Synodus celebrabar venit: vbi splendi-
do ac Regio apparatu exceptus, ab Alexandro pontifice,
regnorum Siciliae ac Hicroslymorum iura & confirmationem
iiscepit, iuramentum fidelitatis & homagii ligii
sacramentum dixit, censum & submissionem Ecclesie Ro-
manae ex formula consueta sponponit, & inter alia, aduersus
hostes Ecclesie vexillum tradidit accepit, vt infelix
signis Ladislau[m] vnicum ipsius Ecclesie atque Concilii
aduersarium impeteret, atque armis subigeret. Sanctæ sedis
Vexillario Ludouico ad eum modum creato, libuit fo-
cios adiungere, Regem Galliarum, Florentinos, Senenses,
Bononienses, Nicolaum Atestinum, & nonnullos alios
Italie proceres, qui fœdus cum pontifice & Patribus per-
cussere.

Placuit, & sacrum bellum cōtra eundem indicere, pro-
mulgatisque indulgentiis & gratiis spiritualibus, Cruce si-
gnorum exercitum armare, cui Balthasar Cossa Cardi-
nalis Legatus, cum imperio pontificio praefecit. Inter eos
qui stipendiis Ecclesie mercant, Paulus Vifinus Ladislao
damnato, atque propter impietatem deseruo eminebat:
cui non impar in iste castris militabat, Magnus Sforzia,
cuius conditionem, quam Cossa Legatus, cum illum ad rei
pontificia propagnationem acciūsset proposuerat, com-
probauit. Tam antea Sforzia virtutem amauerat Alexander
der, propenfamque in illo pontificum tuendorum voluntate,
pontificio amore dignam iudicar: neque minus
ipse à Sforzia ob spectatam morum sanctitatem, studium
que Religionis, ante pontificatum culrus fuerat, crevitque
cum fastigio summa dignitas obseruantia adeo, ut quem
ex Lucia Treslania octauam suscepit paulo post filium, è
pontificis nomine Alexandrum diceret, vel isto pontifi-
cum deuinētus officio, quod cum Alexander ipso statim
necessitatem & actiones, sententiam in collusores latam,
acta illorum reficiā, electionis sue modum; Collegii v-
trijusque coniunctionem, schismatis sublatum, vniu[er]sionem Ec-
clesiae sub uno indubitate pastore explicat: & ad extre-
num hortatur, ne collusoribus fauenter, ne gratias aut be-
neficia ab eis postularent, ne sancitis eorum parerent, ne
minas, aut censuras eorum metuerent, in summa, ne eos
pontificium loco haberent, quin potius illorum fidem e-
jurarent, & ex concepta formula, schismatis detestarentur,
& ad schismatis reliquias tollendas totis conatus colla-
borarent.

Et quia hoc ipso tempore, Ladislao R[ex] Sicilie, præ-
ferens in speciem Gregorii patrocinium, ad 12. diem Mar-
ti Romam iterum occupauerat, collectisque xiv. equitum
millibus, toridemque & mille amplius pedibus, Floren-
tinorum, qui locum Concilio Pifis dederant, fines infes-
tos habere coepit; Senenses item, quia eos adiungere
in amicitiam non potuit, quia id vlturus armis, ter in eorum
finibus per aliquot dies statu[m] habitus, vexauerat, ac
Peruginorum agrum incendiis & populationibus foedaue-
rat, plurimisque de Ecclesia Romana interceptis, ad Bononiensem exercitum promouebat, vt ea subacta, & Alexan-
drum pontificem, & Balthasarem Cossam Legatum circum-
cumquaque concluderet, argu iis reppressis, sub specie
protectionis Gregorianæ, ad alias Gallia citerioris ciuitates,
adeoque paulatim ad Italiam regnum sibi aditum pate-
faceret: ideo Alexander ceteru Patrum habito, ex senten-
tia Concili, illum hostem Ecclesie indicauit, fideliumque
cetu eiecit, maxime propter schismatis quod fouebat, ac
propter ditionem Ecclesie ardentiam fideique lacer-
tam. Preter haec, Regno Neapolitano illum proteruen-
tem ferocientemque priuauit, ac Neopolitanum dia-
dem, ad Ludouicum, Ludouici Andegauensem Ducis ti-

Theodoricus Niem, tanti suis Paulum Vifinum com-

memor-

XIV.
Ludovicus
Andeg. fl.
in Italiam
ab Alexan-
dro euocatur
contra La-
disl. rex
creatura ac
creatura
sed. Apoll.
vexillarius
elevatur.

XV.
Bellum fa-
ctum con-
tra Ladisl.
indicitur.

Magnus
Sforzia ab
Alexand.
accerit.

Progressus
ecclesiast.
exercitus
& vict. de
Ladislai-
nis.

Paulus Vi-
finus qua-
lis co re-
pote.

memorat, vt is solus in vrbe predominaret, pro sancto
a plerisque Romanorum habiceret, Roman & eius cives
quo volebat verteret, quos volebat magnificaret & exalte-
ret, falharer, perderet, omnia in vrbe pro beneplacito
disponeret, multis victorias de aduersariis referret, nemini
ad eo crescerer, qui sibi violenter posset
resistere, omnes volentes aliorum stipendiis militare, sub
signa sua cogeret, & ab Ecclesia Romana nedum innumer-
as pecunias, sed etiam ciuitates & castra, nec nō alia tem-
poralia dominia plurima reportauerit, propter ingentia
merita in sedem Apostolicam præstata eo tempore, quo
ad pontificibus Romanis merebat. Cum Paulo, Nicolaus,
Iacobus, Iordanus, Bertoldus Vifini, & Laurentius Annibaldus,
magnum opere pretium posuerunt in profugis
Ladislauianis: cum iam ad diem 10. Octobris Balthasar
Legatus, cum Ludouico Rege, ad recuperandas alias Ro-
manæ Ecclesiæ ditiones Roma discessissent, & multis in
potestatem receptis, Ludouicus ad pontificem, qui con-
tagionis metu Pifis Pistorium conceperat, recutisset, pri-
mo vere sese in Italiam magno cum triremum equitumq;
numero veniturum promitterat.

Quamquam autem Vifinorum virtute, vrbs in pot-
estatem pontificiam venisset, & populus vrbicus, quem
iam Regii imperii & militaris licentia satias ceperat, magna
cum laetitia Alexandrum expectaret, Alexander tam-
en veritus vt fatis Romanæ turbæ conquieuerint, La-
dislai potius metu quam benevolentia ciuium fiducia, Pi-
ctorum Bononiam processit, que pridie Idus Ianuarii anno
eius seculi decimo peruenit. Atestinus cum honestissima
familiarium cohorte ad Pianorum ei occurrens Bononiam
v[er]que est prosequutus, auxit Nicolai nomen atque decus,
quod qui pontificem equo ciuitatem inuestitum virum
tegebant, pedes binis ad ipsius caput, totidem ad fe-
tis lateri, quique ad vniuersitatem semitam alterius id
minus subibant, Atestini ferme clientes erant. itidem præ-
toriæ pontificis cohorti prefuerunt Nicolaus Robertus,
& Gerardus Boiardus Atestini beneficiarii. In explican-
dis etiam que ad pontificatum pertinenter, nihil non ex
Atestini, & Balthasari Cossæ confilio gestum est, quorum
arbitrio Alexander omnia permisit.

Pof curam vnitatis Ecclesiae, duas aliae non minores A-
lexandrum exciper: altera bellii sacri cōtra Turcas Chri-
stianis infestos, altera extirpande Wicclefitarum haeres-
is, que Bohemiam foedabat. Post cladem Baizetis, fi-
lius eius Calepinus Cyricelipes, quem & Cybelium no-
minabant, fuga elapsus Hadrianopolim peruererat, vbi
opera veteranorum, Gracorumque principium qui Paleo-
logi partibus minus fauabant, eos qui ex Scytharum ma-
nibus in Europam elapsi essent recepit, breuiter tantas
contraxit copias, vt rumultario progesu vicinos Bulga-
ros, Seruos & Macedonas armis diuexaret. Hos eius co-
natus vt armis reprimere Sigismundus rex Vngarorum,
haudquiam cunctandum ratus, præsertim cum Scy-
tharum vitoria non ex Europa solum, sed & Asia vniuer-
sa pellendum de lendumque occasionem aperuit, exci-
tis Vngaros & Bohemis, validas contra cum copias eduxit.
Infestis armis concurserunt ad Columbaciun Seruianorum
oppidum iuxta Samandriam non procul à ripis Istri,
hoc anno 1409. Victoria ex incuria Christianorum penes
Turcos fuit. Cum enim cecido impetu equitatus Christia-
norum in aduersos hostes rueret, graui clade accepta, an-
tequam a peditaru subsecuente, quo superiores hostibus
videbantur, subueniri posset, dissipato ordine loco pulsus,
& in fugam actus est. Fuga equitum animaduersta, pedes
quoq; turbati terga hosti verterunt, qui post equites Hun-
garos & Bohemos loco depulsos circumfusi equitau[er]untur. Tur-
cicagiis omnes confixi perierunt. Eam cladem suorum
Sigismundus rex cum Alexander nunciasset, quo in pe-
riculo Regnum Hungariae esset significasset, opem ponti-
ficis implorauit: hic vero Nunciis & literis ad omnes prin-
cipes & Reges Europæ destinatis, ad sacra[m] militiam
eos excitauit, maxime quod Rhodiani milites zelo recu-
perandæ terra sancte flagrantibus, id ipsum ab eodem postu-
larent. *Bosis de rebus Rhodianis lib. 4. Author Turcicagiis,*
tomo 1.

Non minorem diligentiam Alexander adhibuit haeresi
extirpandi. Anno superiore, Ioannes Huss, a Rege Wenceslao
imperatore, ut Bohemi professores, tribus aliis
nationibus exequaruntur, in beneficiorum & officiorum
consecutione. Aperuit ea res ianuam Ioanni Husso, ad
haeresis Wicclefitanam, per abiemant Themonicorum,
quos ille Vniuersitate Pragensi electos esse cupiebat, pro-
palam disseminandam. Themonici liquidem, vt Cochlear
narrat, cum frustra per integrum annum, & Wenceslai
Regis, & Consiliariorum eius opem, contra Hussi ausis &

Annal. Ecc. Tom. 15.

XVII.
Alex. de
bello fa-
cro contra
Fureas
follicius.

XVIII.
Alex. he-
resi Hesit.
in Bohe-
mia exit
pandæ di-
lignantiam
adhibuit.

violentias imploravissent, sordisque (quod aiunt) fabulae narrascent, de futuris, nisi praecauerent, ex Wicclefi heresi malis, initio communiter se confilio statuerunt abire, & alium locum publicis studiis querere. Requisiti itaque ab eis illusfrimini ac religiosissimi principes, Landgravius Thuringiae, & Marchionis Misniae, assignauerunt pro publica studiorum professione locum per quam idoneum, celebre oppidum Lipsiam ubi & ager fertilis, & aer salubris existit. Turmatim igitur abeuntes Praga Doctores & Magistri cum duobus milibus studentum, Lipsia peruenierunt hoc anno Domini 1409. ubi publicum gymnasium instituerunt, diuidentes Vniuersitatem iuxta morem Academie Pragensis in quatuor nationes, Misniam, Saxoniam, Bavaricam, & Poloniam, sed ita, ut vna in genere Natio, multas in specie comprehendenter Natiōnes, v.g. Bavarica, non solum Bavaros, sed etiam Aufrios, Styrios, Catinihius, Sueos, Helvetios, Rhenenses, & Francones. Polonica, Bohemica, Lusatios, Vandalo, Silensis, Prutenos, &c. Magnis præterea donati sunt libertatibus, priuilegiisque, & censu per perpetuū fundatōribus. Item Collegiaturi, & præbendis Cathedralium Ecclesiastiarum Misnici, Merseburgensis, Numbergensis, & Critensis; quæ sane omnia cum tempore sic adauēta sunt, ut ausi dicere, nullum esse in tota Germania literarum Gymnasium tam commode institutum, aut tam certis ac firmis censibus fundatum, quam Lipsense cernebatur. Hac fuit prima ruina floris & decoris Bohemicæ, & primus fructus male arboris, doctrina Wicclefica, per quam cornu alio à culmine Praga. Ex hac enim Theutonicorum emigratione, ita defecit, ac paulatim cecidit laudabilis ac celebris Vniuersitas illa Pragensis, supremum atque altissimum totius Regni Bohemicæ decus, vt ne spes qui dem superuerit splendoris pristini recuperetur.

Hanc vero ruinam Vniuersitatis, mox sequuta est longe grauior Catholicae religionis & fidei ruina, per quam fane inala Vniuersitas in illud florentissimum Regnum irruerunt, longe plures haereses, schismata, blasphemia, dissensiones, odia, detractiones, disputationes ventosae, prophana colloquia, temeraria iudicia, rixæ, seditiones, cades, bella, pugna, direptiones, prædæ iniquæ, nefanda sacrilegia, immanissimæ strages, & nihil non calamitarum. Et durauerunt ea mala, in continuo furore & motu, supra quinquaginta annos, nempe ab hoc anno Domini, M. CCCC. IX. usque in annum M. CCCC. LX. & ultra, in eo Regno, quod Carolus Imperator, auctum, & omnibus bonis decoratum filio suo Wenceslao reliquerat, pace & religione florens, populi pietate & devotione decori, ac Doctorum hominum fama & sapientia celebre. Etenim Ioannes Hus, eius per suprascriptas iniurias Theutonicis, liberior factus, virus Wiccleficum quod in corde gerebat, per os in populum effundere palam cepit. Nam cum esset in sermone potens, & mundioris vita opinione clarus, nactus concionandi munus in celebri Ecclesia Beethleem, quam Aeneas Sylvius, sanctis Apostolis Matthæo & Martino, alii Innocentibus ab Herode pereveris, sacram dixerunt, populum sensim perduxit in odium clerici, per commendationem doctrinae Wicclefici, & non solum ore, sed & calamo studuit, impia illius haereticorum dogmata ad laicos dinigare, traduciis aliquot eius libris in lingua Bohemica, quos vel magni munieris loco mittebat ad potentiores Laicos, & quidem non solum ad Proceres Bohemæ, sed etiam ad vicinos eiusdem linguae peritos Morauos, atque adeo ad Morauia principem Marchionem Iudocum, transmisit quatuor libros Triologi, in vernacularum translatos, qui inter omnes Wicclefili libros maxime sunt virulenti & haereticæ. Neque Magnates tantum aut populum, Hus sibi conciliabat concionibus, & librorum Wicclefici in vernacularum versionibus, verum etiam ex electro magnam ad se partem trahebat. Nam plerique diffloctionis vita, alieno ære gratai, & Ecclesiastico iudicio propter sceleria obnoxii, ea nonitate pœnas se sperabant qualuros. Nonnulli vero doctriæ celebres, & morum honestate prædicti, iniquo cerebant animo, facerdotia maiorum censuum iis committi, qui quamvis nobilitate præarent, scientia tamen & meritis longe inferiores essent. Ex-

cacati itaque inuidia, ac nouarum rerum studio, prioris suis oblii lententia, qua Wicclefi doctrinam communim cōsensu damnauerant, iuxerunt se Ioanni Husfo, à Catholica Ecclesia deficientes. Cumque in quosdam virtuosos & indoctos sacerdotes, vere ac iure possent inuehi, odio & inuidia perceti, in omnes generaliter latrare coepiunt, adeo ut etiam fedi Apostolice non parcerent. Inter quos sane, post Joannem Hus, eloquentia & doctrina preeminent videbantur, Hieronymus Pragensis, & Iacobellus Misnensis Concionatores, qui populum in odium Sacerdotum & Monachorum concitabant. Ipse autem Hus saepe inter concionandum iactabat libros Wicclefici, assérens in eis omnem veritatem contineri, adiuvansque crebro, se optare, ut post mortem in ea proficisci retur loca, ad quæ Wicclefi anima peruenisset, quem non dubitaret fusile virum bonum, sanctorum, cæloque dignum.

Dum hæc Praga agerentur, & multi ex Doctribus & Magistris, pia & fraterna admonitione, in cassum, & sine correctionis fructu Ioannem Hus frustra increpant & rogarunt, ut ab eiusmodi ceptis desisteret; Magister Andreas de Broda Bohemus, Artiū Magister, ac sacrae Theologiae Baccalaureus formatus, scriptor ad Archiepiscopum Pragensem Dominum Suinconem, cognomento Leporem, ex nobilissima Baronum de Leporibus familia prognatum, Raudnicki in arce sua Archiepiscopali habitantem, de his omnibus, vehementer eum adhortans, & obtestans, ut his malis obuiarer. Inter cetera enim sic scripsit:

Valde timendum existimo, illud horribile Domini nostri, quod Ezechiel scribit: Ecce ego ipse super Pastores, requiram gregem meum de manib[us] eorum. Formidabile & paucum, ne sanguinem orium de manu Paforum quandoque requirat. Ausultet Reu. vestra Paternitas, si quis has bratas oculas predaretur, & abigeret homines vestris, nonne vestri milites, nonne famosissimæ, nonne validi festinantes armigéri; imo, quod plus est, nonne vestre Paternitas tota consurgeret parentela, quatenus abigere gregem pauperum non sinerent, sed ut predam abactam recuperarent, etiam cum nobilium corporum dispido veluti tigrider currenter, seque confitenti ingererent, quod adiutorum recuperarent predam cum effectu? Reu. apluris est vniæ anima hominis quam talum gregum mille milia. Igitur plus inuigilandum est, ne hostis noſter adversarius diabolus, suis venenatis discipulis captiuans & illaqueans animas, ipsas abigat, & secum in infernum ducat. Labor hic, vigilia hac, vobis incumbit ex officio pastorali, cuius est errantes corrigerere, & ad viam redire: imo etiam compellere, veritatis. Ut auecum res quam inveni, vestre R. P. patet, ecce palam dico, quod variis libri illius pestilentis heretici VVicclef Anglici, in vestra multiplicansur dicens: qui non paucos, imo complures erroneous articulos, imo dannatos ac merito dannandos continent, quales sum Dialogus, & Trialogus, & Tractatus de corpore Christi, & plures alii, ut audio. Ex quibus & eorum venenatis positionibus timendum est, ne oues lethali & infanbiliter fauientur. In quibus precipue dannabilis ponunt articulus, quod in Sacramento Altaris maneat panis post consecrationem, contra quem articulum scribere cogor, quia prius cauenda sunt vulnera, quam venient. & chirurgie prius variapreparant antidota, quam ad se vulneratos & saucios videant properare. Et ideo R. vestram propter Iesu Christi sanguinem pretiosum & roseum, & proper salutem vestram quam defidero, & proper tuelam Christi fidelium, quos omnes cupio, si Doo placuerit, saluos fieri, peto & humiliter peto, imo populi fixo deuotius rogo, quatenus inuigilare, ne multiplicati libri pestilentibus, fideles vestri virus infidelitatibus pestiferum hauriant, per quod animarum periculum & honoris excidium patuerint. Nulla enim pestilentia, nulla fames, nullus gladius, tanta male possint ingenerare, quantum fuerit ex haereticorum persa prauitate, &c.

His motus & excitatus Archiepiscopus, vir confilio & animo illustris, orienti calamitati obuiare cupiens, munitus ad hoc Apostolice sedis autoritate, velut Legatus & Commissarius, conlocari Doctribus, iussi ad lectiones libros Wicclefici, quibus sane allatis, Doctorum confilio & examine fretus, omnes illos ignibus adiudicauit. Narrat Aeneas, fusisse, supra ducenta volumina, & ea quidem pulcherrime conscripta, ac bullis aureis, tegumentisque pretiosis ornata. Crematis tamen libris, non potuit pius pontifex è cordibus hominum conceptum virus

eximere,

Archiep.
Prag.
magister
inno[n]t
ut malis
irruent
occurred.

Quo au-
daciæ mu-
liores tunc
prorupe-
rant.

Româ ci-
tatus Hus
pont. & e-
ius bullam
cōtemnit.

Archiep.
orienti ca-
lamitati
obuiare
frustra stu-
deret.

Appellat
ad pont. à
ulla pon.

eximere, aut vi villa expellere. Neque omnes libri combulti fuerunt. Non enim omnes qui eiusmodi libros habebant, Archiepiscopi mandato, ut eos afferent, paruerunt. Nondum erat ars impressoria eo tempore inuenta, & tamen tantea fuit ad res nouas aduersus Clerum Laicorum feruor, ex crebris nouorum dogmatistarum Concionibus, vt in occultis, (in publico enim non licebat, cum fuissent illi libri iam pridem per Vniuersitatem condemnati) intra breve tempus in tam multa fuerint volumina transcripti. Libris vero combustis, Ioannes Hus, ut Archiepiscopo in iuriu rependeret, ita & odiosum, & contemptibilem eum suis detractionibus populo reddidit, ut plerique partium suarum laici, vulgares & Ironicas in optimum pastorem cantiones configerent, ac in publico decantarent *Suinick kraschy ſhalil. sc. Suipinguis ex ſu quod pulcherrimum fuerat*, proper eam libitorum combustionem. Et adeo incrébuerat ea cantionum cōtumeliosa frequentia, vt rex Wenceslao neceſſe habuerit, publico euulgato edicto, ne amplius, sub pena capitali, omniumque facultatum amissione, eiusmodi decantarentur cantilenæ. Sed calidissimum genus hominum haeretici, pulchre nouerunt variis artibus eludere principum mandata, dum in angulis per varias technas, ſectatores suos, ab ordinaria & debita superiorum ſuorum obedientia & reverentia retrahunt, atque ad maledicta detractionesque nouarum rerum cupidos excitant. Hus itaque, omifluis cantilenis in iuriosis, alias excogitauit irridendi & vexandi cleri vias. Institutum sane pellitics, farto, fatores, futores, & id genus alios Mechanicos, qui crebris concionibus operam dantes, & sacras literas in vernacula lingua translatas feruide legentes, cum facerotibus cotam plebe disputarent, & non solum viri, sed & Begirtæ aliaeque mulieres, eo audacie atque inuercundia proruperunt, vt de sacris literis differerent, ac presbyteris certamina mouere præsumerent: quin etiam libros componerent. De harum vna sic habetur in antiquo cuiusdam Bohemi (cuius nomen non habetur expressum) volumine. *Hac enim mulier Izabel, magna comminatione in ſeruos Dei deſeuens, ludens & illudens ſanctu[m] ſcripturam, non ſanctam Eccleſiam, ſed ſuam pro vi in ſectam attollens, ſic mentitur, & dicit: Quod in omni flatu, ſpecialiter in ſpirituali, nec vnu quidem, exiuit Husſis, inuentus poteſt, qui vitam ſuam ſpiritualiter & boneſe agere, verbumque Dei in ſpiritu ſancto prædicare poſſet. Et ve pro fe, & ſu[m] duntaxat, vi- ta ſanctitatem & prædicationis veritatem reſerueret, ceteris exclusis tanquam reprobatu[m] & reprobiu[m], materiam ſu[m] presumptioni con- tinuat, & poſt pauca. Ad concludendu[m] ergo b[e]ta mulieris hu[m]i- nis garrule, ſi tamē mulieris, cuius tractatis, ſu[m]ma deuotione à ſu[m] ſecta promiſi hominibus ſucepta eſt, legitur, & pro magni munieris tenet reverentia, quod & mulier ad gloriam ſcripturarum, mira ſubtilitate ingenio, magifri Husſ & ſuorum ſequacium nouerit defendere non veritatem, ſed potius ventosam vanitatem, &c.*

Dum sic proteruerit Hus, cum complicibus suis, contra ordinarium ſuum, factus est reus apud Apostolicam ſedem. Ille vero Romam citatus, non plus obediuat Papæ, quam ſuo prius obedierat ordinario Praelato. Scriptit itaque Alexander Papa Quintus Suinconi Archiepiscopo, ut authoritate Apostolica prohiberet, ne per aliquos (etiam si) effent super hoc, Apostolico, ſeu quoque alio induito muniri) prædicationes, aut fermes ad populum fierent, niſi in Cathedralibus, Collegiis, Parochialibus, ane Monasteriorum Ecclesiarum, ſeu earum cōmeteris. & non permetteret, articulos VVicclefici, ab ylo homine, cuiuscunque ſtatu, conditioni, aut gradus exiſteret, publice velociter aſſert, aſſerit, aut dogmatizari. Mandauit infuper, ut ſu[m] p[ro]p[ter] hoc quatuor in ſacra Theologia Magifri, & duobus Doctribus decretorū, de ipſu[m] confiſo super h[ab]u procederet, ac prohiberet, ne quis in Eccleſia, ſite in ſcholiis, aut quibus locis aliis predictis articulos doceret, defendere, aut approbare. Ita quod si quis contrariam faceret, velut haereticus censeretur. Et niſi reuocauerit

Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo, quam Puſridi p[ro]ficiſ vocante, apud Oxoniā Anglia ciuitatem literis ſtudens, cum loannis VVicclefici libros offendiffet, quibus de realibus vniuersitatis titulis inscribuntur, magnopere illis oblectatus, exemplaria ſe cum attulit. Inter qua de ciuitate, de iure diuino, de Eccleſia, de diuertiſ questionibus contra clerum pleraque volumina, veluti p[ro]ficiſ ſu[m] ſequacium remota: Inuocato ad hoc, ſi opus fore, auxilio brachii ſeculari.

Aduersus hanc Alexandri Bullam, multa obiecit, & quæſtus est Ioannes Husſ, quemadmodum narrat ipſe in

eo, quem de Ecclesia inscriptis libro cap. 18. vbi ait: *Man- datum illud effe factis & verbis Christi, & ſuorum Apofolatorum con- trarium, cum Christus, in mari, in deſerto, in loco campeſtri, in domibus, in Synagogis, in viciis, in plateis ad populum predicaverit, & Apofol[us] predicatorum vbi que, Domino cooperante. Ait præterea, mandatum illud effe in detrimentum Eccleſie, in aliando verbum Dei ne currat libere. Effet item in preiudicium Ca- pelliarum, erectorum ad verbum Domini in illis predicandum. Unde, ab ipso, inquit, mandao, ad ipſum Alexandrum, pro meiori ipſius informatione appellanti, & me proſequente appellatio- nem, Dominus Papa de proximo expiravit, &c.*

Archiep.
Prag. ad
Hung reg.
pro reme-
diis appor-
tando pro-
fectus in
via mori-
tur.

XIX.
Luculen-
tior ex A-
enea Sylu-
ſi ſupradic-
torum e-
narratio:

lia sua cognomen, putridum pscem, id est, foedum virus, in ciues suos euonuit. Commodauit autem scripta que attulerat, his posuisse, qui Theutonicorum odio tenebantur. Inter quos Ioannes Hus eminuit, obscuro loco natus, ex villa Hus, quod anserem significavit, cognomenum mutatus. Hic cum esse in genio perarum, & lingua diserta, mulumque dialeticis argutis oblectabatur, & peregrinas opiniones amaret, audite admodum V Vicelstiarum doctrinam arripiuit, eaque Theutonicos Magistros vexare caput, sperans eo modo confusos Theutones, scholas relicturos. Quod cum minime sucederet, a VVenceslao imperavit, ut Pragae gymnasiorum Parisenis gubernaretur. Ea res Magistratum schole Theurombus absuluit. Hanc ob causam committi Magistri ac de-

cllesi adferri, omnesque, Doctorum virorum consilio adhibito, publice concremari iussit. Supra ducenta volumina fuisse traduntur, pulcherrime conscripta, bullis aureo regumentisque pretiosis ornata. Ioanni Hasso predicatione intercidilla, & adiecta mina, si quantum priores in populo errores vulgare auderet. Ipse Praga excendens, apud villam, vbi sibi origo fuit ac cognomen, permittente loci Dominu, qui citu insanie fauebat, vocare plebes ac docere non desstitit, multa in Romanum Praesulem, multa in reliquos Ecclesie pontifices maledicta congerens. Ut autem populi animos magis ac magis sibi conciliaret, decimas, hundaliter quam elemosynas Sacerdotibus debitas astrictur, liberum, predia possidentibus, si velint eas dare, si nolint: nullo incocgi posse.

Nondum error de Sacramento Altaris irrepererat. Sed attulit nouam proptertem Petrus Dresensis (id oppidum Misnia superstitum) qui cum aliis Theonotinibus Bohemiam reliquerat. Cognitus inter iros, quia Valdenses lepra infectus esset, patria pulsus, veluti haren*torum* asylum Pragam repetivit, puerorumque docendorum curam acceptis. Apud Ecclesiam sancti Michaelis per idem temporis opulum predicando instruebat Iacobellus Misnensis, litterarum doctrina, & morum praestantia iuxta clarus. Petrus hunc agrestis, mirari se ait doctum hominem & sanctum virum, qui diuinam eloquentiam sacras scripturas plebis exponeret, errarem illam non animaduertisse communionis Eucharistia, qui iam pridem Ecclesiam proptersum dominicum, in qua sub una tantum specie, Dominicum corpus populo ministrat, cum apud Ioannem Euangelistam & Apostolum Christo dilectionisnum, sub duplicitate specie, panis, vinique sumi euercatur, dicente apud eum Salvatorem, nisi manducauerit carnem filii hominis, & bibiter eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Commotus his Iacobellus, cum perquisitus verusstia sanctorum Doctorum codicibus, Dionysii presertim & Cypriani, communionem calicis laudatam inuenisset, probabilitas apud sacratum Archangeli Michaelis predicare, ac in templo maiore sancti Marini cathedratis, fortius, publice commoneare populum caput, ne deinceps communionem calicis, sine qua salvati nemo posset, quoquo pacto negligerent. Huic omnes heretici consenserunt, band motica gesientes letitia, quod articulum inuenirent in Euangelica lege fundatum, per quem Romana fides vel ignorantia, vel nequitia posset argui. Odioso quazuis hac animo Rex intelligereret, defidia tamen corruptus, & inertia corpore, impune debachari sive nebat hereticos. Sabino Archiepiscopus ubi nullum aduersus tantum emergens malum in Venedicis presidium inueniebat, ad Sigismundum Hungaria Regem confugit, obsecrans atque obtestans, ut negligientiam fratris emendet, neque la*st*ari Orthodoxe fidei Sacraenta permittat. Dat fidem Sigismundus petitorum se brevi*ni* Brehemi*m*, Ecclesie Catholicae confuturum. Sed dum dies de die ducitur, Sabino apud Posonium in Hungaria moritur, & Albericus ei sufficitur, natione Bohemus, arte medica, & Sigismundo propterea charus, vnicum extreme auaritie barathrum, qui claves della vinaria nulli alteri quam sibi ipsi credidit, & animalia viventia dono accepta mox vendidit. Et quia sumptuosos esse coquos didicerat, abiectam anum popina sua prefecit. Interrogatus aliquando sonorum omnium quem molestius audiret, maxillarum, inquit, aenam frangentium. Idoneus profecto pontifex, qui surgenti fomentum darei heresi. Sylvius hist. Bohemic*a* c. 35.

Contra eam hæresim, cum Alexander pontifex laboraret, non omisit pariter reliqua Ecclesiæ carcinomata curare. Multa, per occasionem schismatis, in Religiones diueras irreperant, cum earum Patres, in diueras quoque partes abiissent, & fere vnaquæque, duos supremos Magistros, seu Præfectos habuissent. Itaque in unum coalecentे Ecclesia, dum eadem Religioſæ sodalitates ad unitatem pristinam, sub vnius Præfis fastigium reueterentur, opus fuit medela, rebus, per diuisionem vtcumque olim afflitis. Non distulit Alexander, & summis earum Prælatis potestatem fecit, Capitula generalia conuocandi, & extra ordinem in eis faciendi, quæ bono publico necessaria viderentur: vt omnibus constaret, illum ad pontificium munus parem animatum attulisse. *Bosius hisp Rhodiane lib. 4.*

Per idem tempus Pragensem Ecclesiam pontificio retinebat, Sabino, cognomento Lepus, claris parentibus apud Bohemos oratus, consilio & animo illustris. Hic orienti calamitati obtutam ire cupiens, priusquam amplius debaccharetur, libros Ioannii & Vic-

out.

CHRISTI GREGORII ROBERTI ECCLESIASTICI. ROBERTI GREGORII CHRISTI
1409. PAP. XII. 3. REG. ROM. 9. REG. ROM. 9. PAP. XII. 3. 1409.

quam longe plures ab eodem antipapa Patres discesserent, nec nisi xvii. indidem remanserent. Placuit ex eodem consilio Legatos Pifas mittere, qui persternarentur, quibus conditionibus res ad concordia pactio- nem deducerentur. Ad spem obtinendam rei delecti fure, Petrus Zagatriga Archiepiscopus Tarracensis, Seguntrius, Mimacensis, & Senensis Episcopi, Bonifacius Ferrerius Dominus Carthusiensis Prior Cesarangustanus, & Minister prouincia Gallaecia. Tarracensis, praeceps hæc, imposita Legatio ad Francorum Regem. Reliquos Oratores, Nematus, cum illis iter longum conficiendum instaret, Francorum Regis ministri detinuerant, & mandata qua dederat intercepserant, que res spem omninem Petri Luna confregerat. Ad xi. Kalend. Iunii Archiepiscopus Tarracensis, & Gerardus Ceruilianus Cataloniae gubernationi Praefectus, Sperandeus Cardona pro Cancellerio Regio, Vitalis Blanius, & Petrus Bassetus I.C. ab Aragonia Rege, ad Carolini Gallo- rum Regem iuerunt, specie, dirimendi Ecclesiastici dis- fidii. Ad v. Idus Iulii, Perpinianeni cœtu dimisso, & Pyrenæo transceso, ad cœnobium Rhodensem, prope Emporiarum vetusta virbis vestigia Petrus emigravit, inde Barcinonem ad Regem Martinum, vti cum eo de rebus suis deliberaret contendit, atque graui ac pessili- enti anno, in turri Regia diuturno tempore permanxit. Ibidem Barcinone ad xii. Kalend. Nouembri, decem Car- dinales qui à se defecerant, & Pifas fecisserant, execrationibus publicis & Ecclesiasticis pœnis condemnauit, & contra se ac Romanam Ecclesiam conspirantes, sacrilegos, schismaticos, nouorunque subfictisnam fauto- res, læsa maiestatis, perduelltionis & patricidii reos no- minauit, atque lata sententia pronunciavit, nec non a- éta Concilii Pisani abrogavit. Inde Cesarangustum con- cessit, vbi solemnitatem Nativitatis Dominicæ, pon- tificia pompa celebravit. Cum in æde maxima Salua- toris, horis matutinis, Martino Regi assideret, quin- tam lectionem, que Ecclesia more instituto, coram summo pontifice, à nobili aliquo viro, stricto gladio palam vniuersis recitari consuecerat, Ioannes Simenius Cerdanus Iustitiae Aragonum Praefectus, legiſe memo- ratus.

Quo anno, ad viii. Calend. August. Martinus Sicitia Regni occupator, in ipso imponentis flore, cursuque rerum gerendarum extinctus est, Calari in Sardinia, quo, ad Brancalonis Auria, & Aimerici Narbonensis Vicecomitis, qui ad imperium insule nou obsecne nitiebantur, vires reprimendas appulerat. Strecdere in eo Regno voluit Martinum Patrem Aragoniae Regem, vnum & quinquaginta annos natu, id temporis viduum, qui procreandae sibolis, cum Margaritam Pratensem, eximia forma venustate, Regia stipe ortam sibi toro iuxxit, fatale sibi horam potius acceleravit, fracto valerundis corpori, & a multa sagina grauis, libidinis audius magis quam potens, cuius facultatem dum exquisitis medicamentis excitaret, vitalia labefactauit, mortemque sibi praematuram accersiuit, anno insequente vita functus. Ad eum modum, authores, & fautores schismatis, Deus eximebat. *Sicca Inde lib. 3. Mariana lib. 19. 6. 19.*

Guido etiam à Roia Archiepiscopus Rhenensis, cum Cardinale Barensi, & Petro Episcopo Cameracensi profectus ad Concilium Pisanum in itinere prope Genuam ab hominibus plebeis interfactus occubuit, talem fortius exitum vltione (vi putatur) huminis, quod magnus esset Clementinus, seu Lunapus, seu schismaticus. Meyerus lib. 1. cap. 1.

XXIV.
cicatricis
tip. stu-
lus Ge-
ren. &
diolan.
fectu-
tive ex-
cipit.
tum. 15. annal.
riique nobilibus. Nec politici tantum, sed & Ecclesiastici
Principes Regis & Reginæ vestigia secuti crucem assump-
plerunt, inter quos Simon Episcopus Noviomensis, Go-
defridus Episcopus Lingonensis, Arnulphus Episcopus Li-
sienensis. Ex Abbatibus, Herbertius Abbas S. Petri vici
Senonensis, Theobaldus Abbas S. Columbae Senonensis.
Metis similiter Crucem assumpsit Comes Morenna, a-
unculus Ludouici Regis Francie, multiq; cum eo Principes
& Barones, Petrus Abbas de Verzeliano, ut locus ille in
quo sancta Congregatio Crucem assumperat, tam nobilis
facti memoriam in perpetuum retinererat, in honorem S.
Crucis Ecclesiam construxit, quam postea diuina potentia
miraculis voluit illustrare. Conradus quoq; Imperator, in
hanc militiam nomine dato, septuaginta millia bellatorum
in loricis & equis duxit, exceptis aliis equitibus leuis armaturæ,
& exceptis peditibus, quorū erat numerus infinitus.
A Græcorū perfidia plurimi ex eis cederunt, cum calcem
farinæ venali imminiserent Græci, & Turcos præterea con-
citassent, ad bellū eis inferendum. Refidios a prelio com-
misso, legatus Imperatoris Constantinopolitanus dolo ma-
lo in deferto quoddam duxit, ubi viuere si fame & siti adeo
catabuerunt, ut in cursantibus Barbaris vñtro cœrueces præ-
buerint. Conradus Imper. & Ludovicus Rex vix fuga cu-
serunt, non tamen deterri potuerunt, quomodo iterum
apud Carnati comitio indicta, expeditionem decreuerint,
præfecto exercitu colligido designato, S. Bernar. Abbat. 4

Quarta expeditio generalis, suscepta fuit à Friderico I.
Imperatore, a Philippo Rege Galliarum, ab Henrico Re-
ge Angliae, & ab aliis Principibus Europæis, anno m. c.
LXXXII. pro Hierosolyma de manibus Saladinii recuper-
anda. Eam Deus voluit illustrare ingentibus miraculis.
Apud Iconium, Melichum magni Soldani filium cum qua-
dringentis millibus equitum, occurrentem, cum vix lex-
centi equites essent qui sub signo viuificæ Crucis exerci-
tum præbant, fuderunt. Ibi S. Georgius ea die sicut &
prius, aciem Crucis signatorum præcedere vñus est, impen-
dens auxilium exercitu Signatorum. Tageno dicit, Epis-
copos excitaſe populum ad implorandum Deum & S.
Georgium, qui cum S. Victore vñus est aliquoties cum
agminibus Angelorum Signatos comitari & adiunare.
Idem Tageno Decanus Passauensis, qui interfuit recta-
tum, cuius religioso laico apparuisse Angelum hasta pro-
terentem Turcos, cum filij Soldani collectis trecentis mil-
libus equitum, exercitu Imperatoris occurrerunt. Qui-
dam vir magnus ex Turcis, teste Anonymo, suadebat Mc-
lichio, ne cum signatis confligeret, tum alias ob cauſas,
tum propter terribilem candidatorum aciem, Angelorum
& Sanctorum celitum videlicet, quos ipse inter copias
Signatorum conspiciebat. Causa tam frequentis è cœ-
lo auxiliij, quod vñiueris audita sacra misericordia, singuli faciat
communionem accepissent, & hoc viatico armati ho-
stes mouissent.

Quinta expeditio indicta fuit, à Cælestino III. ad an-
num Domini m. c. xcv. Ad eam Henricus Imperator
quoniam non iuit, misit tamen & commeatum, & viros,
Conradum Archiepiscopum Moguntinum, & Conradum
Episcopum Heribolensem. Imperatoris zelo plurimi incen-
sati tam magnates, quam militares, signum Dominicæ
passionis in remissionem peccatorum suorum tunc tempori-
ris suscepserunt, Fridericus Dux Orientalis, Henricus Palati-
nus Rheni, Henricus Dux Brabantie, Otto Marchio
Brandenburgensis, Hermannus Landgravius Thuringie,
Walrauen Comes Limburgensis, Adolphus Comes Schaf-
vvenburgius, Hartvicus Archiepisc. Bremensis, Rudol-
phus Verdenensis & alij quamplures. Rex Francie iufer, nisi
Saraceni Mauritaniam incolentes, in vñteriore, Hispaniam
traientes, capto Rege Castella, Baticam quæ hodie Gra-

largitione indulgentiarum pios ad arma sumenda conci-
taſerit, id vero haeresiarcha ambabus iam buccis (vt Satyri-
cus dixit) Sclopum tumidis intendebat rumpere, totaſque
iam plane indulgentias cum potestate Pontificia abrogare,
factione plebeia fretrus, quam sic addictam sibi habuit, vt
tres vno die conditionis extremae homines, in tribus tem-
plis, cum quisque eorum in suo templo recitari, pro con-
cione decretem Pontificis audisset, clamore magno reci-
pienti obſtrepere ausus fuerit: palam vociferans Romanum
Pontificem esse Antichristum, qui Crucem aduersus Re-
genem christianum decreuerit. Omnes hi tres comprehen-
si, & in carcere continuo detrusi sunt iubente Senatu,

qui maiore ex parte è viris Germanis constabat, quibus
Venceslaus, tanquam in religione constantioribus plus
quam Boemis fidébat. Adfuit repente ipse Hus, & cum
eo turbæ, minimum secum cœdam trahens dumum mil-
lium hominum, aditum postulantum in Curiam. His re-
nunciavit Senatus, non esse locum in Curia tante multi-
tudinis capacem, sed si quid agere apud Senatum Hus vel-
let, actionem ei non denegari, modo quo decet numero
comitatus venire. Postquam venit, non aliud postula-
vit, quam vt ne quid grauius in iuuenes captos consule-
rent, omnem enim illorum culpam in eleandis indulgen-
tias in se transferre, qui illos talia loqui docuerit, nec ab-
nuere poenam pro illis subire, si poena, aiebat, dignus est
qui vera dicit. Et Senatus quidem respondit, irent cum
bona pace in viam quisque suam, si bique persuadeant, ni-
hil temere Senatum in captos acturum: inita autem deli-
beratione, & ante oculos edicto proposito, quod pridem
sub poena capitis in audaces & præfato promulgarunt,
qui gloria præcellentis non verentur conuiniens incessere,
postridie mane carcere cum praesidio armato eductos gla-
dio percuti iuferunt. Corporibus adhuc iacentibus, ac-
currit mulier quæpiam, & singulos sindone munda innolu-
uit, eamque continuo libitinarij cum choro scholastico-
rum infecuti, extulerunt illos ad templum Bethlehem, vbi
Hus concionatorem agebat, præcipientes: Ipsi sunt sancti,
qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt. Acillo quidem
die Hus concione abstinuit, sed postea non cessauit mor-
tem illorum deplorare, iuicia maiora quam ut illam federa-
re posset Senatores. Nam quæ tunc Venceslai Regis cu-
ra fuerit, inde licet astimare. Venerat Praga ad illum nun-
cius, nuncians arcem Vicegradensem incendio fere totam
esse consumptam; Etiamne, inquit, cella vinaria exusa est? vt
incolumem audiuit: Ardeat, inquit, vel deno arx, totaque pereat,
dum modis aut nobis cellam sitat cum vino nostro Rhenano. Tan-
tum etiam spei Sacerdotibus iniuriam passim ab Hus
suscepserunt, in Albico Episcopo Pragano erat, ho-
mine perinde officij sui negligenter, ac lucri tantum
autidissimo, cuius amittendi metu, ab omnibus arduis ne-
gotiis valde abstinebat, natura alias meticuloſissimus, vt
illos ad prædam fere exponeret. Dubius historie Bohemica
lib. 23.

Habuit causas Ioannes, in Ladislauum, grauius aliquid
decernendi. Hoc enim anno iterum, Romanam tentauit:
Et quidem ad diem Pentecostes, quinque triremes, & tria
alia nauigia, ex quibus vna ingens oneraria, ad fauces Ty-
berinus apud Ostiam occupandas Ladislauus misit, militem
que indiē posuit, si forte potuerit, Vrbem interceper-
re. Quinque millia equitum, & tria millia peditum sub si-
gnis ducebant, contra Senatum populumque Romanum,
ab assumptione Ioannis Papæ, latitiae publicæ incumbe-
tent. Non expectandum esse in vrbe censuit Paulus Vr-
sinius. Itaque non plusquam mille quingentis suorum col-
lectis, in Campaniam processit, & armis cum Ladislauano
exercitu collatis, feliciter dimicauit, adeo vt terrestri iti-
nere pedem reulerint qui à cœde residui, & nonniſi ad
monasterium Fossæ nouæ substiterint.

Alia quoque parte Ladislauus, vix non in extremum
discrem adducere est. Iam Ludovicus Andegauensis in
Italianu reuerterat, & ad Ceparamum Hernicorum oppi-
dum castra promovet: millibus passuum ferme decem
ab Ladislao, qui sub Rocca Sicca incepit præflente Mel-
phaamne, numero exercitu confederat, speciosiore ad
inanem virium ostentationem, quam ad belli vñsum tri-

liore consilio. Nam qui patentibus Fragellatis campis, sub unum pralij iustum Regni fortunas iuneniliter exposuit. si pugnae casum defugiens, angustos Cassini saltus obsecesserit, sedendo debellasset. Verum difficile iuueniles Regum imperius, ubi praesertim aliquo fortuna successu elati ferocius, si quis affulsi fatus gloria splendor, cohabitentur. Apud Ludouicum acribus de bellationibus sententiis certabantur. Cunctandum aliqui, pauci confessum pugnandum esse decernebant. Vicit Sforzia, qui id temporis Pontificis adiunctus copiis, ad Regem Ludouicum ex facere accesserat, persuasio, qui pugnam maturandam esse dicebat. Educte utrumque copia, cum aliquantum dimicassent, praeceunte Ludouicum Sforzia, in quo hostes strenue pugnante, Ladislaus terga verterunt. Ladislausque destituerunt. Postremus ille prelio excessit, Roccamque Sicciam agre recepit, vno hostium errore surrexit.

Nam cum octonos proceres iisdem quibus ipse revertitur in insignibus initio commissi pralij, ne dignoscit inter pugnandum Rex posset, exornasset, suis æque atq; hostibus ignotus, ancipitem omnium curam eliserat. Ingens haec victoria, Neapolitanus Regni adiutum Ludouico aperuerat, siæque vincere, ac victoria vi omnes scirent. Verum quia à re male gesta Ladislaus propere per vicinos pagos praesidia disposerat, Ludouicus vno ex illis frustrarentato, neque ultra progreendiendum, & omnem Neapolitanum belli tam feliciter cœpti curam, absurdas desperatio- ne abiciendam sibi esse existimauit. Romanus ergo continuo diuisis in statua copiis, inutilis victoria Nuncius redire voluit, cum prius captiuos liberaliter de more dimisisset. Ladislaus, eius victoria integrum laudem Sforzia tribuit: qui porro ori impatiens, dum Spolatum in Hibernia contenderet, Reate, Ladislaus copiis occupatum præteruectus, prædis ex agro actis, omnibus quibus ea ciuitas cingitur castella oppidaque breue expugnat, Ecclesiæque restituit.

XXIII.
Miscellanea.

Inter hæc Senatus populusque Romanus, insignia Gregorij XII. vbiue vel delenit, vel deiecit, proque illis Ioannis XXIII. depinxit, aut substituit, vexillaque eiusdem explicauit. dcinde Jacobus Vrbinus, cum aliquot aliis equitum Pauli Vrbin Roma egressus, in Ioannem & Nicolaum Columnis adhucdum Ioanni & Sedi Apostolicae refractarios mouit, necessestatiemque illis imposuit, vt Benedicto Caietano, qui Mediatoris & Pacarij officio defungebatur, faciliorem aurem dederint, ad inclinandum recens electo Pontifici. Nicolaus Columnio ad vigesimam secundam diem mensis Augusti defunctorum, postridie indulgarum est Romæ, Ioannem Columnam ad consilia pacis descendisse, inque arbitrium Pontificis concessisse, auctore Petro titulo sancti Praxedis Cardinale, quern his diebus Ioannes Legatum à Latere Romam præmisserat, nec non Rogerio Perusino quem Senatorum vrbi præficeret. Ex horum arbitrio concordia stabilita, Conseruatores vrbi dati, proditores capi & ad geminas ducti, Ludouico Regi ad diem 20. Septembriis vrbe ingredienti honores publici decreti exhibitique, cum vniuersa vrbe in occurrence eius se secesserat, & per ornata floribusque constratas plateas, vsque ad Principis Apostolorum Basilicam & Palatium omnibus cum letitate signis, inter faustas acclimationes duxisset. Hæst Roma Ludouicus Rex vsque ad ultimam Decembris diem, qua Bononiæ, vna cum Paulo Vrbinio iuit, si forte potuisset Ioannem Pontificem Romanum adducere. Iam ante vigesimam diem, Laurentius Annibaldus, Laurentius Staglia, & Nardus Veneçtinus, Senatus populi Romani nomine Oratores discesserant, rogatum Ioannem, ne reuerti differret, sed quantocum iter maturaret, cupidam esse vrbe visendissimus, cui omnia deberet. P. Bonbinus de rebus gestis Sforzia libro primo. Antonius Petri in notis diariis. Sanctus Antoninus de illa Ludouici Regis victoria addit, vocem fuisse Ladisla, qua die profigatus est, & sui corporis, & totius Regni potestatem in manibus hostium fuisse, secunda vero die corporis sui potestatem amissis, Regni tamen adhuc Dominos esse potuisse, si profecuti vicitoriâ fuisse, tercia vero die nec iam

Iste Rupertus, narrat Trithemius, antequam in Regem

XXIV.
De Ruperto Bauar.
Duc. ac Rom. Reg. & eius o. bitu.

L. 4. For-
mic. c. 11.

XXV.
Rupertus. V.
muerit. &
Eccles. S.
spir. Hey-
delberg.
fudator.

Rupert. V. Romanorum eligeretur, Vniuersitaté Heydelbergensem in primis fundavit, et extitit & dotauit anno Dñi M. CCC. LXXXV. quam Urbanus VI. Papa confirmauit, & variis priuilegiis honorauit. Construxit etiam in eodem oppido insignem Ecclesiastici in honorem Spiritus sancti, in qua multas Canoniconum & Vicariorum præbendas satis pingues & bonas instituit. Chron. Spanheimensis. Ita Eadem Ecclesia Regio apparatu sepulcrum, habet monumento hoc incisum elogium. Rupertus Dux Bauaria, Comes Rheni Palatinus, Romanorum rex, Iustus, Pax & Religionis amator, dignus Deo viuis qui pro iustitia patetur, huic Sacrae ede & Collegiæ institutor, hic cum castissima coniuge Elizabetha Norici-montis Burggravia quiescit, vita fuit, anno Christi M. CCC. X. Kalend. Iunii 15. Cuspinian. in Ru- perto.

Mortuo Ruperto, Ioannes Pontifex Oratores statim ad Electores Imperii misit, eos oratum, vt Sigismundum Lucemburgium Hungariae Regem Imperatorem crearent, virum, (vt ipse scribatur, dicebatque) strenuum, & ad omnia fortiter agenda promptissimum. Obtemperarunt illi monenti Pontifici, huncque concordibus suffragis, Romanorum Regem designarunt, adducti vel his etiam de causis, nempe quod patrem Imperatorem habuit, & quod potens erat, vt possit labentem imperio succurrere, & quod optimo & fortissimo animo esset, postremo, quod Germania amantissimus, multis id argumentis ante te- status fuisse. Platina in Joanne 23. Murius lib. 27. Dubrarius istud de eius electione memorabat. quod Moguntino comitia Electoribus indicente, cum ad ea Sigismundus Rex Hungariae, tamquam Marchio Brandenburgensis, qui vnuus Electorum haberetur venisset, dignitatisque Regiae grata, primus sententiam esset rogatus de Cælare nominando, leipsi nominauerit; Me, inquiens, ego noui, dios non iridem, an aque mecum imperio orbis dignissim, presertim in tanto renum motu, quo Italia quoque schismatis ibi durante plurimum laborat. Mirati hanc tam liberam & apertam Sigismundi vo- cem cæteri Electores, communique assensu illam appro- bantes, ipsum Sigismundum Regem Romanorum con- salutarunt. lib. 23. hist. Boemica. Cuspinianus hæc inter laudes Sigismundi numerabit. Ab inuite, inquit, etate, fratrem Venceslauum, indole, virtutum decor, ac eruditio su- perabat: adeo vt illud Poeta, fratum quoque gratiarara est, verum dici possit: creuitque in dies mirum in modum in Principem strenuum, & ad fortissima quæque peragenda promptissimum. Facile æquatus Carolos & Otrones, si ad pacis artes quibus excelluit, parenti bellum felicitatem ad- didisset. Nam & maiestate Regia, quam in procero ostendebant, nimurum infra omnes securas, histriones, lenones, mimosque quasi detrusi. Hic igitur Borra de numero eratorum, qui suis rebus non sibi timerent. In quibus è Regia absportandis cum aliquot horis districtus fuisse, tandem in conspectum Regis redit. Huic ille suppeten- ti voce, vnde, inquit, Domine Borra qui tandem abiui? Hic simil ut rem dissimilaret, simil ut Regem cupidum sua- us alloqui, si posset, hilaritate afficeret: Ego vero, inquit, è vicina vinea redeo, vbi nescio qui binulum meum per canam ad suum suspenderant, quas fiscos furto edidet, qui nondum maturi sunt. Ad hanc facetam vocem Rex cum arrissem, mox in fata properauit. Borra, vt erat ex aduerso, videbat vimbram quandam breue loci spatum occupantem, paulatim à me- dio ventre ascendente, prout anima continenter inferiora relinquebat. Id videritne, an videre vifus sit, an con- uexitas aliqua corporis obumbraverit, fides penes oculos eius sit. Vbi ad guttur euafit, & ipsa euauit, & Rex animam efflauit. Ita, vel diuinitæ quartæ languore, vel runc gravante peste, vel incommoda habitudine corporis, vel dato veneno, vel inconsultis vxoris medicamentis, vel moro reante aliquot menses amissi filij, vel horum plerique, inter complorantium mulierum & Legatorum vo- ces, non à sacerdotali benedictione, sed à scurrâ intem- peftiua scurrilitate animam emisit. Eius mortis, nonnullæ res, vt creduntur, prænuntia fuerunt. Eodem mense fuit ecclipsis Lunæ et toro sydere obductæ, circiter hora spatiū, item terra motus semel, cum mane surgeret, ictu- rum cum poculum à pincernæ manu accepturus esset. Cumque dixisset: Morsalcius magni viri terræ mortuifi- gniatur, quidam ex intimis inquit; Nunc nostra timeo parti-

De quodā
Scurra co-
gnomento
Borra Re-
gi Martin.
familiari.

Sunt qui scribant, ante Sigismundi assumptionem, intercessisse electionem Iodoci Barbatii Marchionis Brandenburgensis, patruelis eiusdem Sigismundi. Barbatum Cuspinianus appellat à Barba quam nutriuerat, & qua sola se virum ostendebat, cum nullas alias animi virtutes habeat: homo alioqui inutilis, & qui veritatem non amaret, promittens quæ neque præstare poterat, neque si posset, feruare voluit. grandia intempestiæ loquens, fidem mercatoribus & ore & litteris promissam minime seruans. quos cum tueri deberet, sepius spoliabat, ac conquerentes deridebat. Non coronatum ferunt, & sexto mense ab electione defunctum, Bruna sepultum. Galba seni com- parandum, qui septuagefimo tertio atatis anno imperium adeptus, sepmensibus imperauit. Cuspin. in Iodoco.

Præter mortem Alexandrii Pontificis, & Ruperti Ro- manorum Regis, in hunc etiam annum incidit mors Martini Regis Aragonum. Nihil intentatum viuens relique-

Prodigia
eius mor-
tis prænun-
tia.

ad eum Rex: *Ego non sum Magnus, vbi ades maior. Maior me Papa est, de illo igitur, non de me, terra motus loquitur.* Erat autem tunc Petrus Luna, qui Benedicti decimertij nomen usurpabat Barcellonae: ipse vero codem in prædictio suburbano. Et ille quidem hunc in modum suos eludere vultus est. fatum tamen non effugit, celeri morte opprefsus.

XXIX. Ab eius occubitu, varijs in utroque Regno motus, à competitoribus excitati. Fridericus in primis Luna Comes, Martini Senioris huius nepos, ut pote iunioris Martini ex nobili Hispana pellice, huc (vt alij scribant) ex Siculo vulgarissimo scorto prognatus, animique & corporis dotibus praeflans, iure omni Reginæ sibi debere affirmabat. Ferdinandus quoque Joannis Regis Castellæ secundogenitus, quem Infante appellabant, veluti propinquior, ut pote linea transuersali Aragonie stirpis ex Violanta, quam plerique Eleonoram vocabant, Petri secundi Aragonum Regis filia, & Martini Senioris Regis sorore, Henrico Castellæ Regi, defuncta priore vxore, inupta, editus, alter crat competitor. Iulius præterea unica Joannis Castellæ Regis filia, Ludouico Neapolitano Regi, & Andegauensem Ducem in matrimonium data, quæ ante nuptias Martino Regi eius partu Regni ius renunciaverat, Aragonense atque Siculum regnum velut à patruo fraudibus circumuenta, omni iure sibi poscebat, atque eius rationes Petrus Ancharanus in consil. 334. late explicabat. Matthæus præterea Foxanæ Comes, & Alfonso Gondæ Dux, & Reborgoria Comes, & Iacobus Vergelli Comes, successionem ambiebant. Regina præterea Martini senioris reliqua, utrum se ferre præferebat, adeoque successionem postumo, si forte nasceretur, vindicabat.

In Regno Aragonia, Comes Vergellensis, plurimum poterat. Is itaque Reginam maiore cura obseruandam curavit, ut vix misera cubiculo pedem liceret esserre, ne per speciem grauioris utrius aliquid nouaret. Quod attenit intelligenter Archiepiscopum Cæsaraugustanum, ac Petrum Lunam sibi aduersari, utrique minatus est, & Archiepiscopo quidem pro pileo Pontificali imposituram casidem ignitam, Petro autem Lunam rassurum esse verticem, non aqua, sicut fieri solet, ante perfusum. Iam Petrus Luna, Fridericum notum legitimis accensuerat, ac posse in Regna paterna auita succedere, autoritate quam Pontificiam usurpabat, renunciauerat. Archiepiscopus quoque Cæsaraugustanus omnem Ecclesiasticum catum in partes Friderici trahebat, & ad Synodus respiciebat, quam vna cum Petro Luna & viuisco electo celebraret. Itaque erat, cur utrique in sensu est Co- mites. Interea quotidie cades seditionesque per Regna & provincias siebant, nec eniisque autoritas aut potestas ire obviavat poterat: nemo fatus alteri credebat, nemo obtemperare, ipsa capita inter se dissidere, ac digrediari, usque adeo ut iam in contemptum venirent exteris.

XXX. Bernard. Caprera res nouas in Sicil. moritur & Influit Regnū affectat. Siquidem in Sicilia Bernardus Caprera, res nouas moliebatur, & insula regnum affectabat. Huic quidem spem faciebat, quod per mortem Martini Aragonia interestis bellis laborabat, quod in Sicilia neminem, neque potentiae, neque factionis, neque autoritatis maioris sciebat, ad haec quod era Prætor insulae, quem Magistrum Iustitiarium vocant. Nam Blancam Regis Nauarrensis filiam, que fuerat vxor Martini filij, vt foeminae continebat, eamque ut spoliari ac se auget, autoritate priuatam videri volebat: quod defuncto Rege ciuius partibus fungebatur, exauditora esset: se autem cum antea, tunc vero nunc esse summum Magistratum, & ad quem spæciet moderati prouinciam. Neque vero ob id modo aduersabatur Reginæ, vt primus ipse ac solus Magistratus esset, quo facilius Regnum occuparet, sed vt illam quoque in matrimonium acciperet, quo maiores sibi auctoritatem compararet, ad Regnum nomen assumendum. Faciebat præterea spem vicinitas Ladislai, autoritasque Gregorij XII. qui adhuc dum Pontificium Sedis Apostolicam ad se pertinere contendebat. Liber eam historiam ist-

hic recensere, vel ad constantiam Blancae, vel ad velianam Caprera, ostendendam.

Erat Bernardo in optatis eximia singularisque Reginæ pulchritudo, & in tam dubiis rebus atque arduis amare vacabat, aut vacare videbatur: cum potius opendum foret, illam minus speciosam esse, hoc est minus superbam ac fastidiosam, utique viro, nec iuueni, nec formoso. Eapropter si propalam in matrimonium peteberat, extimecebat ne respueretur, neue factum suum non satis idoneo colore tegere posset; quippe, qui credi volebat, velle insulam in officio tenere, donec in Aragonia interregnum. Constituerat itaque dolo atque infideli rem tractare, si id parum procederet, blanditis ac promissis, ad extreum terrorem atque vim adhibere. Tenebat se per id tempus Reginam in urbe Catina, vbi atx inter primas tutas, ac mari vicina est. Sed diuersabatur fere in propinquuo Monasterio cum Sanctimonialibus, quod nullarum esset quam illarum consuetudo, vel aptior viduæ feminæ, vel ad famam honestior. Hoc in loco Bernardus eam comprehendere cum parasset, illa seu admonita à suspicibus, leuiter facta à scientibus, in arcem furtim concessit. Hac de re Bernardus magis dolens, non modo quod deceptus spe forer, verum etiam quod vehementi conflagrati inuidia, qui dolo in Reginam viceret, misit ad eam, qui de colloquio agerent, cupere enim se purgare iniuriam, & suspicionem ab illius animo amouere. Nec abnuuit Reginam. Verum quia parum fidei utique alteri habebat, conuentum est, vt illa de puppi tricemis, hic de ponte, quo litoris nauis iungitur, sermonem faceret. Ille post multa verba quæ ad purgationem facti pertinebant, dicitur coningi intulisse mentionem, & ad ea turbato vultu Reginam subiecisse; *Hui Senex scabiose*, nec plura his, auerensque se iussisse dominum tricemis, retraheret à terra longius. Is propere imperans remigibus, in alium referre nauim, coegerit Caprera conantem excusare prætentem orationem, cum præterita facta male purgasset, protinus defilire de ponte, ne in mare simul decideret. Hic vero pernegasbat postea se de coniugio appellas Reginam, ideoque nec eam fastidiose respondisse, sed hanc sibi contumeliam ab inimico impositam, qui magis vt incommodaret ei quem oderat, illuc tricemum habuisset, quam vt Reginam gratificaretur, quæ dicenti non defuerant qui cederent, & si sciebant nauem adhuc stante eo in ponte reductam fuisse; nisi quæ infesta sunt indicasset, non modo affectasse vxorem, quo facilius honestiusque Regno potiretur, sed etiam corpus adamasse. Erat enim vir alioquin imprimitus mulieris, vt nefrantes homines Matrem ne magis an Venerem coleret. Lapsus hac iterum spe, & per contumeliam elusus abiit indignans ac minabundus, monstraturum illi quanu inconsulte ageret, quæ recusat cum summo Magistratu consilia in publicam salutem agitare, porciisque cum aliis priuatis hominibus consilierat, & seorsum haberet conciliabula, cum iam esset priuata. Itaque comparatis copiis, partim vi, partim minis, partim autoritate, ciuitates plurimas ab illius dictione ad suam transtulit. Idem propediem facturus de Syracusis videbatur, quam urbem non vt Regiam, sed vt peculiarem, traditamque sibi pro vita dignitate, Reginæ cordi habens, magisque quam careras amittere verita, illuc se contulerat, Admirataque iniuixerat, vt ratione inire, qua tam violentio viro potuisse obstante. Aduolauit eo & Caprera, ratus, vt dicebat, matrem se cum pullis una capturum esse. Recepta urbe, arcem obfedit, machinisque crebris ac tormentis faxa iacularibus, Reginam obfessam quotidie oppugnauit, ne noctibus quidem ad quietem datus, & quod minime decebat, tamquam odorem exhalant, sèpius quam faxa in arcis recta iaciebat, nolens deesse fortunæ, vt dictabat, votis suis aspiranti. Nihil longius ei videbatur, quam vt Reginam, quam cupiebat vxorem, ac tanto pere deperibat, & Admiratum quem nec minus odi-

Velaria
Caprera
& confan-
tia Blanca
Reginæ vi-
duæ;

rat, & suis consiliis aduersum præcipue timebat, in suam portestate redigeret, id est, antequam Rex in Aragonia constitueretur, ipse se Regem in Sicilia faceret. Johannes Moncada, cum Sancij Admirati sociis, vix Reginam liberauit, vro recuperata, & Bernardo non sine multa exinde obsidione repulso. Panorum tamen fugientem secutus, pone intercepisset, nisi illa fuga sibi consuluisse. Illa enim se magis quam Vrbem inuadi intelligens, examinata è cubili profili, & vna cum seminudis aliis mulieribus, ad aliquam tremulus properans, mari se compisiit, nihil morata aut vadi altitudinem, aut frigoris hyberni asperitatem. Naue arbus vnius tricemis, scapham submisit, & semimoratuam illam, atque reliquias exceptis ab imminenti naufragio. Ibi Caprera comperta fuga Reginæ, execratus dicim: *En, inquit, tertio manus meas effugit: arque ita indignabundus ad cubiculum Reginæ perexit, intravit, & ubi cernens illud turbatum, quale solet ad subitum terrorem reliqui: Perdicem, aut, perdidisti, sed nidiu teneo: protinusque, ut adhuc erat tepidum subiit, ac per totum se voluntans, & subinde spiritum per naras trahens, significabat more venatici canis ad lustrum feræ, ipso odore delectari.* Tanta ei fuit inter maximatum rerum conatus cura amoris, tanta etiam intemperantia, vt quod in primis distillatulum operuit, & quod ante pernegasbat, id postea deteggerat, fatetur. Sed opinor postea quæ am prope iam deprehensis esset, favorable sibi apud eam ducebatur, si amator videretur. Nam & in vicinum Panormo opidum Soloentram, cum illa se recipisset, ille secutus, nunc blanditus, nunc terroribus adorabatur, & amari se dignum illi ostentabat: dicens interim, non aduerlus illam acris agere voluisse, sed contumaces rebellisque, qui cum principibus Italiae sedus interint, coercere & dignitatem illi Magistratus esse. Ita quod suum crimen erat, quo magis abesse ab eo videretur, vt sunt per uerorum hominum artes, alteri prior obiectabat: cum tamen nemini pro ambiguo fuisse, cum & Reginam coniugem, & Regnum affectare.

Bern. Ca-
prera cap-
tivatur & fo-
deractatur.

Non prius delitit hanc insianam velanire, quam in arcis Panormitanæ obsidione, sive proditione Valcinos cuiudam, sive calliditate hostis, dum partem valli qui extra muros est circuaret, ac stationes recognoscet, improuiso hostium aduentu circumuentus, & cum aliquantis per gladio se in orbem tutatus esset, caprus fuisse. Itaque qui capere Reginam conabantur, qui coniugio, amori, & regno acquirendo operam dabant, iam tantum de amittendis bonis, de seruitute sua, deque morte cogitabant. Traditus enim in manus Sancij, ductusque in castellum cui nomen Mota, atque ibi ab inimico in cisternam vacuam demissus est, nec ita multo post ad immensam pluviam laxatis caducis, tamquam fortuito id accidisset, cum ex imperio factum esset, riu in cisternam defluant, etiamque replebant, Bernardo identidem vociferante, auxiliuque implorante.

Nemo ei domesticorum respondebat, tamquam obstrepsere eorum auribus pluvia, ne audirent: & ad alium qendam locum quo imber penetraret, occupati essent: donec innataente iam lectulo, non prout a vita aberat periculio. Tunc quidam veluti runc primum audisset, ab ore cisternæ respondit, ac festinabundus domino nuntiavit, qui miserantur sumis, propere succurrerat imperauit. Educit ergo è profundula lacu, obscuraque testudine Bernardus, modo Sicilia Regulus, vesta, capillo, toto corpore madenti, & hoc, vt vix credibile videatur, ex pluvia. Atque hic fuit horrendi carceris exitus, sed in locum transitus omni carcere grauiorem, & si non grauior esse videbatur. Ita res ei abominanda contigit.

Aliquot adulatus diebus homini à quo custodiebat, vbi sibi factum esse familiarē benevolium, que exstinxerat, tentauit pretio corrumperet, datumque, si opera illius liberaretur (vt solent qui de vita pe-

nitilitas) montes aureos: in præsentia vero antequam illuc pedes extulisset, mille aureos. Cultos respondit, se ea nocte deliberare velle: idque spatum dari imperauit. Rem confessim ad Sancium detulit: qui iusit, vt mani petenti annueret, pecuniam sibi in manus tradiri curaret. Docuit ille, quid factò opus foret, similque iurauit, è fenesta turris cum per funem demisitum: Caprera autem eo die pecuniam per amicos clanculum illatam numerauit.

Proxima nocte, de tertia vigilia, summisso fune, caligis complicatis, nulla amictus tunica se demissit, custode, vt validius conturbaret miseri consilium, virgente ad descendendum, tamquam anxius esset, ne in fuga deprehenderetur. Ille noctis pariter & timoris tenebris confusus, dum celerius quam manus ferrunt lubrico fune delaberetur, adaptatis ad id retibus induit, & rite feræ cassibus capte hastis: ita ut nec se deiciere, & si præcepis calus erat, posset, nec receptus in fenestram villus daretur. Si ferrum ad manum habuisset, mortem fortasse sibi ipsi consciuisset. Sed mors id loci pudenda quoque erat, atque inimico iucunda, & audiitas iniuria aliquando vlcisenda, contumaciam vitam ad perpetienda dedecora faciebat. Nocturnum frigus, & postea solem aduentem corpus non sensit, cum animum magis dolor perureret. Non tam è tenebris cisterne produci in lucem optauerat, quam nunc luce reduciad te nebras. Ita totum diem retibus inuolitus, ac plane irretitus, tamquam Mars in adulterio Veneris, ridiculam simul ac miserandum plurimi spectaculum fuit. Cuius turpiditati hic quoque cumulus accessit, vt cum ad transitum notorum atque honestorum virorum faciem vellet auertere, prohibetur, ne illis posteriore ostenderet: nec quod cibo aut potu caruerit eo die doluit, sed quod ea qua nisi remotis arbitris decorre non fuit, præsentibus arbitris facere non licuit. Receptus vespere eodem unde fugerat, alii quoque ludibriis non caruit: donec in Cartioniam fuisse reductus, ac Ferdinando Regi poscenti traditus. Laurentius l'alla de rebus Ferdinandi libro secund. Surita Annalium libro vndicimo, capitulo sexto, & sequentibus.

XXXI. Ferd. in-
fans Cast.
aduersus
Mauros
felicitate
pugnat. Pugnat hoc anno, aduersus Mauros, felicibus auspiciis, Ferdinandus adhuc Infans Castellæ. Ad Antequeram, quæ veteribus Syngilia fuit, Maurus Rex, oppidi liberandi causa, peditum octoginta millia, equitum quinque millia miserat. Ferdinandus Principe plures, quan decies nulle, quingentos equites, decies mille pedites ducebatur. Quod autem auxilio divino niteretur, trophya statuebat, pridie Non. Maij vii Mauri: ad quindecim millia, in pugna fugaque cecidere. vno impetu capta direptaque castra: victoria fructus eo syncetior, quod è Christianis centum viginti non amplius desiderati fuere. Secundum actas namini gratias, vicina oppida in potestatem rededit, & ad Archidonam castris promotis, apud Amantium petram, barbaros iterum deuicit.

De Petre illius appellatione, quoniam nobilissima est inter Archidonam & Antequeram, medio spatio, pauca dicenda arbitror. *Iuuenis quidam profesione Christianus, nomen & patria non traditur, sed Gratianus tamen capitius, duobus, tribus annis, quo multum dominus rebus Urbanis & domesticis ritebat, morum elegancia, virtusque heri filium in suum anorem allegerat. Libera consuetudo futura non ditt erat, altero seruo, puella nobilis: & ne deprehensi capite penas darent, verebantur. Fuge itaque consilium capiunt: adolescenti honestius, quoniam ad suos fugiebat, à suis illa abibat: nisi vera religionis anor impulit, quod non puto.*

Profecti, cum ad Petram peruenissent, fessaque puerla requiesceret: en patrem, & comites equis vellos, con-

tento cursu insequentes videntur quid sacerentur que se verterent! quid consilii caperent! Fallaces hominum spes, miseram conditionem, examinati metu, quod vnum erat reliquum, per petrae cautes rependo in cacumen evadunt, inane praevidunt. Flagrans oculis pater, rurique voce descendere iubet: iustitorem gerant, continuo extrema exempla editurum minatur, ceteri ad monere, bortari, vnam sciem in partis misericordia superesse: sed ad pedes abicerent, precarentur veniam, parere recusantibus in pedes dilapsi omnes rursum ascenderentur. Iauenii obmoliri fasa, giebas, stipes, quoque superbie sue modum statuerent voluerent. Sed quando nihil apud eos manuferetur & patientia viri priuato homini, ne dum Principi consiliane proficio, tue iustitia fiducia iusta piaque arma sumptuose reliquerat, ignominiam, probra, cruciatus miasme quadere parantes (qua fuerint extrema duorum verba commemorare non est necesse) sane arcto complexu innexi, ab ea parte qua secus pater operi intentus erat, se precipites deuoluunt. In eo complexu perlata, extinctaque sunt, fortunam miserantibus omnibus qui aderant, prater patrem, illachrimantibus, nonnullis dolentibus casum eorum, quos non prius amor quam vita defecit. In eodem habuit, quamvis inuito patre, eo loci sepulti sunt: & Petre ab eare nomen inuiditum: animorum constantia meliori exitu digna: nobileque certamen, si pro religione vera, non vefano amore fuisse septum.

Ab ea Petra Ferdinandus digressus Archidonam per deditionem cepit, superisque peractis gratiis pro diuinodono, templum quod in arce fecerat, ex ritu Christiano sacrauit, & habita supplicatione, diuinam in eo hostiam sacrificari imperauit. Mariana libro 19. capite vigesimo primo.

Superiora ista duo exempla eo consilio adducere isthinc volui, vt ostenderem vsciam inconcessio amore flagrantium, qua sibi extrems calamitates accersunt: non minus quam ingrati, tyrauni, blasphemii, & quicunque alij Deo vel hominibus iniurij. Dabo & horum exemplas, que hoc ipso anno alicubi acciderunt.

Ingrati animi istud in Polonia, Mariani Crucigeri, in igni post hominum memoriam clade, propter eam labem subcepit, dedere. Acci illi a Polonia Regibus olim aduersus barbaros, cum nonnulli otii a gentilitate, & plurimum beneficj a Polonis Principibus nachi fuissent, in benefactores suos arma non semel conuertent. Superfedeo, superiorum temporum bella memorare, que id temporis intulissent, paucis narrare visum. Magister eorum, contemptis Legatis Ladislai Regis, qui postulabant, vt conuentu constituto amice cum Rege de rebus omnibus atque iniuriis transigeret, excanduit primo, & mora impatiens, arma infesta in Poloniā mouit, ac Dobrinum imprimis magna vi oppugnatū capi, incendit, Polonos que qui arcem defendebant, vna cum praefecto arcis Iacobō Plominio capitali pena affecit. Inde Ripiūnū & Lipnū oppida primo impetu capta vastauit, magnaque in opere quidem, quanquam suos ex fide receperit, dimisit: quin & Sigilmundum Regem Romanorum, pacis 40. annum aureorum corrupit, vt is inducias Ladislao non concederet, & bellum Polonis inferret. Preter hæc, & Venceslaum Regem Boemorum ad eam insania pertraxit, vt, ad quem arbitrium causa inter se dissidentes contulerant, ne cognita quidem cauila, vt erat homo nibili, & voluptati atque ebrietatis penitus immersus, ita pronuntiauerit, vt nullam prorsus neque iustitiae, neque aequitatis rationem duxerit, & ineptissime que extra controuersiam erant adiunxerit, vt Poloni scilicet non nisi ex Occidentalibus oris Regem sibi deinceps peterent, Dobrinensem autem tractum, vt ipse vno anno obtineret, atque interim deliberaret, utri parti eum adiudicaret. Sed ita contumelia Ladislai Regis animo: & amplius non ferendam esse ingatorum perfidiam superbiamque existimans, bellum in crucigeros decreuit. Cum primum fines hostium attigisset, & in late patenti planicie, acceptum manus sua vexillum maximum (cuius insignis est alba aquila coronata hianta rostro, & alijs extensis) explicasset, suspirans & lachrymabundus sonora voce ita ferrur dixisse: Deus Optime maxime, non modo factorum atque dictorum, sed &

cogitationum omnium cognitor, tu mihi testis es & locupletissimus, me inuitum ad hoc bellum cum Christianis qualibus qualibus, Christianis tamen, gerendum descendere, maximis & intolerabilibus Crucigerorum iniuris provocatum, & officio meo adductum, vt populos abste eure & siedi mea concretos de rapacibus & cruenter eorum manibus, & contumelias vindicem. Tu nos, consilia pacis mea numquam defugisse, & vel iniqua pace iustum bellum redimere cupuisse, si quem Religiōs homines, insatiabili cupiditat, & irreligios superbie sue modum statuerent voluerent. Sed quando nihil apud eos manuferetur & patientia viri priuato homini, nedum Principi consiliane proficio, tue iustitia fiducia iusta piaque arma sumptuose reliquerat, ignominiam, probra, cruciatus miasme quadere parantes (qua fuerint extrema duorum verba commemorare non est necesse) sane arcto complexu innexi, ab ea parte qua secus pater operi intentus erat, se precipites deuoluunt. In eodem habuit, quamvis inuito patre, eo loci sepulti sunt: & Petre ab eare nomen inuiditum: animorum constantia meliori exitu digna: nobileque certamen, si pro religione vera, non vefano amore fuisse septum.

XXXII. Marianī Crucigeri Polonis in fetti insig-
nem ab illis clade accipiunt.

Protesta-

tio Regis
ante bellū

D. Stanis.
in aere vi-
sus.

Ostentum
in celo.

Superbia
Marianorum.

Benig-
nitas Regis.
Virtus Sbi-
gnei Ole-
mieci.

Quid post
Victoria
actum.

Victoria
Polonoru.

compa-

comparatarum, malo dominorum suorum reperta. Vlrici Magistri torquem cum cruce aurea gemmis pretiosis distineta, Mesiugus Scrinus ad Regem attulit, a gregario milite suo, qui eum interfecit detractum.

Ferrur autem à multis, ex virtuo exercitu per omne tempus prælii confectus esse in aere vir venerandus Pontificali habitu, dimicantes Polonus confirmans, hostibus vero terrorem incutens: atque is Diuus Stanislaus Episcopus Cracoviensis existimat. quin & canoëte, que prælium hoc præcessit, ostentum in celo circa lunam, euenum prælii portendens, multis testibus apparuisse membra. Monachum enim cum Rege aliquando depugnasse, & ad extremum, Monachum victum, ac celo perturbatum esse. Nec sane nouum & inusitatum est, futuros maximarum rerum eventus ostentis & prodigiis quibusdam, sive coelatum conuersum efficiens, sive laetissimum mentum quas Angelos vocamus, sive impurorum dæmonum, caliginosum hunc ac terræ vicinum aerem incolentium ministerio, non sine diuino tamen nutu, editis significari.

Dedi exemplum ingratitudinis punita: istud quod adiungo, erit Tyrannidis, & contemptæ Pontificie maiestatis. Apud Mediolanenses præcerat, Ioannes Maria Galeatus, desumpto Ducus nominis; susceptusq; paternæ dignitatis ornamenti. Gibellinus impensis fauebat, eosq; aduersus Guelphos armate per connivitatem videbatur. Inde vetera ciuitum odia recruduerant, inq; tumultum omnia eruperant, longe grauissimum, & summo pere lugubre: qui non vrbibus modo arque oppidis, sed pagis agrestibusque familiis, eodem infante morbo correptis valstrati attulit, quanq; cedibus incendiisque graffiti, cognatis & affinis ultimam vim inferre, Sacra denique non fecerunt ac profanaviolares putarent: virtutisque & gloria loco ducerent, si ad ostendendum insigne factiois studium, maxime crudelites evasissent. Ipse Iohannes Maria, in ærumino si per nouem annos Imperij rerum omnium appetitare, insana feritatis morbum conceperat, vsque adeo horrendum, vt iracundia in rabiem verfa, damnatos, aut sibi inuisos, voracissimi canibus laniandos obiiceret, eoque arroci spectaculo magnopere lætaretur: haberetque in delitio Squarciam Gitam alioqui honesta ortum familia, inhuanæ sequitur ministrum, qui ad eam carnificina m ingentes mollos humana carne alendos suscepit. Inter nobiliores, Antonium & Franciscum Vicecomites, hoc ferali modo excarnificauit: Pusterlam tormentis discruciatum, & a mollos lancinatum vno traxit, & capite immunito in partes dissecut: eius filiolum pariter canibus lanianum obiecit, ipsaque feras immanitate superauit. Eniit in eo prælio virtus Sbignei Olesnickij, qui inermis cum semi fracta hasta percurrens, eo momento quando Dipoldus Lusacius miles strenuus, Regem pugnare hasta directa pene confodisset, vt vel suo periculo Regium periculum aneret, à latere vibrata hasta de equo Dipoldum deiecit: deiecum Rex hasta in frontem revoluta casu casside aperte ferire satis habuit, ac postea magnis donis & Episcopatu Cracoviensi remuneratu: est Sbigneum, cum ille sacris initiari cogitans, baltheum militare abnuisset.

Inuit Regem ad eam consequendam victoriam, & illud insigne benignitatis facinus, tempierna laude dignum, quod ante pugnam commissam, captiuos omnes, exceptis Crucigeris Religionem professis, relaxasset, adque hostes remisisset. Eniit in eo prælio virtus Sbignei Olesnickij, qui inermis cum semi fracta hasta percurrens, eo momento quando Dipoldus Lusacius miles strenuus, Regem pugnare hasta directa pene confodisset, vt vel suo periculo Regium periculum aneret, à latere vibrata hasta de equo Dipoldum deiecit: deiecum Rex hasta in frontem revoluta casu casside aperte ferire satis habuit, ac postea magnis donis & Episcopatu Cracoviensi remuneratu: est Sbigneum, cum ille sacris initiari cogitans, baltheum militare abnuisset.

Insequenti die, qui fuit 16. Iulij, Sacris in primis Deo folenni pompa peragendis, hymnisque iussu Regis vacatum est. Hinc casorum funeribus cura impensa, collectaq; Magistri Vlrici & Principum Crucigerorum (inter quos Comes Vendensis erat, qui ita vt prædixerat, fortissime dimicans occubuerat) corpora, & curribus imposita Marieburgum transmissa sunt à Rege, mortem hostium simul & humanarum rerum vicissitudinem piis spiriis & lachrymis prosequente. Signa relata, Cracoviā missa, & ad Diu Stanislae Sarcophagum appensa sunt. Capti omnes domos dimisi, dato etiam pro cuiuscumque conditione viatico: Casimirus vero Scicenensis, & Conradus Olesnickensis Duces, Cristophorus Kerstorius Silesius, Venceslaus Dounius Boemus, & quicunque erant de Crucigerorum ordine, in Poloniā missi, perque arcis deformatus nō sine ludibrio spectaretur, insimē fortis metrictus intempestivus pietatis officium vltupans, totum castigabat. Cromerus libro decimo quinto, & decimo sexto.

XXXII.
Tyrannidis
& crudelita-
tis execra-
da exem-
pli & finis.

scelestus

11. Aegidius de Campis, Gallus, Theologus, & Confessor Regis Francorum, Episcopus Constantien, presb. Card.
 12. Lucidus de Comitibus, Romanus, Prothonotarius Apostolic. Diacon. Card. S. Marie in Cosmedin.
 13. Franciscus Labarella, Patavinus, I. V. D. electus Episcopus Florentinus, Diacon. Card. S. S. Cosmae & Damiani.
 14. Guillelmus Philasterij, Campanensis, Gallus, Decanus Rhenensis. Diacon. Card.

Ladisla. cōtumacem excommunicat & Regnis Neap. & Hierosol. exiit.

IV. Sedicio Bononiae.

V. Ant. Luna Comitem Vrgellit. ad Regnū Aragonie promovere quārē Archiepisco. Cæsar aug. nefarie truci- dat. Vnde odium omniū Conc. in- currit.

Solus Jacobus Vrgelli Comes, vnu ex præteritis competitoribus indignissime tulus etiam designationem, dicens, per inuidiam, perique corrupta & contaminata iudicia, à Regia dignitatis gloria esse depulsam. Nec modo ista dictebat, sed etiam maximo furore & scelere inflammatus, hostilia gestis, donec Regis captus, in carcere Xatiæ (que olim Serabis, Proloemio auctore Contestanorum vrbis in Hispania Tarracensi fuit) compactus fuisset, in quo dictum Maternū expluit. Comitissa enim mater, temeraria nimis & insana mulier, quæ svllam partem sensus habuisset, auersos filij motus reprimeret debuerat, eundem passim frequentibus his Cathalanicis verbis incitabat: Fili, o Rey, ô bñres: quasi vnam exduabus rebus pra sibi esse ferendam constitueret, vt aut Rex esset, aut si id consequi non posset, nihil esse satius iudicaret. Vnde, vna cum uxore Iacobi, dies, nocteque acerbe & contumeliose, in eundem inuehebatur, abiectum, demissum, arque humilem fore clamabant, si le patetur, cuiusvis periculi, aut tempestatis metu, à Regi honoris aura dimoueri, etiam si gravis illa contentio, sibi ac suis teterimum finem esset allatura. His suasionibus, infelix Comes, sciens, sed non prudens, in eam se ferri pax est, quam insana mater predixerat, tortus sua dignitatis iacturam, vt illo nihil fuerit a pud Aragonos in felicitate.

Antiquum coluit veteris hoc Synagoga Sacrum.

At nunc est vera Religione sacram.

Iudeo expulso primus Vincentius istam

Lustrauit pura Religione domum.

Fulgens namque iubar lubito descendit Olympo

Cunctisque impressit pectori signa Crucis

Inde trahunt Ciues Vincenti nomina multi

Et tenplum hoc vera dicitur inde Crucis.

Agydius Gonzalez Abulensis historiographus Philippi III. Regis Hispaniarum, lib. 3. c. 15.

Hoc anno Ladislaus Rex Poloniae, religionis causa Cracoviensium pedes venit, vexillaq; & signa militaria vnum & quinquaginta, de Cruciferis superiore bello capta, ad tempiternam insignis victorie memoriam, in Basilica S. Stanislai suspendit, que etiam in hanc usque diem extant. Crom. lib. 17.

ANNO CHRISTI 1413.

Ioannis Papæ XXIII. Sigismundi Regis Romanorum Anno 4.

XII.
Ladislaus Rex
Pol. Cracoviensium pedes
venit.

I. Ioan. Pör.
Conc. Roma contra
heresim
Ioan. Hus
inchoat.

Cum Ioannes Pontifex, nullum sibi amplius metum, à Ladislao Rege Sicilia imminere existimat, Concilium, quod ex formula decreti Pilani tertio post Alexandri V. Pontificatum anno celebrati oportebat, Romæ, anno superiori inchoatum, & aliquoties prorogatum, tandem die 6. Ianuarij huius anni iterum inchoauit. Posteaquam enim solemnum pontipm indutus, à Palatio Vaticano in Basilicam Principis Apostolorum, vna cum Senatu & universo ordine Ecclesiastico descendisset, ac viuenteri Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi & Praelati in suis quisque locis confidissent, & Episcopos Sianæ, sacræ de Spiritu sancto operatus fuisset, diuina implorata gratia, & absolutione milites in defensionem Romanæ Ecclesiæ nec non 8. m. aureorum nummum quos Florentinos dicabant, censu nomine, in singulos annos ad diem solemnum Principis Apostolorum depedentes, spopondisset, libertatemque Ecclesiasticam, & auctoritatem Pontificiam in omnibus iisdem Regis & insulis salutem fore, & in uiolatam, Sacramento & litteris confirmasset. L. Valli lib. 2. de rebus Ferdinandi Regis, Hieronymus Blanca in Comment. rerum Argon. Surita annual. lib. 12. c. 8. & antecedentibus.

Eodem anno S. Vincentius Ferrerius, Salmantica & Zamora in Hispania prædicans, plurimos Iudeorum ad Christum suis concionibus adduxit, Synagogamque Salmantinam in Ecclesiam commutauit. Iudeorum Salmantinorum conuersio, ad eum modum successit:

Qui sanctissimus Predicator, in Castella Regnum, & illud suis concionibus illustraverit, peruenient, & Iudeorum plurimos ad Ecclesiam aggregaret, ab Ioanne Secundo Rege Castelle impetravit, ne Iudei inter fideles continentur, propter mutui commerci

II.
Edictum
Pontificiū
contra pæ
dictam ha
resim.

bus publice concremari. Siquis autem huius sententia, inhibitionis, decreti, aut iusionis violator, aut contemptor extiterit, statimque, eodem approbante Concilio generali, contra ipsum velut si pectum de fide procedi. Monens in super autoritate premissa omnes & singulos, qui voluerint tueri memoriam dicti V' Nicleff, ut infra nouem mensis proxime futuros, quos pro primo, secundo, & tertio atque peremptorio termino asignerimus, compareant coram Sede Apostolica, atque nobis, vel nostro successore Canonice inante, dicturi, & alle-garui quicquid voluerint, ne, ut idem Ioannes VVicleph, licet ab humani receptu, de heresi condemnentur. Datum die sexto Ianuarii, Anno Domini M. CCCC. XIII. Lecta & publicata per Gi-bernum.

III.
Pont. labo-
rat pro ex-
cipiat. ha-
rebus praedi-
cta.

Istud edictum Pontificium, adeo non profuit, ad de-terfendos, & semel concepta heresi, infelices homines, ab Husto seductos, atque in primis ipsum Hussum, ut aduersus illud contumelias multas, & dixerint, & scriperint, perque glossemata sarcasmis & laedoris plena, violauerint, cum inter alia, pro verbis bulle, in generali Concilio, adscripsissent; In Angulare Concilio, ubi non Catholici Prelati de Regnis Orbis, sed pauci Monachi & Simoniaci virbi fuerunt, Legi Dei & veritatis emuli manifesti. Pontifex tamen nihil eorum omisit, que ad sanandos vescenos, & ad illuminandos caeos petrinere vidit. Namque, & Carolo Regi Galliarum, qui Venceslaus Regini Boemia in extirpatione heresis officij admoneret, & Vniuersitati Parisiensi, qua sedu-ctoribus illis Magistellis, faciem veri luminis ostenderet, scriptis, tantumque conando efficit, vt Rex Galliae, atque ea Vniuersitas, in id quod ipse volebat serio incubuerint. Ioannes Gerson Cancellerius & Decanus sacrae Theologiae facultatis Vniuersitatis Parisiensis, inter alios laborauit, ne Hussum amplius tolerarentur, sed brachio seculari compescerentur, postquam illis neque miracula, neque disputationes, neque Concilia, qua certissima sunt, ad heresies omnes conuincendas argumenta, quicquam pro-ficerent. Enimvero ante multo tempore non sive repectatibus eis sententia agere, sed statim vltionem adhibere, magni beneficij est in-dicium: quod Gerson dicebat.

IV.
Ladisl. fe-
distragus
iterum res-
nonas mo-
litur.

Ceterum Ioannes, dum in extirpanda heresi, & re-formanda Ecclesia, vna cum Patribus qui ad Concilium conuenerant torus esset, nec quicquam hostile a Ladislao Rege metueret, ecce is animo vasto, magis quam magno, iterum Romano Imperio, ad cuius diadema luscipendum intellexerat Sigismundum properare, arque Italie immi-nens, classe magnarum nauum & tricentrum 44, & alia-rum minorum complurium comparata, saucibus Tyberis inuestitus, omnia Pontificis consilia turbauit. Pridie Calendas Iunii, copias in terram Ladislau exposuit, & ru-pto quod pepigerat foedere, in primis agrum Campanum ferro flammisq; vaftauit, deinde per follo ad sanctam Cru-cem miro, novo & maiore comparato exercitu vrbem die 4. Iunij inuasit, cum Paulus Vrbinus in Piceno abesset, & 4. M. milites, quos ex tempore Ioannes collegerat, tantis viribus quantas Ladislau trahebat impares essent. Quam-quam autem Romani, primum in Palatio Vaticano, deinde in Capitolo congregari, ad primum irruentes Ladislai nuncius, Pontifici renunciassent, se prius omnia extrema toleratueros, & vel filiorum suorum carnis, inediā, si ille obsidione vrbem cinxisset, exploretus, tamen ad pri-mum imperium venientis tyrranni succubuerant. Vnde Pontifex, qui se ante aliquot dies, in aedes Comitis Manupelli ex familia Vrbinorum, quas in monte Iordanio pos-sidebat, vna cum 13. Cardinalibus receperat, ab omnibus fere desertus, Viterbiis, & postea Bononiam fugienti si-milis fecerit, quo dic, O Etua scilicet Ascensionis Domini nostri, Ladislau vrbem irrupit, & Palatum Lateranense occupauit. Ibi duos dies demotatus, Palatum Va-ticanum in siam potestatem rededit, Cardinalem Baren-sen in carcere coniecit, multos Prelatorum bonis ex-tos gladio occidit, sacrarium Pontificis diripiuit, cym-melia Sedis Apostolicae, & inter haec, complures Diuorum reliquias, auro, argento & lapide pretioso ornatas usur-pauit, iustitium officis diuinis in Basilica Principis Aposto-lorum induxit, templo vrbica & gazophylacia sacra despo-liauit, ad altaria sacrarum aedium equos pavuit, Ecclesias in stabula & prostibula conuertit, apparatum omnem pro-

Exercanda
Ladislai fa-
cinora.

multa

multa charitate atque devotione Ecclesie deuinatum, solita magna-minitate deliberauit Ecclesie sacrosancte totis assister viribus, illamque ab hostiis imperio rotu posse defensare. A. Cardinalis in Serm. qui extat in actis Concilij Constantiensis collectis per la-cobum de Cereranis, MSS. in Bibliotheca Vaticana, nu-mero 4942.

VI. Prorega-tio Conci-lii & deli-bera-tio de loco ope-ratio.

tur opportuna. Presentibus sub nostra maiestate signitate testimonio li-terarum. Datum in Ecclesia S. Stephanii Prothomartyris in villa po-lata Vigil in vulgo Virgi Cuman. Diec. Anno à Nativitate Do-minii 1413. die Lune penultima Mensis Octobris. Regnorum nostrorum anno Hungarie, &c. 27. Romanorum vero quarto.

345

VIII.

Securitas praefixa & exhortatio facta per Domini-num Regem Romanorum, Domino Gregorio, vt ad Concilium venire deberet.

Sigismundus, &c. Maximo desiderio iam dulam tenebamur, ut diem Mebis videre possemus, vnicam Christi sponsam Ecclesiam Ca-tholicam debite reformatam. Postea vero iuxta ad Imperialia guber-nacula fuimus assumpsi, id quod erat nobis in desiderium, transiuit in preceptum, cum teneamus Ecclesiam, per Imperiale Officium, tue-ri, cuius etiam canones sanctorum atrum nos appellant, Adiutorium & defensorem, itaque summo studio curauimus, ne quid negligenter in hac posset nobis apud Deum vel homines imputari. Et ob hanc rem per litteras & nuncios inferimus apud Serenissimum Dominum nostrum Papam Ioannem XXIII. pro Convocatione Generalis Conci-lii loco habili & tempore congruo facienda, qui nostris votis annuens misit ad nos Reuerendissimos in Christo Patres Antonium tituli sancte Caeciliae Presbyterum, & Franciscum sanctorum Cosme & Damiani Diaconum Sancte Romane Ecclesie Cardinales & nobilem virum Ma-nuelum Chrysolorla Militem Constantinopolitanum traditum eisdem in predictis plena potestate. Ipsius vero ad nos perniciensibus post multa nobis sum habiti super hiis consilia, tandem nos cum eisdem pro loco Concilii elegimus Civitatem Constantiensem. Provincia Moguntiensis, quem locum nos eisdem nominauimus tanquam idoneum, turum & Communem omnibus nationibus ad Concilium venientis, & in quo poterimus secundum nostrum Imperiale Officium tueri omnes cuius-cumq; stans ad Concilium venturos in plena libertate. Et insuper nos cum predicti logatis & multis ad initianum prefatum Conci-lium aspiciamus tempus vnius anni incipiendo die 1. Mensis No-embrii nunc instantis. Si ergo facere vultis quantum in vobis est ut Ecclesia Dei posset esse debite reformata modum habebis in veniendo ad premisam locum tempore constituto cum vestris de vestris obedientia, vestris facere voluntatis vestrum debitum, Deo mundo, vestreque con-scientie, ai que nobis plurimum satisfactis ad quem etiam aduentum vos pro nostro Imperiale officio exhortamur, requirimus, & monemus, & super his nostris litteras vobis transmitimus, ne posset de re vel allegaverit, ignorantiem valcat. Nos etiam ut plenorem causam venendi habeatis per presentes damus vobis & vestris plenum salutis conductum & securitatem. Datum Laude, &c. ut supra.

IX.

Instrumentum Iuramenti praefiti, per Ciues & Syndicos Ciuitatis Constantiensis super obser-vatione Capitulorum per Dominum no-strum Papam Ioannem XXIII.

petitorum.

In Christi nomine, Amen. Vt ueris & singulis presens publicum instrumentum in pectoris patet evidenter & sit notum, quod con-venato, congregato & ad unum publico & Generali Concilio Ciuitatis communis & populi Ciuitatis Constantiensem in sua seu aula Palatii du-di communis possumus in dicta Ciuitate, in loco qui dicitur forum pisium, videlicet supra Canale Rheni a tribu partibus & ab aliis, latere via publica, in quo quidem loco solent huiusmodi Consilia congregari iux-ta morem & conseruidinem dicta Ciuitatis de mandato Reuerendi in Christo Patris & Domini, Domini Andreae Archiepiscopi Coloniensis & Commissarii Serenissimi & Principis & Domini, Domini Sigis-mundi Romanorum Regis & semper Augusti, ac Hungarie, &c. Regi, de cuius commissione pater per litteras authenticas dicti Serenissimi Regi quarum tenor sequatur & est talis videlicet.

In primis a tergo sic scriptus & redactus de theutonico in latinum per Ioannem Ham Ciuium Constantiensem ad Notarium & Scribam Officialium & Communia Ciuitatis eiusdem nostris & sacri Regni charis & fidibus Magistris Ciuium Consilibus, & Ciibus Ciuitatis Constantiensis.

Ad intra vero in superiori parte earundem litterarum scribitur sic. Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus, nec non Hungarie, Dalmacie, Croacie, &c. Rex. Deinde sequitur in hac verba.

Tenor litterarum Regis Romanorum directae Constantiensibus, ut Capitula per Papam petita iurare debeant. Cari fidèles, sicut pridem Nuncii Serenissimi in Christo Patris Domini nostri Pape certa Capitula, quorum copia hic est in iusta per vos promis-

promitti & sigillari petierunt ad nos deuenit qualiter huiusmodi circumscriptorum virorum Henrici de Vlm Magistri Ciuium, Ioannis Capitula, non promissa nec sigillata, & eidem Dominu nostro transmissa existant, propter quod fortasse ad Concilium non veniet, vel vestras litteras antequam ad iter ad Concilium veniendo separet, & recipiat expedit, ne autem exinde occasionem non veniendo habeat desideramus, & vos iubemus, vobisque in virtute Romanorum Regie Maiestatis pricipius firmiter & tenore harum serie litterarum quatenus sine cuiusvis protractione dispendio huiusmodi capitula quemadmodum infra describuntur in manus Reuerendi Andreae Archiepiscopi Coloniensi, vtriusq[ue] turris Doctoris nostri Confessorum cari & fideli vice & nomine dicti Serenissimi Domini nostri Papa Ioannis promittere iurare, vestrasque litteras vestra Ciuitatis Constantiensis sigillo sigillatas iuxta informationem, & ordinationem eiusdem Andreae sine contradictione, & quia protractione de hoc dare velitis & beatam, prout bene considimus sub ammissione nostra & sancti Romani Imperii gratia. Nosenim nonnullorum Ecclesiasticorum & secularium Principum Doctorum & Clericorum in his sufficiens consilio maturo aliud non inuenimus nisi quod cum Deo & honore hoc facere positis, & etiam debeat pro ipse ne dictum Consilium, ex quo ut in Domino speramus, toti Christianitati multum bonum ostrietur per hoc retardetur, & impedimento subiciatur, prout supra est premisum. Eiderem etiam Andreae in per eum vobis dicendi, & vos informandis sicut credulam adhibetur. Vos in premis tales exhibendo & ea adimplendo, quod exinde apud Deum sanctam Ecclesiam, Nos, & Romanum Imperium comodum reportare valeatus. Scientes etiam iste consilium quod premisum cum Deo & honore facere positis non reperiremus, nos tam serio & super his scriptis, non direxerimus. Noserimus etiam Andreae firmiter in iuribus, & commissimus quatenus cum dictis nostris litteris & promissionibus more sublati dispendio die nocteque ad dictum Dominum nostrum Papam festinare debeat a hoc quod idem Dominus noster Papa, nullam extra dictum Concilium manendi seu ad ipsum non remaneat occasione sibi recipere queat. Et hi sunt articuli de quibus supra.

Sequuntur Capitula per Ambassiatores Papae a Constantiensiibus petita.

In nomine sancte & Individuae Trinitatis, Patrie & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Substantia Capitula nunciorum Domini nostri Papae concludenda Constantia.

Primo Magistratus, Officiale, & Cives principales eorum, & totius Uniuersitatis Ciuitatis Constantiensis nonnibus at syndicis ad hoc eligendis promittent & iurabunt quod recipient Dominum nostrum Papam cum honorificitate & ceremoniis consuetis Romanis Pontificibus exhibebi, ac eum tenebunt & tractabunt ut verum & vicum Papam & Summum Pontificem, ac defensabunt ipsum in libertate sua, ita quod semper & omni tempore licebit eiflare in dicta Ciuitate, & ab ea recedere, non obstante quocumque impedimento.

Item promittent, quod Dominus noster Papa, per se & suos officiales suam iurisdictionem libere exercet, ita quod tam ipse quam Officiale suum ad hoc deputati vel deputandi libere poterunt ministrare iurisdicti inter omnes & singulos Cortesanos seu Curiam Romanam sequentes tam in iurisdictiibus quam temporalibus.

Item, quod dicti Magistratus, &c. reuenerenter recipient tenebunt & tractabunt Dominum nostrum Papam & Dominos Cardinales, ac omnes Cortesanos & Romanam Curiam sequentes.

Item promittent dicti Magistratus, &c. quod si aliquis eorum iurisdictioni subiectus contra aliquem ex Cortesano seu Curiam Romanam sequentibus, vel qui erant ibi causa Concilii delinqueret vel excederet, ipsi facient vel fieri facient celerem iurisdicti. Et similiiter facient Officiale Domini nostri Papa. Si aliquis ex Cortesano seu Romanam Curiam sequentibus excederet contra Ciuem vel aliquem eorum iurisdictioni subiectum.

Item quod dicti Magistratus, &c. obseruant & obseruari facient omnem salutem conductum quem ipse Dominus noster Papa aut eius Camerarius seu Apostolicam Cameram regens faciet cuicunque persona, nec illum infringit, aut violabunt, aliqua causa vel occasione, seu quoniam quicquid colore, dummodo non sit rebellis aut hostis dicta Ciuitatis.

Item promittent dicti Magistratus, &c. quod pro eorum parte per totum eorum Territorium & obedientiam suorum stratarum & vias securas & apertas, ita quod omnes venientes ad Concilium, seu ad Curiam, aut recedentes ab ea libere & tute absque alius offendiculo possint recedere vel venire. Ac etiam de mandato Nobilium &

Hagri Adlocuti dicta Ciuitatis habentum ad hoc specialem potestatem, auctoritatem & baileam secundum formam ordinamentorum dicta Ciuitatis talis Confisia congregandi. In quo quidem Concilio interfuerunt presati, Reuerendus Dominus Commissarius Magister Ciuium, & Aduocatus, predici Confisiles & Proconfisiles, Scabini Civis principales & alios & singuli Cives & Officiale sine Magistratus dicta Ciuitatis Constantiae, nec non ceteri Confisiliarii & Civis alii dicta Ciuitatis facientes & representantes vniuersi populi arbitrio & potestate eiusdem secundum statuta & ordinamenta ac consuetudinem dicta Ciuitatis, pro nonnullis necessario ac salubriter disponendis conceruentibus vniuersale bonum generalis Concilii in dicta Ciuitate Constantiensis, Christo prece deprecando celebrandi, & presertim ex causa & occasione promissionum & iuramentorum praefandorum per Syndicos infra scriptos.

In quo etiam Concilium vt premititur congregato egregio vtriusque Iuris Doctori domino Ioanne de Piendebeis de Montepolitano vocato interueniente & personaliter existente exiit enarratum quod cum alia de mandato Serenissimi Domini nostri, domini Ioannis ducia prouidentia Papa vigintiitri predicti eiusdem Magistro Ciuium & ceteris Officiblis dicta Ciuitatis secundum afferationem parium predictorum huiusmodi suprascripta Capitula actualiter presentauerit, & petierit illa acceptari, iurari & obseruari prout habuerat in mandato, & in dicto Capitulo plenus continetur. Et ex certis causis animos predictorum momentibus distulerunt dicta promissione & iuramento facere quoque super hiz a Serenissimo Rege prefato, licentiam obtinere super hys promissione, iuramenti & obseruationi Capitulorum predictorum stendit. Et numerus constat predictis Magistratibus, Concilio, populo & Communi, quod dictus Dominus Commissarius potestatis & autoritatem habeat a prefato Serenissimo Rege dictam huiusmodi licentiam concedere queat. Et hi sunt articuli de quibus supra.

Dat licentiam Dominus Archiepiscopus Coloniensis Commissarius Domini Regis Romanorum Constantiensiibus promittendi Capitula supradicta.

Qui dominus Archiepiscopus Commissarius antedictus audit dicta petitione sedens in dicto Palatio super quodam scanno ini-
bi posito, quod ad singula infra scripta pro suo Tribunalis idoneo elegit dictam petitionem nomine & vice dicti Serenissimi Regis admisit puer & simpliciter, concessaque dictam licentiam cum plena & libera potestate arbitrio & bala, omnia & singula per eum petitam vice & nomine dicti Communi acceptandi, promittendi, iurandi, & obseruandi prout & sicut in dictis Capitulis continentur omnibus meliori modo, via, iure & forma, quibus magis melius & efficacius potuerunt, tam de iure quam secundum formam statutorum & ordinationum, seu consuetudinem dicta Ciuitatis.

Deinde immediate post predicta Ioannes Hum, Ducus Constantiensis Notarius & scriba dictorum Officialium & Communis habens in manibus copiam Capitulorum in dictis Regis litteris insertorum & presentatorum coram dictis Magistratibus & Communis per supradictum dominum Ioannem de Piendebeis de Montepolitano, & dominum Bartholomeum Dillante de Pisces collegam pro parte eiusdem sanctitatis personaliter in dicto residenz concilio legit singulariter ac distincte omnia & singula Capitula supradicta de verbo ad verbum auctorata per nos Notarios infra scriptos cum alia Copia quam in manibus tenebamus, & subsequenter exposita & vulgarizata per prefatum Leonardum Brug Notarium publicum, & vt preferunt interpretem ad apertam & claram intelligentiam omnium predictorum ibidem existentium.

Que omnia & singula Capitula supradicta, sponte & ex certa scientia, non ducti aliquo errore iuris vel facti, sed ex eorum & cuiuscumque eorum libera & spontanea voluntate opportuna inter eos deliberatione probata approbaverunt & acceptaverunt.

Promit-

XIII. Promittunt Constantiensienses Capitula obseruare.

Promittentes omnia in eisdem Capitulis contenta attendere, facere & obseruare, prout inferius latius apparebit.

XIV. Interponitur Decretum per Dominum Archiepiscopum Colocen-

sium.
Quibus acceptationibus & promissionum obseruationibus, presatus dominus Archiepiscopus Colocensis Commissarius vice & nomine eiusdem & prefati faci Collegii Domini Cardinalium, & sua Curia vniuersal, & ita iurando promittit, quod omnia & singula Capitula supradicta, & ut supra lecta, & vulgarizata, pure, libere, & simpliciter, bona fide, & recto corde obseruabit & obseruari faciet in omnibus & per omnia, & contra illa, vel aliquod corrum nihil attentabit, seu attentari vel fieri faciet, seu permittit, per vel alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, seu sub quoque quarto colore, de facto vel de iure quod vel allegari, seu excogitari quomodo cinque & qualiter cumque posuit iuxta, & secundum formam, exigentiam, & tenorem dictorum Capitulorum, sub pena violationis fidei, & per iuri.

Dominus Ioannes de Montepolitano accipiat promissionem, &c.
Prefante & intelligente dicto domino Ioanne de Montepolitano, & predicta omnia & singula acceptante, & fieri & obseruari perente pro parte ante facta sanctitatis nec non Collegii Reuerendissimi in Christo Parrum sacrosancte Romana Ecclesie Cardinalium, & sua Curia secundum exigentiam & tenorem dictorum Capitulorum.
Preterea eisdem die, loco, & testibus omnibus & singulis Concilium & Confisiliarii supradicti attentes quod inter cetera in dicta Capitulis contenta populatur, quod dicti Cives omnes & singuli dicti Ciuitatis facient in omnibus & per omnia, & contra illa, vel aliquod corrum nihil attentabit, seu attentari vel fieri faciet, seu permittit, per vel alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, seu sub quoque quarto colore, de facto vel de iure quod vel allegari, seu excogitari quomodo cinque & qualiter cumque posuit iuxta, & secundum formam, exigentiam, & tenorem dictorum Capitulorum.

Iurant Syndici Constantiensienses in manibus Domini Colocensis Commissarii Apostolici deputati oraculo vitæ vocis.

Qui Syndici auditis predicta taliter responderunt, videlicet. Et ita promittimus & iuramus. Et ita Deus nos adiuvet, & hac sancta Evangelia Dei. Qui etiam dominus Archiepiscopus & Commissarius supradictus dictis promissiones & iuramenta dictis nominibus approbavit, & ratificauit, & ad firmioris roboris cautelam suam & prefati Serenissimi Regis auctoritatem interposuit & decretum omnino modo, via, iure & forma, quibus magis, melius, & efficacius potuit, tam de iure, tam secundum formam sua Commissionis.

Prefante supradicto domino Ioanne de Piendebeis de Montepolitano, & omnia & singula supradicta fieri & obseruari perente, secundum formam & tenorem Capitulorum superius decriptorum.

Rogando nos Notarios infra scriptos quad de omnibus & singulis supradictis, viuum duo vel plura confidere deberemus publicum vel publica instrumentum seu instrumenta & tenores quotiens fuerit opportunum sub dicta Ciuitatis Constantie soliti sigilli munimine roborandum seu etiam roboranda.

Actum in dicta Ciuitate Constantie in aula seu stufa Palatii supradicti. Presbiteri Magnifico & strenuo milite domino Ioanne de Bodon de Sacua, & eiusdem Serenissimi Regis in dicta Ciuitate Constantie Commissario a Venerabilibus & egregiis viris domino Francisco de Picolpasso de Bononia Camera Apostolica Clerico, & Nuncio sanctitatis eiusdem & domino Ioanne Polling Decretorum Doctore & Canonico Ecclesie Constantiensis, &c.

Et ego Honofrius, &c.

Conuenit postea Ioannes, Sigismundum Regem, hoc anno 1413. & ab eo certior factus, de habilitate, capacitate, & securitate Ciuitatis Constantiae, quam securitatem ipse Rex se præstiratum, & in ipso Concilio assutum pollicebarat, eam electionem loci & temporis authoricare Apostolica confirmauit, & Concilium in Ciuitate Constantiensis, die prima mensis Nouembris, anni M. CCC. XIV. initium, celebrandumque statuit, datis litteris Indictionis, quartum istud est exemplum.

Ioannes Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad futuram memoriā.

Eisdem die, loco, & testibus antefatos Reuerendis in Christo Pater & dominus, dominus Andreas Commissarius afferens se habere mandatum a sanctitate prefata, sibi factum per eandem sanctitatem oraculo vita vocis de recipiendo promissiones & iuramenta infra scripta tenens in manibus suis viuum Missale apertum, & coram eo genflexis ambobus Syndicis supradictis, & Capite dislocerto humili & deuota reverentia, qua debeat tactis per eos propria manibus sacrosanctis Evangelis, recepit ab eis promissiones & iuramenta sub hac forma videlicet.

Nos henricus de Vlm Magister Ciuium, & joannes Hagen Aduocatus dicta Ciuitatis Constantie Syndici & syndicario nomine statuit,

sicut Deo placuit). Postmodum vero ipso Alexander Predecessore nostro (sicut Deo placuit) vita funto, nobisque diuinae fauente clementia ad apicem Summi Apostolatus assumpcis, dum tempus triennij eiusdem tam adiuenerat. & nos per vestigia eiusdem Predecessoris incidere, & ordinationem prefatam ab eo in Concilio (vt preferitur) saltam, puto corde, & recta voluntate adimplere properaremus, quibusdam rationibus tunc expressis, animum nostrum mouentibus, Concilium huiusmodi in Romana urbe (que paulo ante de manibus hostiorum recuperata, presentiam nostram pro ipsius conservatione plurimum flagitabat) debito tempore coniunctum. Verum quia veniente post tempore constitutio, Prelati, & ceteri, qui huiusmodi Concilio interesse debabant, nequaquam in tanto numero conuenirent, quantum rerum agendarum pondus, & magnitudo requirere videbatur: nos post alias prorogationes per nos factas, tandem Concilium ipsum ad mensem Decembris nunc presentem, solenniter prorogauimus, ac celebrandum statuimus. Locum autem infra certum tempus reliquum das larandum, ut interim super eo maturius consideremus. Post hac vero, infra dictum tempus nondum elapsum, per litteras charissimi in Christo filii nostri Sigismundi, electi in Regem Romanorum, & Hungaria Regis illustris, in antisimile requisiti, ut non properaremus in declaratione huiusmodi loci pro Concilio praeciendo, sed tam in declaratione loci predicti, quam etiam in tempore dicti Concilij celebrando supersedere vellemus, donec ipse Nuncios suis super hoc instructos ad nostram presentiam destinaret, nos votis eiusdem Regis, qua ex zelo denotionis & puritatis fidei emanare confidiebamus, annuentes, aduentum prefatorum Nunciorum, de venerabilium Fratrum nostrorum sancta Romana Ecclesia Cardinalem, & Prelatorum, qui Roma in Generali Conistorio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, consilio, & assensu duxiimus expectandum. Deinde cum post Romanae urbi miserabilem casum, ad nos tunc apud Florentiam exsidentes eiusdem Regis Nunci accessissent, & ex parte eiusdem Regis multa nobis circa materiam suggestissent, eorum audiis relatis, pro pleniori expeditione, dilectos filios nostros, Antonium tituli sancte Ceciliae predixerum, & Franciscum tituli sanctorum Cosmae & Damiani, Diaconum, Sancte Romanae Ecclesia Cardinales, cum plena potestate super huiusmodi electione loci, & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum nobilem virum Maeluelum Chrysolorum Militem Constantinopolitanum, ad presentiam eiusdem Regis transmissemus: qui ad eum venientes, tandem de ipsius consilio, & assensu, Civitatem Constantiensem, Provincia Moguntinensis, pro loco huiusmodi Concilij celebrandi, concorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum huiusmodi Concilium, statuerunt, diem primum mensis Novembri proxime venturi.

Denda vero nos, qui pro quibusdam arduis, & magnis negotiis, cum eadem Rege, iuxta nostrum & ipsius desiderium personaliter conuenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate, & securitate Civitatis Constantiae antedictae, quam securitatem ipse Rex se prefuturum, & in ipso Concilio personaliter assatum pollicetur, volentes, & ab initio capientes, ut prefata celebatio Concilij salubriter implatur, & optatum consequatur effectum, huiusmodi electionem loci, & temporis (vt preferitur) fastam, auctoritate Apostolica renore prefantium de eorumdem Fratrum nostrorum consilio, & assensu ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac ei Apostolicis robori adiuvamus firmatatem, prefatamque Concilium in Civitate predicta Constantiensi, die prima mensis Nouembri proxime venturi, initiandum, & auctore Domino exinde celebrandum, eadem auctoritate, & consensu, barum serie statuimus, pronunciamus, & decernimus. Venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archibishopos, Episcopos, & dilectos filios Electos, Abbatibus, & ceteros Ecclesiarum, & Monasteriorum Prelatos requirentes, hortantes, & monentes, ac in virtute prefatis invitant, & sancte obedientia, eisdem mandantes, quatenus personaliter, nec non charitatis in Christo Reges, & nobiles viros Duces, Principes, Marchiones, & alios qui huiusmodi Concilio interesse debent, vel qui prodest possant quo modo, per viscera charitatis Domini nostri Iesu Christi inuitantes, & exhortantes, quatenus pro pace Ecclesie, & omnium Christianorum, etiam personaliter, vel si personaliter non possint, per solennes Oratores, congruo tempore Concilio dicto debeant intercessere: ut sic congregata fiducia multitudine copiosa, ea qua in eodem Concilio agenda incumbunt, Deo auctore & adiutorie salubriter ordinentur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae ratificationis, approbationis, confirmationis, pro-

nunciationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attinet presumperit, indignationem omnipotens Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Latae 5. Idus Decembris. Pontificatus nostri anno quarto. Hac Pontifex edictebat. ext. tomo 4. Concil. edit. Rom.

Pigna, post alios complures historiographos, eadem breuiter perstringens, causas, cur in colloquium Pontificis & Sigismundus venerint, ac quid tunc successerit paulo fuisse explicabat, scilicet Sigismundus Religionis diffidio commotus, quod nomini christiano publice ac priuatum maxime officeret, siquidem & Boemi fides erroribus inquinati, iamiam à fratre secessionem facturi essent, iusto sanctoque Patrum Concilio vnum modo factorum Principem creatum iri, & in eis potestate impiorum capita fore existimauit. Eo nomine statim ad imperium enectus, in Galliam, inde in Britanniam transmisit, sive trique Regi persuadere posset, ut tam salutari, tam pio voto suffragarentur. Legati de eadem re ad Ioannem Pontificem, iam tum ab capta Urbe Florentia se continentem, misi, renunciaverunt mox & ab ipso affuturos, qui de Pontificis voluntate Sigismundum edocerent. Erant Ioanni permulti auctores, verbis tantum Sigismundo ostentare, nihil se morari, quominus primo quoque tempore Patres coirent, re autem ipsa ab eiusmodi consilio vi nimium ipsius rationibus incommodo abstineret. Nicolaus Atestinus consultus contra sua sit, iudicium ne diffugeret, id & persone, quam sustineret, conuenire, & praeterea verendum esse, ne Sigismundus amulis se daret magno cum ipsius detimento. Si consentiat causa multum adiecerum. Si dissentiat: multum detracturum sine dubio esse. Monuit tamen, etiam atque etiam videret, quo placeret Patres conuenire, eo, & salutem ipsius, & deus Ecclesie Romanae imprimis contineri. Ioannes consilio probato, Antonium & Franciscum Cardinales spe-
tates fidei, magnaque propter etatem auctoritatis ad se vocavit, praesertim vero Franciscum natum gente Zabarella, cuius extant ad ius Pontificium egregij Commentarij, coramque de ipsorum ad Sigismundum legatione cœpit differre.

Refert sanctus Antonius Archiepiscopus Leonardum Arretinum, quo tum ab epistolis Ioannes vtebatur, rem memoratu non indignam, ac se praesente gestam folium narrare. nimurum, cum ille intelligeret rem in eoverti, si suatum parvum locus in Italia Patrum congregari deligeretur, scripto. Urbi nomina quo conueniri placeret, complexum fuisse, formula Legatis edita, quo pacto ab durioribus primo conditionibus sensim, si sic necesse ficeret, ad aequiores descenderent, separatis vero atque in genere per scripta, quæ non multum ad summam rei pertinenter, & dicis gratia Sigismundo ac Proceribus ipsius enunciata veler, ceterisque, uno excepto Aretino, iussi excedere cubiculo, tanta animi contentione Legatos alloquutum, tum suam in ipsos benevolentiam pre-

dicantem, tum opinionem de eorum prudentia, ut dicere, se quidem oppida quæ probaret chirographo adnotasse, sed quia non dubitare vtrumque quid conduceret longe melius, quam à se exprimere posse, dispicere, paremque rei magnitudini adhibitorum diligentiam, consilium murare se, ac libera mandata dare, hæc dicentem chirographum, ignaris quidnam contineret, Legatis concerpsisse. Id illi abrogationi Pontificatus, Ecclesie saluti fuit, quippe Cardinales profecti in Germaniam comite ad honestandam legationem Emanuele Chrysolorum viro amplissimo, vel quod Archiepiscopo Moguntino, qui ante cum Coloniensi ab Concilio Pisano aduersus Gregorium steterat, vel quod ipsi Sigismundo confidenter, Ioannis maxime opera ad Regiam Romanorum dignitatem eucto, Constantiam ditionis Moguntinae ciuitatem probaret, qui locus non longinquus modo, & trans Alpes, sed in Sigismundi etiam potestare erat. Sero tandem didicit Ioannes, Legatos viros aliqui probos atque eruditos, non adeo vsu rerum valeare, ut iis tantum esset tribuendum: nec si levia queriam, Sacerdotiorum puta, atq; huiusmodi controvierias

XX.
Cur Pont.
& Sigism.
in colla.
qui ve
nerint &
quid time
succederit.

Atestin.
conditio
nem à La
disl. sibi
oblata
asperna
tur.

Federis
inter pont.
Atest. & E
trulcos ca
pita.

XXII.
Gibrini
Fundulii
Cremo
neni domi
ni supplici
um.

CHRISTI IOANNIS SIGISMUNDI
1413. PAP. XXIII.4. REG. ROM. 3.

Ecclesiastici. SIGISMUNDI IOANNIS CHRISTI
REG. ROM. 3. PAP. XXIII.4. 1413.

non imperite disceptasset, ideo pari prudentia longe magis ardua explicare debuisse. Sed et amplius non integrum Bononia, quo ante aliquot menses Florentia concilierat, uti saltem Sigismundum sibi conciliaret, ad eum perrexit, exitu mensis Augusti, cum Placentiam venisset, saepe inter se collocutus, Laudam, inde Cremonam vna petierunt.

Erat, quod Joannes, Sigismundo in electione Constantie indulgeret. Grauissime ab adueratio premebatur, & auxiliis maioribus indigebat. Eodem enim fere tempore Ladislao Florentinus grauis & infestus, alterum in Flaminia exercitu comparandum sibi esse statuit, quo Sanctam sedem omni profana ditione exuerit, Ioannis maxime angustiis, & discessu ex Italia Concilii ergo imminentem adactus. Quamobrem copiarum omnium, qua trans Apenninum cogentur, regimur Nicolao Atestino detulit atiectore Sforzia, qui & se Atestinorum alumnun profitebatur, & Franciscum filium, post Insulatum principem, apud Nicolaum inter ceteros nobiles pueros educandum instituendumque curauerat, quemque etiamnum adolescentem inde euocatum Ladislao Trecarenis Comitatu, aliisque compluribus castellis donauerat. Accepis de illo munere literis, nec non stipendio a Ladislao constituto, Nicolaus conditionem est aspernatus, tum quod se minime dignam duceret, & ipse pro veteri instituto, iureque in irando, sancta sedis non hostem, sed beneficiarium & vindicem se proferuerit, tum quod propediem societatem aduersus Ladislauum esset inititus cum pontifice atq; Etruscis.

Ad xv. Kal. Octobi. Mutina, leges scideris prescripta, at vero ut Ladislao & Philippo Maria Insulam, qui id temporis dominium Medicolanum accepérat, palam fieret, Nicolaum eiusmodi societatem ac Praefectuream copiarum non appetiūs, pontifex & Sigismundus, per literas ab eo condonante, Nicolaus conditionem est aspernatus, tum quod se minime dignam duceret, & ipse pro veteri instituto, iureque in irando, sancta sedis non hostem, sed beneficiarium & vindicem se proferuerit, tum quod propediem societatem aduersus Ladislauum esset inititus cum pontifice atq; Etruscis.

Ad xvi. Kal. Octobi. Mutina, leges scideris prescripta, at vero ut Ladislao & Philippo Maria Insulam, qui id temporis dominium Medicolanum accepérat, palam fieret, Nicolaum eiusmodi societatem ac Praefectuream copiarum non appetiūs, pontifex & Sigismundus, per literas ab eo condonante, Nicolaus conditionem est aspernatus, tum quod se minime dignam duceret, & ipse pro veteri instituto, iureque in irando, sancta sedis non hostem, sed beneficiarium & vindicem se proferuerit, tum quod propediem societatem aduersus Ladislauum esset inititus cum pontifice atq; Etruscis.

Quos Atestinus laetus armis persecutus, capitulare utro citroque euto comenaret, capitulū vtrinque restituerunt, quibus necesse foret liberare, pontifex & Sigismundus, per literas ab eo condonante, locum vbi commorarentur, ius arbitriatu suo statuerunt. Sacra, si pluribus militibus esset opus, plures submitterent. Reliquos cc. equites ac pedetes, Nicolaus apud se haberet. Ex equitibus cc. qui iusserit pontifex, proficerentur: per mensas amicis sex Flaminia aut Bononia sumbus vtrique interim regioni praesidio futuri ne excederent, nisi Atestinus eorum ope vti vellet. Si veteraret, locum vbi commorarentur, ius arbitriatu suo statueret. Sacra, si pluribus militibus esset opus, plures submitterent. Reliquos cc. equites ac pedetes, Nicolaus apud se haberet. Ex equitibus cc. pontifici destinatis, cc. fieret copia Florentinum, vt in Etruria eorum opera vterentur, modo, ne ipsi Atestinus egeret. Si quia expontifici à Nicolaus discederet, tum ne ei stipendium immuneretur, modo intra alterum mensem in eorum locum totidem milites substitueret. Nullum sedis, nulla pactio institueretur fieri cum Sigismundo, Nicolaio inconsulto. Initia, nominatim adscriberetur Atestinus, vtique Mutina, Regium, ac Parmam, omnibus tabulis ei addicerentur. Si contingere patet agitari ac conuenire pontifici & Florentinum cum Insulare ac Malatibus, et cum denum rata esset, si non praetermitteatur Atestinus. Pontifex, omnium que pepigisset, publicas tabulas nullam impensa Nicolaus petenti traderet, Cardinales cuncta comprebant. Plura alia ex parte Atestini & Florentinorum in tabulis expressa fuere, quibus peractis, Ioannes pontifex à Sigismundo, que cum ei de Synodo contineret, cum & ille Constantiam abiisset, Cremona Mantuanam venit, ibi que perbonam partem hyemis exigit.

Et quidem Sigismundus, postquam Aquisgranii solenibus ceremoniis inaugurus fuit, in Italiam descendebat, ut Mediolanum ferream, Romam auream coronam quam conferre solet pontificis, acciperet. Sed quod Insulare humeris reportaretur, literas cultiores à Latio extorris naturali solo restituit, eamque ob rem Patriæ Misericordiam que Pater, digna nominis immutatio post hac fuit appellatus. Et quidem Gentem Mediceam, in Europa & in Gracia, olim, & nunc illustrissimam, quamquam armorum gloria, diuinarum splendor, in homines mansuetudo atq; aequitas, in Deum pietas ac religio, insularum pondera, diadematum sceptrorumque fasces, sanguinis coniunctio cum yniuersis Monarchis Catholicis, & reliqua decora, artes, & virtutes, quibus terra marique celebratur, exor-

nent, eximium tamen aliquid addit eidem familiae, studium in rem literariam, cum nulla fere vñquam gens fuerit, in optimas disciplinas, studiososque homines propensior, atque munificentior, Medicea. Cum enim post missiunam & vñquam satis deplorata Italiam cladem, obmutuissent cultiores literae, & nusquam liberalia studia, nusquam Musa excolearerunt, eas ab exilio Cosmuss prius reuocauit, & humanitatem Italiam hominibus veluti postlimino restituit: cum Argyropulum, Chrysoloram, & plerosq; alios Graecorum doctissimos, dexterissimosque ingenti munificentia Byzantio Florentiam exciuit, vt Graecis literis Hetruscorum mentes imbueret. *Simoncellus in formio.*

XXV.
Ladisl. rex Polon. in Lithuania & Samogitia. fidem orthodoxam primitus inuenit.

Itaque amplissimam gloriam, Ladislaus rex Poloniae hoc anno promeruit, qui in Lituaniam & Samagitię, vallisimias Septentrionis provincias, non modo literas, verum etiam Fidei Orthodoxam, & omnem humanitatem primis inuenit. De luce Euangelii in Lituanian illata, alibi narrauimus, de reliquis memorat ista Cromerus. Apud Grodnum, supra Burgum amnem, Ladislaus rex, Polonorum & Lituanorum Conuentum habuit. Ibi federa inter has duas nationes renouata, concessumque ius nobilitatis Lituanis, iis dunitaxat, qui ritus Ecclesia Romanae & Catholicae seruarent, iisdem insignibus, iisdemque praerogatiis, quibus Polona nobilitas vtererentur: praterquam, ut iussu Magni Ducis, arcis condenserent, vias publicas reficerent, tributaque solita penderent: Senatum autem & Magistratus more Polonorum haberent, ceterum honores & Magistratus ne alienis ab Ecclesia Romanæ institutis mandarentur: Dux, quando vsus postularer, non nisi de sententia Regis, & amplissimi consilii Polonorum, legerent: vicissimque Poloni, vnde insciis & inconsultiis Duce & Senatu Lithuanico Regem sibi crearent: comitiis communibus quoties opus esset, ut ea Lublinum vel Parsouiam, vel alias quo videretur, mutuo consenserent: Ordo item Ecclesiastici, vt eodem iure, iisdemque praerogatiis, quibus in Polonia, vtererat. Hac omnia Proceres Lituanii, libertatem & praerogatiis nobilitatis adepti, approbarunt, & literarum monumentis consignarunt.

In Samagitię inde Ladislaus, solito conuentu, profectus, gentem eam, que nondum falorum Deorum cultum penitus abdicaret, magno studio, magna cura, extinctis sacris ignibus, succisis lucis, necatisque serpentibus, & aliis sacris animalibus, ad religionem Christianam conuerterit, partim donis alliciens, partim autoritate & minis adicens, non modo pii Regis, verum etiam Doctoris & Apostoli fungens officio, suggestibus sacerdotibus Catholicis, que dicret, quaeque faceret, cum ipsi barbaros loquentes non intelligerent, nec ab eis vicissim intelligerentur. Populariter autem Samagita tunc Religionem Christiahiam suscepserunt, per unum natu maximum apud Regem professi, se quos in eum diem Deos coluerint, velut infirmos & ignavios deserere, & in eius ius concedere, cuius nomine illi a Rege vixi & profligati essent. Cum autem nonnulli adhuc, si resuicire ignem extinxerunt è calidis fauillis post Regis discessum possent, relapsi esse in pristinum errorem viderentur, & haec inter se musserent, substituti ibi Rex diutius quam statueret, locumque ignis largiore aqua inundari iussit. Episcopum autem Mednicos, attributis agris & redditibus, & paracos duodecim (tot enim territorii continetur Samagitię) ut iisdem Canonici Mednicenses essent, instituit. Quamquam haec quarto decum anno post à Ioanne Archiepiscopo Leopolensi, & Petro Vilnensi Episcopo, consummata sunt. *Crom. lib. 18.* Rudiore stylo, locupletius tam, Mechouius, hanc Samagitarum initiationem, ad memoriā posteritatis, his quæ adscribo, transmisit.

De Samagitarum in fide initiatione.
Eo quoque anno, Samagita fidem Christi, & baptismus, opera Regis VVladislasi suscepit. Ad cognoscendum autem naturam provincie, & gentis illius, animaduerte, quod regio Samagita est Septemtrionalis & gelida, Lithuania, Lituania, & Prussia contermina, sylvis, collibus, & fluminibus circumscripta. Gentes regionis proverba & alta flatte, agrestes & inculta, parco & modesto viuviuentes, sicut aqua sedare solita, raro ceruisia aut medone, auri,

Delirum,

Delirum, & Episcopatu inutili, homo ambitiosus dixit, ut ipse Episcopatum Cracoviensem inuolaret. Facile quod voluerat, apud Regem, is vero apud Ioannem pontificem obtinuit, vt Petrus de Episcopa Cracoviensi, in Posnaniensem reiceretur, ipse vero ad Cracoviensem transferetur. Agonit paulo post Ladislauis fraudem Iastrembecii, Posnaniamque cum venisset, Petrum Episcopum in delubrum se uocauit, & in genua procumbens, culpam ab eo deprecatus est, quod cum fede Cracoviensi precipitanter eicisset. *Cromer. lib. 17. & 18.*

Non minus demissi animi signum, quamquam in alio genere, dedit etiam, hoc anno, Ferdinandus Rex Aragonie, qui Alphonsum primogenitum, iam successorem Regnorum ab Angonis renunciatum, Dertosam, ad deosculandos Benedicti XIII. pedes, adque omnem reuerentiam eidem, quem ipse pro summo in terris pontifice accurrit, fremensque diceret; *Vt est qui primigenium meum mihi peremit.* Alfonius, reluctante dolori, vultu ac voce erectiore quam pro viribus; *Nihil est, inquit, periculi, nihil mali erit.* solent huic modi contingere, equus me non homo percussit. Haec verba velut pro amico timentis, extenuarunt, & apud patrem, & apud ceteros culpæ atrocitatem. Quamquam vero aliquot diebus postea per extrelos dolores sine via recreatione iactatus esset, desperabantis iam medicis quin plagam faceret ignis corriperet, is tamen præstanti fortique animo tolerauit, magis de Bernardi innocentis, quam de sua vita sollicitus. *L. Valla lib. 2. de rebus gestis Ferdtn. Regis.*

Mature itid, quod adiungo, virtutis exemplum, in Henrico IV. Anglorum Rege, qui hoc anno in fata confecit. Mittebat aliquando Robertus Scotorum Rex, Iacobum filium in Franciam, ut cum periculo morris a patruo imminentis subduceret, & in tuto colloret. Iam alterum eius filium Dauidem, idem patruus, crudelissima miserabilissimaque in carcerebus morte affecratur: & ne hinc quoque interimeret, cauebat Robertus, aliorumque destinabat. Iam aliquantum Oceanii cunctis fuerat facibus, cum iactationis insuetus, ad litus Anglicanum exponi se iussit, ferenda nauis non par. Expolitus, captus, in carcerem a latronibus coniectus, & ad Henricum Regem, inter quem & Robertum bella glichebant, adductus, pro holte, patrem, reperit, vt non in captivitatem forte fortuna incidisse videretur debuerit, sed Deo ducente, in maximam que mortalibus in terra contingere posset felicitatem. Placuit quidem illum captiuum obferuare, benevolentia tamen Regis adhibitis pedagogis omni ex parte probissimis doctissimisque. Qui quum liberalioribus disciplinis instruieretur, nec (vt in propriis fit aulis) per adulacionem corruperetur, in tantum morum equalis probitatem, atque omnium bonarum disciplinarum eruditioem, vt in yna qualibet sola exquisite versatus videretur. Ut præterea alias, ingenio & principe dignas artes, Grammaticam, Oratoriā, Poeticā, scribendi latine elegantiam grauissimis sententias conditam, Philosophiae omnia arcana comperta haberat; Theologiam atque Iurisprudentiam yr nemini cederet; In rebus gerendis prudentiam, tolerantis autem aduersitatibus constantiam, vt propterea apud omnes summa in admiratione esset: plane dignus, quem Henricus Rex in Regnum Scotiæ remitteret, atque is postea Scotti post patrem imperare.

Præclarum est, quod de Iacobo scriptis *Boethius Hector.* Ante duos annos, sc. 1411. felici auspiciu coptum est celebratissimum literarum gymnasium, sancti Andreæ, conuenientibus ad id viris vnde cumque doctissimis, Laurentio Londoris Legum professore, Richardo Cotuel decretorum Doctore Archidiacono Laudonice, Ioanne Listera Canonicu sancti Andreæ, Ioanne Steues Officii sancti Andreæ, multisque aliis bonarum artium professoibus. Nec defuit exteniplo iustum auditorium, confluenteribus eo ex omnibus circa regionibus studiosis ac disciplinarum bonarum cupidis. Mox itaque in immensum exirebat: Sed præcipue cum Iacobus Rex primus ex Anglicana custodia reuersus est. Ipse enim vir omni disciplinarum genere preditus, doctos omnes vñcē coluit, renumerumque suum armis in primis florens, literis excolere

*Amal. Eccl. Tom. 15.***XXVIII.**

Demissi animi signum in Ferdin. Reg.

XXIX.

Admiranda magnitudo & fortitud. in Alphonso Ferdinandi Reg. filio.

XXX.

Eiusdem Alphon. patientia & mansuetudo.

XXVI.

Exemplum in signis humilitatis in Lat. disl. Pol. Reg.

XXXI.
Mature virtutis exemplum in Henr. IV. Angl. Reg.**XXXII.**
Jacob. Scottie rex. I. doctos viros vñcē coluit.

Gg z atque

Comperimus est denoti et felices consensi Christi fideles a trigesimo octo annis Ecclesiam Dei praeissimum sanguine filii sui acquistatum, ac sibi in sponsam copulatum, qua vnitate perpetua florere debet, propter aliquorum assertiones, quorum quilibet seper ministerium eius sponsum asserebat, fuisse et esse diuisam, diuisione laceratam, et penitus in precipitum deductam, domino permittente, et nostris demeritis exigentibus, nec enim est reperire malum, seu male speciem non commissam, dicto pestifero schismate durante, usque ad contempnum Dei exclusus, non obseruatione religionis Christianae, et disolucionem omnium pene bene vivendi modorum in statibus quibus cunque. Pro quo schismate extirpando, quamquam plures viae reperte extierint, scilicet concilii generali, reductionis obedientiarum in unum, conuentiorum, compromisisti, discussionis iurium, (quam dictus dominus Petrus iustitia appellavit) et viam cessionis. Quaenamque in se considerata bona sunt, tamen aliqua propter difficultatem earundem, alia propter impossibilitatem, alia propter longi temporis tractum tanquam non conuenientes, nec apte ad presentes schismatis totaliter sedandum omissem et reiecta sunt, sola via cessionis

recepta

recepta et approbata, quia ipsa est conscientiarum plene purificativa, iusta, rationabilis, a sanctis Patribus practicata, iure Canonico approbata, omni iuri consona, brevior, facilior, et expedientior. Hanc viam cessionis dictus dominus Petrus, dum Legationis officio in Francia fungetur approbavit, collaudauit, et contra bona memoriam Clementem VII, profecuta est.

Præterea dominii Cardinales, quorum dictus dominus Petrus erat unus, volentes prouidere Ecclesie Dei, mortuo dicto domino Clemente, ante ingressum conclavis pro electione futura, iurauerunt, et coronaverunt iterum, quod si etsi contingerebatur in Papam eligi, præquereretur vniuersitatem Ecclesie per viam cessionis inclusive: requisitus a Cardinalibus, veleorum maiore parte, et quia credebant, quod dictus dominus Petrus haberet magnam affectionem ad viam prædictam cessionis, cum quasi eius inventor, approbator, et publicator fuisset contra predictum dominum Clementem, ut dictum est, sub hac ipsis, quod Ecclesia per eam pacem daret, ipsum elegerent, et cum eundem exposi reuixerunt, ut per dictam cessionem viam Ecclesie prædictam pacem daret, sicut ante ingressum conclavis iurauerat. Accepteuit etiam exposi, promisi, iurauit, atque solemniter voulit dictus dominus Petrus pacem dare Ecclesie per viam cessionis, immo consequenter eandem cessionem, contenditibus secum de papatu, aut cum eius successori, cedentibus, decadentibus, vel electis obtulit, ac reipublica Christianorum pollicitus est, quam tamen cessionem nondum fecit, quoniam secum de papatu contendeant, illi videlicet qui Gregorius XII, dicebatur, in sacro Constantiensi concilio legitime in spiritu sancto congregato, in praesencia inuidissimi domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, per ministrium magnifici Caroli de Malatesta, legitime ac iuridice renunciaverit: Dominus etiam qui Ioannes XXIII, dicebatur, post depositionem ipsius per dictum sacram concilium factam, hoc idem, scilicet cedere et renunciare volunt, atque facit. Non igitur restat ad veram pacem et perfectam in Ecclesia sancta consequendam, nisi renunciatio facienda per praefatum dominum Petrum: pro qua requirenda, et ipsius ad hoc indicendum, inuidissimus dominus Romanorum rex predictus, pacis Ecclesiastice seruientissimus zelator, et qui pro eadem gratia se per triennium personaliter laborauit, ad regnum Aragonum, ad presentiam dicti domini Petri, ac serenissimi Aragonum regis, cum maximis expensis, laboribus, et periculis accessit. Venerantur etiam cum eo venerabiles Patres Episcopi, Magistri & Doctores numero duodecim, viri utique doctissimi, peritis literarum et experientia rerum decoratis, et ego cum ipsis, ex parte prefatis sacri concilii, ad pacem Ecclesiastice consequendam misi, qui omnes, scilicet inuidissimus dominus Rex predictus, et Legati seu Nunci consili predicti, ipsum dominum Petrum, plures, diversis diebus et horis, ad pacem Ecclesiastice praefandam, primo in genere, motu, prefationibus, et affectu multiplicibus, humiliibus et gratissimis inducere vniuersitatem, et consequenter per expressum, tam ab ipso, quam ab deputatis per eum, et dominum Regem Aragonum schismatis sedari, per cessionem dicti domini Petri petentes, hortati sunt, et requirunt, rationibus efficacibus, aptis, materia convenientibus, et opportunitate, cum quanto poterant honore et reverentia sibi, ne excusationis verbis, sicut alias fecit, aliquo praetextu, aut sumpta occasione capere posset. Et quoniam prefatus dominus Petrus statuerit se magis quam vniuent aliquem ad vniuersitatem Ecclesie obligari, ac semper dixerit verba generalia in sui significacione opportuna, atamen ad speciem descendere differunt, per plures et diversas dilationes, exquisiti coloribus, negotiis, et duodecima Septembre, vsque ad quintam decimam Octobris sequentem inaniter prostrata, et promissa, quod dicta decima quinta die finem materia daret, cedula mandat, quam secunda die dare potuisse, illo tunc porrigitur. Quae quidem cedula, prima sua inscriptione, insitum colore dealbata existit, ac more tabule vermibus corrose, que nouiter depicta est spaciova videtur, ignorantibus ea que sub pictura abscondita sunt rationabiliter appareat.

Quare, ut latencia detegamus, circa singula eius puncta paulisper insitendum est.

Primo asserit, dominum Regem Romanorum sibi supplicasse, quod veller via aperire, quibus posset uno haberi, quod, pace sua, salutem dixerint, salutem continerent. quia prefatus dominus Romanorum rex, aperitionem nullam petuit, seu pro eisdem supplicauit, sed monendo, exhortando, et requirendo prefatum dominum Petrum rogauit, quatenus daret pacem Ecclesiastice, per viam cessionis, eandem viam expresse et simpliciter petendo, et de nulla alia faciendo mentionem.

Insuper in dicta cedula offert dictus dominus Petrus viam quam appellat iustitia, quare reuera debet dici discussionis iuris, quod ipse præ-

Annal. Eccl. Tom. 15.

rendit et quam viam esset securior, salubriorem, et que faciliter videri posset. At hac via est impossibilis, et per consequens difficillima, et que videri iuridice non potest. Nam ipsa fundatur super factum electionis dum Urbanus VI, qui fuit primus post mortem bona memoria dicti Gregorii XI, ultimi vniuersalium indubitate Romani pontificis; super quo facto reperiuntur instrumenta authentica penitus contraria, et depositiones notabilium personarum etiam contrarie. Nam per aliquam instrumenta et depositiones apparet, quod domini Cardinales, tempore quo dictum Urbanum elegerunt, erant in plena libertate, et quod ante eum tumultus fieret, electio erat de eo iuste et debite celebrata. Aliis autem instrumentis et probacionibus apparet, iustum metum in electione prædicta interuenisse. Ita quod dictus dominus Petrus habet magnam affectionem ad viam prædictam cessionis, cum quasi eius inventor, approbator, et publicator fuisset contra predictum dominum Clementem, ut dictum est, sub hac ipsis, quod Ecclesia per eam pacem daret, ipsum elegerent, et cum eundem exposi reuixerunt, ut per dictam cessionem viam Ecclesie prædictam pacem daret, sicut ante ingressum conclavis iurauerat.

Præterea offert dictus dominus Petrus viam cessionis modificata, et infra apparet, nullam aliam viam excludendo. Quod si intelligatur per hoc se omnem viam receptorum, que per Ecclesiam pro renuntiandum cessionem, contenditibus secum de papatu, aut cum eius successori, cedentibus, decadentibus, vel electis obtulit, ac reipublica Christianorum pollicitus est, quam tamen cessionem nondum fecit, quoniam secum de papatu contendeant, illi videlicet qui Gregorius XII, dicebatur, in sacro Constantiensi concilio legitime in spiritu sancto congregato, in praesencia inuidissimi domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, per ministrium magnifici Caroli de Malatesta, legitime ac iuridice renunciaverit: Dominus etiam qui Ioannes XXIII, dicebatur, post depositionem ipsius per dictum sacram concilium factam, hoc idem, scilicet cedere et renunciare volunt, atque facit. Non igitur restat ad veram pacem et perfectam in Ecclesia sancta consequendam, nisi renunciatio facienda per praefatum dominum Petrum: pro qua requirenda, et ipsius ad hoc indicendum, inuidissimus dominus Romanorum rex predictus, pacis Ecclesiastice seruientissimus zelator, et qui pro eadem gratia se per triennium personaliter laborauit, ad regnum Aragonum, ad presentiam dicti domini Petri, ac serenissimi Aragonum regis, cum maximis expensis, laboribus, et periculis accessit. Venerantur etiam cum eo venerabiles Patres Episcopi, Magistri & Doctores numero duodecim, viri utique doctissimi, peritis literarum et experientia rerum decoratis, et ego cum ipsis, ex parte prefatis sacri concilii, ad pacem Ecclesiastice consequendam misi, qui omnes, scilicet inuidissimus dominus Rex predictus, et Legati seu Nunci consili predicti, ipsum dominum Petrum, plures, diversis diebus et horis, ad pacem Ecclesiastice praefandam, primo in genere, motu, prefationibus, et affectu multiplicibus, humiliibus et gratissimis inducere vniuersitatem, et consequenter per expressum, tam ab ipso, quam ab deputatis per eum, et dominum Regem Aragonum schismatis sedari, per cessionem dicti domini Petri petentes, hortati sunt, et requirunt, rationibus efficacibus, aptis, materia convenientibus, et opportunitate, cum quanto poterant honore et reverentia sibi, ne excusationis verbis, sicut alias fecit, aliquo praetextu, aut sumpta occasione capere posset. Et quoniam prefatus dominus Petrus statuerit se magis quam vniuent aliquem ad vniuersitatem Ecclesie obligari, ac semper dixerit verba generalia in sui significacione opportuna, atamen ad speciem descendere differunt, per plures et diversas dilationes, exquisiti coloribus, negotiis, et duodecima Septembre, vsque ad quintam decimam Octobris sequentem inaniter prostrata, et promissa, quod dicta decima quinta die finem materia daret, cedula mandat, quam secunda die dare potuisse, illo tunc porrigitur. Quae quidem cedula, prima sua inscriptione, insitum colore dealbata existit, ac more tabule vermibus corrose, que nouiter depicta est spaciova videtur, ignorantibus ea que sub pictura abscondita sunt rationabiliter appareat.

Potius viterius, quod in loco tutto sicut electio. Sipser hoc loci mutationem querat, voluntarium petierit et sineratione, diffagia querens. Nam si nolit aut non posset Constantiam venire, mittere posset procuratorem irreuocabiliter constitutum, qui eadem quia ipse effector faturus expletib; absque hoc quod sancti Patres qui plusquam per annum in dicto concilio fuerint grauiter mutatione loci, maxime quia distinxerint, non est necessaria Ecclesia, sed verius pacis eiusdem dilatina, et in casu impeditiva. Quid enim si mors contingereat Regi Romanorum, vel alio dictum negotium manutenerentibus? Constat, quod ipsa dilatio, est destruere totalem rationem Ecclesie.

Item Constantia loci electus, est medium securus, sed securissimus, quod per anni circulum probatum est: et in tantum, quod prefato tempore durante, ruror aliquis, vis, violencia, aut metus aliqui illarum siue factus non est. Nec est sufficendum, Romanorum Regem non posse aut debere securitatem dicto loco prestare, et sic per indirectum perdere meritum, famam, et gloriam, quas triennio laboribus corporalibus quamplurimis et expensis gravissimis perquisitur.

Q. q. 2
Postre-

dere, & per duos menses expeditus, tam per predictum Dn. Rom. Regem, quia per venerabiles legatos sacri concilii Constantiensis, & quia practicam predictam sanctam & iustam refutauerat, conclusit, dictum Dn. Petrum adhuc requirere, quatenus cedere. Similiter etiam conculserunt vna simili facere sereniss. principis Dn. Regis Castelle & Nauarra, ac illi fratribus Arsenius & Fuzio. Quia per eos conclusa die 9. Nouemb. presentis incepserunt facere dictum Dn. Petrum requirendo, in castro Perpiniani, in quo residebat, ministerio illustris, principi Gerunda, primogeniti domini Regis Aragonum predicti, in presencia dictorum dominorum Comitum & Ambasato rum, tam Regum quam aliorum supradominatorum: qui quidem similiter ipsum dominum Petrum requiruerunt.

Verum quia responso facta aper dictum Dn. Petrum, non videbatur, nec erat sufficiens, deliberauerunt prefati domini, secundo, & tertio, cum protestationibus & communicationibus certis ipsum requirere. Sed dictus dominus Petrus sibi ipsi consensit, a loco Perpiniani recipit, & ad galas suas se transfudit, assertus se iustum metu habere. Cumque secundo, & tertio, vt deliberauerunt fuerat, modo supradicto requireretur, in loco Coquno-liberi, die 14. Nouemb. respondit, quod ad locum, ad quem destinaverat accedere nondum venerat: & dum ibi esset responsum faceret, si id ipsum pro ea obtinuisse niteretur.

Considerare deuoti serui Christi fideles. & catholica animis quo resolveuti predicta. Certe, longo tempore rectam in lucem productam confitit dicit Dn. Petri intentionem. Hic homo verbia generalibus multum attractius semper vsus, profitebatur, nadum se velle cedere, sed etiā mortem suscipere pro munione ecclesiae: & dum videt reges, principes, prelatos plures, proceres, nobiles, caues, & incolae sue obedientia in vnum conuenire, ut mediis iuridicis matris sue Ecclesiae succurrant, & ipsam vniuersitatem, tam, qui verum se Christi vicarii afferit, cum maxima comuoda Dominici gregi tractari consenserit, mercenarii vices assumit, fugiendo, fuga enim, restle lege, praeuentum, suspectu reddi. Verum nedum fugi realiter, sed dictis & scriptis afferit, se debite omnibus, quia tu in eo est, & erat scissice: quia an vera fuit ex predictis compertum habebit. Sumit itaq; vires, capescit fortitudinem Christi. Non vos fuga deficeret, non falsa afferuerat ab incepto glorio retrahat. Christum, & eius armaturam, charitatem & perseverantiam induit, & praecepsit tenete. In messem Domini hora iacti appropiquet. Fideles facient quilibet, quod in eo est. Viri Ecclesiastici exemplo Pauli doctoris dilectionis, qui Petro iure resistit, denegant quod debet, pacem videlicet Ecclesiae per cessionem toties debitam, & per se qualem schismatis nutrienti tam peccatorum Petro Luna, & reprobante, ac populum a Deo robis traditum infruere, ea qua paci contrarie sunt auctelite. Vos pugiles Ecclesiae, principes, fortia fortiter compete. Sape enim, vt ait canon, per terrenum regnum, calce proficit. Hanc potestate culmina intra ecclesias, de quo domino redditur effo rationem, tenet. Vos vero fideles alii, superioribus vestris quibus a Deo data est potestis in his obedit, & per albarientiam, causam Dei & matris vestrae Ecclesiae defendite, ut si post gloriosum triumphum, in eadem carnaripositio, a vero sponso eius Christo, qui Deus est pater fortitudinis & consolationis, faciens virag, vnu, cui sit laus & honor in perpetuum, amen. Narbone, anno Domini M. CCC. XV. mensie Novembris.

Ista Iacobus Archiepiscopus Turonensis, de actis cum Petro Luna Perpinianensis significabat. Ceteri Petrus Luna, tam alia pro aliis dicere, publicare que pergebat, quia ad tortes repetitas illas requisitiones, ad iuritiones, obsecrationes, protestationes, & communiationes obdurabat. Accusabat imprimis viam cessionis, quam Gregorius XII. elegerat: deinde cōgregationem Constantensem reiiciebat, quasi haec nulla auctoritate coiuaserit, & in loco minus tuto, in quo multa per impressionem aetate sint, cōuenisset. Prater hanc, patres Constantiensis fugillabat, quod in pontificalem authoritatem sibi visurarent, atque plurima in gratiam Sigismundi regis ad imperium Italie aspirantis facerent. Dilicetum ad haec suuē Perpiniano excusabat, intimidationes & protestationes sibi factas respuebat, electio[n]es futuri Romani pontificis, si Constantia fieret, non ad Patres, sed ad Cardinales spectare deire inculcabat, contra vim & impressionem furaram, si quis inferretur, protestabatur, & ad extremum sibi non defuisse, neque defore voluntatem procurande vnonis Ecclesiastice, multis in speciem ostendebat: Seque huic rei concilium Paniscola ad mensim Febr. proxime venturi indexisse, & ad illud omnes prelatos obedientia sit vocasse, vt fucum facerent tam Ferdinandu[m] regi, quam alii regibus & principibus, qui haec tenus in eius obsequio persistebant.

Hactenus acta cōciliaria huius anni, M. CCC. XV. de negotio Ioannis XXIII. & Gregorii XII. de missione legatorum vna cum Sigismundo Romanoru[m] rege, ad Petrum Lunam, deque damnatione Ioannis Hus & Hieronymi de Praga hereticorum. quibus actionibus illustrandis, opera pretium fuit aliqua aliunde adducere, simulque quid alibi hoc anno gestum sit enarrare, antequam ad reliqua concilii anno insēquente gesta progrediamur.

Quoad negotium Ioannis XXIII. attinet, patres Constantiensis arrogarunt sibi in eum cognitionem & iurisdictionem, à dupli hypothesi: nimurum, q[ua]d magna parte eccl[esi]e dubitaret, an esset verus, certus, & indubitus pontifex: & q[ui] ipse ille videretur derulisse, sive se se permisisse concilio, cum illud ad abdicationem pontificatus conuocasset, inq[ue] eo, pmisiffet iure pontificio & titulo decedere, modis; omnibus qui à patribus meliores decernerentur, vnitatem ecclesiae procurare. A prima causa, potuit & debuit patrum cœtus in Ioannem, & quemcumq[ue] alii competitorum pontificatus, actionem instituere: cū in eo casu, ecclesia, perinde ac vacante Apostolica sede, esse cōsereret: ac proinde concilium, supra quemcumq[ue] Papam dubiu[m] & incertu[m], omniure eminaret, potestatemq[ue] haberet, tum de iure ad pontificatum, tum de alio quocunq[ue] emergente, ex quo aliquis inhabilis ad eam dignitatem cōsereret, cognoscendi, atq[ue] decernendi. A secunda causa, non tantu[m] in dubium & in incertum papam, sed etiā in verum, & indubitatum, potuit Patrum cœtus autoritatem, ex ea voluntaria submersione veri & indubitati pontificis acquirere: quemadmodum concilium quondam Roruanum, olim anno Domini 502. a Symmacho Papa, postulante Theodosio rege congregatum, in eundem Symmachum acquisiuerat, vt de iure electionis illius, & de criminibus illi à schismaticis obiectis cognosceret. In his duobus casibus, patrū cœtus, est super papam; alias, (vt defensor Symmachi patribus Romanis & Theodosio regi affirmabat) pontificem Romanum Deus suo fine questione reseruauit arborio, voluitque beat. Petri successores celo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussori indagini iniunctam exhibere conscientiam, ipsi vero quicquid vbiq[ue] seditum est submisit.

In illis duobus duntaxat casibus, patres Constantienses, aque de Joanne, atq[ue] de Petro Luna, iudicarunt, neq[ue] minus de Gregorio XII. iudicassent, si ille sponte pontificatus non abiesser. In ipsis etiā illis duobus casibus, lato decreto, Concilium eff[us]i papam dixerunt, seu intellexerunt: nō vero absolute, & citra casus adductos, aut sententiam proculerunt, aut iurisdictionem exercuerunt. Nam neq[ue] ipsi cōciliū aut indixerunt, aut inchoarunt, aut autorizauerunt, sed Joanni XXIII. imprimis supplices fuerunt, qui illud indiceret, conuocaret, auspiciaret, & autorizaret. Deinde postea Gregorium XII. proprio nomine (cum sepe pontificem esse reputaret) concilium, prius quā aliquid aggredierunt, indicentem, conuocantem & autorizantem audierunt; Cardinales ab eo creatos, intra collegium admirerunt, Joannes Episcopum Ostiensis, qui alias cōcilio praesidebat, tunc cum Gregorius indiceret, conuocaret & autorizaret conciliū, præsidere & praesesse cœtu seu concilio vertuerunt, aetate ab illo, vsq[ue] ad tempus cessionis, seu voluntariæ abdicationis, in concilio seu cœtu patrum, per procuratores sue facta, sue recitata, non sub titulo, neque sub nomine, aut anno sedis vacantis, receperunt, adeoque papam absolute supra concilium esse, factis ostenderunt.

Quonobrem non est, quod pontificia[m] maiestatis detraactores, plenis buccis iactent decretū Constantiense, de pontestate cōciliū super papam, & de pontestate reformandi ecclesiam in capite & in membris, cum id non de indubitato papa, neq[ue] de certo certissimo capire, neq[ue] absolute, sed ex voluntaria submissione se intellexisse, factis, quemadmodum diximus, demonstrarint. Neq[ue] etiam est, quod pontificia[m] innocentie calumniatores, ex Ioannis occasione, Romanum pontificem haec sim posse in carcere deblatterent. Ioannes enim XXIII. non certus, neq[ue] indubitatus apud Ecclesiam vniuersalem pontifex fuit, deinde crimen haec illi obiectum, obiectum non probatum fuit. Terro, in ea quam pro bono pacis Ecclesiae, & pro suffragienda vexatione, & ne tantopere, aut Patres in concilio, aut se in ve-

hemen-

hemetissima afflictione distineret, juris & defensioni cōfessione fecit, cōtra criminales & calumniatores, si quid aliud cōtenderent, ius & defensione sibi referuerunt, nec nisi ad abdicationem pontificatus, quam Patres omnibus modis virgabant, & quam ipse in tot anfractibus difficultatis bus pene oppresus quā circu[m] videre cupiebat, more eorum, qui probatum non probatum sit crimen, prædamnari potius, etiā cum præiudicio vita & fama, quā diutius discriuciari desiderant, consensit, vt a patribus per sententiam definitiā damnaretur. In qua quidē sententia diffinitiā, q[ui] Patres, nullius haec meminerint, argumento cōtenuit, euidentissimo, per summā aduersoriarum calumniā libidinem, impotis fuisse Ioanni innocentem, non minus quam pleraq[ue] alia à malevolis excogitata, neq[ue] satis legitime probata. Stat vtraq[ue] Christi protopastoris de vicario suo lenititia, vt & pascat tā oues quā agnos, id est omnibus quibus & agnis præsimineat, & fides illius nunquā deficiat, i.e. nullo turbine haecēs extinguitur. Sed his aliubi copiose.

Quod Petrum Lunam, seu Benedictum XIII. attinet, omnīa fecit refinendā pontificiæ dignitati. Et primum quidem, nunciis suis & Ferdinandi regis Aragonum, ad concilium Constantiense destinatis, præscripsit, ne mentionem renunciationis aut abdicationis facerent, sed illud tantum impetrarent, vt aliquos viros sanctorum doctrinā, & rerum vniū probatos designaret, qui vel arbitrii seu compromissarii, vnu ex tribus de pontificatu contendentibus, renunciarent, verum & indubitatum esse pontificem, cui reliqui iure si quod vel haberent, vel prætenderent, circa vlam cunctationem decederent. Itud si impetrare non potuerint, prorogationem concilii Constantiensi, in aliud commodius tempus vrgerent. Et istud quoque si negaretur, Regi Romanorum Sigismundo authores esse vellent, qui se vna cum patribus Constantiensiis, vel Niciam, vel Perpinianum, vel ad aliquem locum Ferdinando & sibi commodum, vicinumque transferret, concilio celebrando. Commiserat præterea, vt Joannis & Gregorii præsentiam interpellaret, quibus cum ille in alio quam Constantiensi concilio, de summa rerum disceptaret atque statueret. Haec summa Legationis fuerat. Legatis Regis Ferdinandi, quod adiutatos secum in pompā traherent nuncios Petri Lunae, pontificio apparatu prælignes, nulla species publici ex more honoris exhibita est, a Sigismundo Rege. Priuatis, nihil potuerunt desiderare. Introducti in concilium, astum & fastum Petri Lunae, in ipsis primis verbis detexere. Nihil omnino obtinuerunt ex his quā Patribus & Sigismundo proposuerant. Decretum, vt Petrus Luna, pontificatus cessionem, certam & breuem extirpandi schismatis viam insistaret, neque in alios anfractus diuenteret. Ad eum modum, cum Sigismundus Rex & Patres vniuersi responderent, Oratores, id quod extrellum fuerat, impetrarunt, vt ille quidem cum Ferdinandio apud Niciam conueriret, Patres vero Constantiensiis, Legatos delectos vna mitterent, quibus cum Petrus Luna de toto negotio transfigeret. Continentia valetudine impeditus Ferdinandus, Niciam accedere non potuit: cōnimero in affecto corpore, quāuis leuis causa timebatur.

Quod ultimum fuit, Sigismundus, Perpinianum agri Ruscinonis oppidum, in extrema Hispania accessit, si sua præsentis Regia augustaque maiestate, adducere Petrum Lunam posset, vt consentientis nominis Christiani fidei sepe permitteret. Perpauci Cesares, vt de hoste viatorum ferrent, tot labores adiere, quod Sigismundus bellum infelix, vt pacem Ecclesiasticam confuteret. Strenuum hominem, dignumque immortali laude, ob perpetuam in adiuvanda republica Christiana voluntatem, Ferdinandus rex, & Petrus Luna, nempe ex vicinis locis priores venerunt, consecutus est Sigismundus ad 13. Kal. Octobris, annatis equitibus quadrigentis stipatis, vili tamen cultu, remotoque & ipse auro & argento, mensarum instrumento omni ex stano vrens. Venerunt & à Regibus Gallia, Castella, & Vasconum Legati. In eius colloquii euenuit falso publica vertebarat. Summa omnium expectatio erat, par cupiditati metus. Ferdinandus rex lecto affixus, tantis multionibus impat, monere tamen, hortari, obtestareque Petrum Lunam, vt pacem terris Ecclesiastique red-

XL.
Regular
Gerson. ad
morū re-
formacionem ex de-
creto concilii accom-
modate.

sub Vrbano sexto inchoatum. Offendebant nonnullos, tam frequentes, quam in libro hac de re conscripto leguntur. Quamobrem idem Gerson, de probatione spirituum opuliculum scriptit; & Patribus representauit: ut ex illius regulis, quae de sancta & de aliis vulgabantur exp̄derent. Datum Constantiae in die S. Augustini anno 1415. scriptit in super tractatū de disputatione visionum verarum a falsis, utilem, discernendis iis, quae spiritu vel diuino, vel prophano afflatis aliqui, & praeferunt sc̄minas affirmant, vel existant, sibi esse secundum, vel extra somnium obiesta.

Prater hāc Gerson, notimillas regulas diuersis hominum gradibus prescribebat, ad reformationem morum Ecclesiae, ex decreto concilii accommodatas.

1. Nobiles & Magnates, ne pauperes per potentiam aut opprimant, aut opprimi permittant. Malos vsus in villa suā destruant.

Causas pauperum, viduarum & orphanorum libenter audiant, & tam cito, quam iuste iudicent. Munera pro iudicio faciendo, festi-

nando, aut relaxando ne accipiant. Nihil subditū extorquent.

2. Milites, neminem concutiant, nemini calumnam faciant,

stipendis suis contenti sint. Ad defensionem patrie & Ecclesiae gla-

dium ferant.

3. Simplices, ieiuniū ad missam veniant. In missa nec loquar, nec circumspiciant. Ante missam orent, vt gratiam Dei recipiant. In missa, passionis Christi memoriam habeant. Ante Eu-

angelium S. Ioannis ne excent. Conciones libenter & diligenter au-

diant. Post missam, gratias Deo referant.

4. Episcopi & Prelati, sint sine crimine. Malos arguant & corrigan. Bonos & pusillanes pacificare studeant. Verbū Dei opportune, importune predicant. Boni dispensatori officiū implent.

5. Clerici, doctrinam sanam, vitam sanctam, famam odorabilem habant. Inflitia induantur, viscera misericordia & pietatis offendant. hostiles pro delictis offerant.

6. Religiosi, prelati subditos suos custodiant, subditi, praetatu-

benigni obediunt, senes sint deoū, iuuenes laboriosi. Sit honestas in habitu, mediocritas in vita. Sint in clauſtro astuti, & ad iniuriam rari. Non sine ciuitate, sed clauſtrales, sint intenti psalmū, non causis. Non sit rumor in clauſtro, sed amor. In capitulo con-

fessio, non concensio. In choro simplicitas, non vanitas: circa altare reverentia honestas.

7. Diuitiae, ne quid iniuste acquirant. ne pauperes deficitant, sed sustineant. Operari sine mora & bene persolvant. Adulatrices, in mensa non habeant. Ad concordia vicinorum laborent.

8. Pauperes, diuitib[us] libenter & fideliter serviant: illis non inuidant, neque adulentur, aut detrahant, non impatienter pauperatae f[ac]tūneant, à furto abstineant. In iustitia non cupiant. Ecclesiastis, propter diuitias ne refugiant.

9. Virgines, non sint loquaces, sed corde & habitu simplices. virginitatem deparentis cogitant, ac diligent, choreas vident. Inter iuuenes non se deaneant, neque se palpari permittant, neminem illato amore diligant. Sordida & inhonesta verba fugiant. Oratores libenter dicant.

10. Viduae, continentiam diligant. In vestibus humiliiter se habent. Homines sufficiens, ne domi recipient. Familiā castam conservant. Per vias, ne discurrant. Confito proborum vitam instituent, a superiorum subiectione, ne se existant.

11. Nuptiae maritū diligant, superiores honore, regant familiā, domum gubernent, se, honestas & irreprehensibilis exhibeant.

12. Coniugii diligant. Parentes, in disciplina & correptione filios edificant. Filiū, parentes honore, illis obediant, cunctis ad Ecclesiam vadant: nihil eū furte subtrahant, à maledictionib[us] omnino caueant. In negotiis eorū fideliter laborent, ante eos non respondant.

13. Domini, seruos in veritate operantes non iadant, sed quasi animam suam diligant. non illas libertate aut pretio defraudent. quod in istis & aquam est ea prestant, minus eis remittant.

14. Servi Domini non ad oculum, sed in simplicitate cordis ferviant, in que omnī more sint illis subditū, in rebus custodiendis sint fidèles, nihil ex rebus illorum auferant, aut auferni permittant. mercédem, in superbiam vestrum non expendant. Rumores malos, ex quibus discordia posset oriri, fugiant, nec spargant. In remissionem peccatorum suorum laborent exerceant.

15. Mercatores, diebus festis ne mercentur, non peierent. Ab illiciō lucro caueant, propter dilationem, nihil charius vendant. Dedita, suo tempore dissoluant, ne mantuantur. Aequam statuerant, pondus & mensuram habeant.

16. Tabernarii, blasphemias & ludos ne permittant. mererentes, ne colorent, aut aduocent, aut recipient. In sua mensura, di-

tiant. Aquā vinōne miscent, nulla in re aliquem defraudent. malos ad hostitium non admittant. Hostib[us], nihil subtrahant. Ratiocinii ex aquo compitent, nihil supra iustum extorquent, peregrinos & pauperes libenter introducant, ac benigne habeant.

17. Senes, exemplo sint iuniorib[us], ad virtutem & pietatem. hos delinquentes admonent atque corrigan. Turpia verba non proferant. Delicta aliena non laudent. In Ecclesia sint frequentes.

18. Omnes prouisus, excommunicatos deuident, non se invenient. Pauperibus pro posse subveniant. Sacerdotes, religiosi & Ecclesiam reverentur & honorent, eorumque monita deute audiant.

Festa celebrant. Decimoparte solvant. Detractionem caueant. A blasphemia, iuramento, perjurio, mendacio, turpiloquio, scurrilitate, adulatio[n]e, & alijs lingue peccatis fibi temperent. Praecepta Dei & Ecclesiae exequantur. Penitentias in iunctas impleant. Ad opus bonum se mutuo protocent, & de malo reprehendant. eleemosynam largiantur, missas, conciones & diuina officia frequenter audiunt. Confiteantur seipsum. Abieta restituant, nouissima, dies noctes que cogitent. sint in fide vñanimes, in oratione compatiens, fraternitas amatores, misericordes, modesti, humiles, non redentes maleam pro malo, neque maledictum pro maledicto, sed econtra benedicentes. Deum timentes, & mandata eius seruantes. Qui hanc regulam feci sunt fuerint, pax super illos & misericordia.

Addebat præter hāc, pro Ecclesiasticis, subsequentia, quæ id temporis vtpolitum defecisse conquerebatur. sc.

1. Episcopus bonus, & probatus opere as doctrina, non puer, non homo carnalis, & spiritualium ignorans eligetur.

2. Clerici in duabus ciuitatibus & Ecclesiae præbendas vel præ-

atione non habeant.

3. Pro confessione, ordinatione, promotione, nihil exigatur, ni-

hil detur.

4. Nullus principium laicorum Capellaniū habeat, nisi ab Epi-

scopo datum, in casu ab Episcopo dependendum, vel corrigendum.

5. Nullus Episcopus aut sacerdos, pro muneribus, precibus, fauoriibus, aut ex acceptione personarum promoveatur.

6. Episcopi extra diocesum non morentur.

7. Non plures quam sufficienti ordinentur.

8. Episcopi & sacerdoti sp[irit]u acutu[n]o nō intersint, nec delectentur.

9. Sacerdoti nihil senioris, aut rusticū exercitii faciant, nec mer-

catores, venatores, aut negotiatorēs sicut.

10. Negotia cuiuslibet seculi diebus, & in ecclesia non trahentur.

11. Rectores Ecclesiarum, magis quam in suis, in Ecclesiasticis rebus sint strenui, & plus ista quam illa procurent.

12. Non licet Dominus & Prelati obsecrationibus supersticio-

genitilium attendere, nec diuitios consolare, aut stellarum cursus respicere in agenda.

13. Synodi provincialis, secundum patrum constitutiones semel vel bis in anno celebrentur.

14. Non licet Clerici & Episcopi, die Dominicō abesse à diuinū, sed missarum solenitatis ieiuniū interfere.

15. Clerici ad matutinum & vespertinum officium non venientes, déponantur. Ante horam tertiam, non prandeant. à Quinq[ue]gesima inque ad Pascha carnes non comedant. Aduentum Christi ieiuniū, a superiorum subiectione, ne se existant.

16. Prelati, ecclesiastis vel monasteriis consanguineos suis non pre-

sient. Psalmarum, canticularum, hymnorū ignoratos non ordinent.

17. Episcopi, sacerdoti, & maxime monachi atque religiosi, scripturis diuinis studeant, scientias litigiosas omisias.

18. Episcopi, oppressores pauperum & cyrannos potentes arguant & corrigan. Annis singulis parochias suas visitent cum effectu. Ad eorum mensam scripturam diuinam legantur. Grauamina subiectis non imponant.

19. Clericus scurrilis, vel turpiloquio dedit, ab officio retrahatur.

20. Clerici, in gestu, vestitu, victu, ristu, incessu, contumia deco-

rem obseruent, comam, barbam ne nutriant, nuptialia vitent coniuncta, tabernacula non ingrediantur. crapule & ebrietatis non seruant. per forū & plateas non discurrant. in aliena ciuitate, extra ecclesiastis vel probandas suas sine causa legitima ne morentur. actus secularium & procurationis non suscipiant. Aleatores, venatores, forniciarii, & reliqui criminibus notorii infames, communione priuenter.

21. Episcopi, vitem suppellecitem, mensam ac victum pauperū habeant, & autoritatem sua dignitas, fide & vita meritis querant, pro rebus transitorib[us] nō leuite litigent. de loco ignobilat ad nobiliorē per ambitionem & auaritiam ne transirent. Singularem caritatēm vñacum clericis custodian. A sua Ecclesia non absint, amplius tribus hebdomadis.

22. Monachi, ieiuniū & orationibus, in locis vbi renunciaverint seculo, sint intenti: nec Ecclesiastici vel secularibus negotiis, propria monasteria deferendo insistant.

Hæc proponens Gerson patribus Constantiensibus, ab illis infra scripta quarebat:

1. Ad quid expediat, aut quid utilitas Ecclesie confert, tam ma-

gnifica principum gloria, & tam superflua Prelatorum & Cardina-

lum pompa, vt quasi se homines effe nefere faciant?

2. Que utique abominatio, quod vnu tenet ducenta, aliis tre-

centa beneficia Ecclesiastica? Nonne inde cultus diuinus diminu-

tur, Ecclesia depauperatur, valentibus viris & doctoribus priuau-

tur, si delib[us] mala exempla dantur?

3. Quid sibi voluit, quod Cardinales solum de vna natione, vel

quasi de vna patria siebant, inter quos de singulis vel notabilibus lin- guis esse deberent Nunquid apud Christum est differentia Greco, & Latini, & Alemanni, Hispani & Hungari, &c.

4. Quid est quod hodie vnu, vnu medocriter doctus, tenet

quatuor, quinque, vel sex, vel octo beneficia, quorum uno non est di-

gnus, quibus octo sufficiunt, doctrinā, orationibus, & diuinis

laudes insistentes?

5. Attende, ex portis hodie equi, canes, aues, & superflua Ec-

clesiasticorum familia patrimoniu[m] Ecclesie comedere debent, quam

patrib[us] Christi? vel quam ad diuinū cultus ampliationem, & pro

insidelium conuersione, aut in huiusmodi pietatis operibus modis con-

gruis expendendum sit?

6. Quod hodie loca diuinū cultus, vt monasteria, & venerabiliū martyrum Ecclesie, Roma, & alibi, ob predicta, & ex prela-

tiorum iniuria deferte sunt & destruta?

7. Quid est etiam, quod hodie omnes medium Christianitatis

pungibus abundans beneficium tanquam centrum quietis ambunt,

derelicti partibus Ecclesie in circuitu vbi imp[er]ambulant non visita-

ti, & doctoribus immittuntur & promouent vacuū & incultū?

reique vbi sibi est debili, virtus imperfecta, schismatis abundans,

infideliū impugnat, opus effet in lege Christi expertioribus Prelatis,

doctoribus & magistris.

8. Quid est quod gladius Ecclesie, sc̄. excommunicatio, in sui

concepitum modo tan[us] leuit, & pro modica re, vt pro debito vel

huiusmodi tam crudeliter in pauperes extenditur?

9. Quid est quod vna causa super modica re durat tam milleis

annū? Quare istud prolixitas pauperum spoliatrix, convenienti modo non rescinditur?

10. Quare conuersis Iudeis, non datur vita necessaria, ne nece-

ssitate compulsi apostolat, & Christianos impietati arguant, &

quare non ordinatur, Iudeos inter Christianos morari non debere,

ni si vel Christiani seruendo, vel agros colendo, vel in mechanica la-

borando acquirant victum suum, non vero per usuras Christianos

spoliando?

11. Quid etiam sibi vult, quod quarundam Ecclesiarum cathe-

dralium Canonici, calcis rostrati, vestibus accutati, gladiis acci-

tti, abiecto habitu clericali & asperjatio militari, in armis & bala-

ludis se exercunt, ac Episcopi capa, superpellio, lbroque depositio,

arma sumunt, & in campus armati vt principes seculares pugnant?

12. Quid est, quod nonnulli prelati tertijs, spiritualē & tempora-

le quibusdam potentiis tyrannū & auarū, pro certa summa

sit homo hebetis ingenii, si iners & neglectior studii, si superbi & arrogans iudicari, si denique fuerit infectus & depravatus ex affectu alicuius vitii, quoniam tales excusat malitia eorum. Possent ista, & sistorum quodlibet, tam auctoritatibus, quam exemplis & rationibus multipliciter declarari, que quia nota sunt doctis, & alibi satis inueniuntur, breuitatis amor linquit.

V.

Sacra scriptura in sui primaria expositione habuit homines eruditos, non solum humana ratiocinatione vel studio, sed diuina reuelatione & inspiratione spiritu sancti.

Patet, de Apostolis & aliis, de quibus loquitur Lucas in Actibus Apostolorum c. 13. & Paulus plures enumerat diuisiones gratiarum, inter quas est, ait, interpretatio sermonum, & sermo scientiae, & sermo doctrine. Comparandiguntur sunt Doctores, in expositione sacra Scripturae, cum Doctribus, & illi quos conflat habere conditiones positas in precedentibus regulis, preferendi sunt non habentibus. Similiter habentes reuelationem, non habentibus eam; & dona gratis data possidentes, non possidentibus ea, ceteris paribus. Et proinde conuinicit ac reprehendit quorundam arrogantiam modernorum, usurpatum sibi illa de Psalmis: *Super omnes docentes me intellexi. & iterum; Super senes intellexi. & iterum; Super inimicos meos trudem me fecisti mandato tuo.* Sed vtinam aduerterent, si vere sint eis causa, quae iunguntur; *quia testimonia tua exquisiti, & lex tua meditatio mea est. & reliqua-*

VI.

Scriptura sacra non ita recipienda est nude & insolidum, contemptu alias traditionibus bonum, quin debet ad intelligentiam ipsius veram habendam, iuribus humanis, & canonibus, & decreti, & glossis sanctorum Doctorum frequenter & humiliter vti.

Patet ex precedentibus, & ex modo quem tenent haeretici, quos nunc impugnamus, qui Doctores valde diligenter allegant pro suis affectionibus colorandis & corroborandis. Sed tales, qui sunt aliquando nullius auctoritatis vel ponderis, sicut sunt aliqui glossatores decretorum, & decretalium, & non sancti, nec multum in Theologis erudit: & similiter aliqui, quos trahunt de numero Theologorum. Vnde sic arguitur aduersus eos. Si Doctribus, & in arte sua peritis credendum est, cur Doctribus per nos allegatis non vultis credere. Quos allegatis, bene intellecti sunt pro nobis, & alii qui ab illo villa comparatione plures sunt, & clariori sermone dicentes nostram sententiam. Si vero nec talibus in aliquo credendum est, cur eos pro vobis in confirmatione erroneorum spirituum & sensuum vestrorum, tam curiose, & exquisitissimo studio queritis allegare? vnde cumque colligentes & discepentes quantumlibet veniantur.

VII.

Sacra scriptura recipit interpretationem & expositionem, ne dum in suis verbis originalibus, sed etiam in suis expositionibus.

Patet ex precedentibus. Vnde si allegatur, exempli gratia, Augustinus, quod dixerit in sua glossa sua, sumendum esse sanguinem Christi in communicatione laicorum, & hoc de necessitate salutis: & alibi dicat oppositum, secundum intellectum qui prima facie colligeretur ex verbis, attendendum est ex dictis aliis, qualiter est concordandus sibi ipsi. Inuenitur enim dixisse; *Crede, & manducasti.* & ita dicere potuit; *Crede, & bibisti.*

VIII.

Sacra scriptura, dum per novellos homines inducitur, tanquam credenda sit in suis nudis terminis, absque alterius interpretis, vel expiatoria admissione, exponitur graibus periculis & scandalis, nisi soliter prouideatur, & confessio occurratur.

Patet ex precedentibus. Et quia ad veritatem tales implicant semetipos in dictis suis, prout in sexta regula deducimus est, dum aliquando pro fe inducunt Doctores, & inducitos contra fe non admittunt; dum præterea virate volunt glossam omnem, incidunt apertissime in multiplicem contradictionem, & ultra quam Iudei literales inducant, qui recipiunt in antiquis traditionibus legis expositiones suorum Doctorum multas & varias, vt Rabbi Salomonis, & Rabbi Moysi, & aliorum: quemadmodum

traditum habent in lege Deuteronom. 17. sub mortis intermissione sacerdotibus Leuitici generis esse credendum & obediendum. Ex hac præterea radice pestifera, orti sunt, & quotidie crescunt errores Begardorum, & Pauperum de Lugduno, & omnium similium, quorum multi sunt laici habentes in suo vulgari, translationem Bibliæ, in grande præjudicium & scandalum Catholicae veritatis, quale propositorum est in reformatio esse collendum.

IX.

Scriptura sacra in sua receptione & expositione authenticæ, finaliter resolutur in auctoritatem receptionem, & approbationem universalis Ecclesiæ, presertim primitivæ, qua recipit tam, & eius intellectum, immediate à Christo, & reuelante spiritu sancto, & alias plures.

Patet, quod Matthæus scripsit veraciter Euangeliū, & Nicodemus non, solum habemus ab auctoritate Ecclesiæ: iuxta illud Augustini, Euangeliō non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiæ compulset. Hæc enim est ineffabilis regula, a spiritu sancto directa, quæ in his quæ Fidei sunt, nec fallere potest, nec falli, probationes omitti. Et quia hoc est primum principium in fide tenendum, quo non credito, non superest arguere contra sic negantem, sicut neque contra negantem prima principia in moralibus & speculabilibus argendum esse tradit Aristoteles, ideo additur consequitum, quod *Sacra scriptura in expositione, habet, & habere debet in reverentia & auctoritate maiori, consuetudinem universalis Ecclesiæ, circa ea qua Fidei Sacraenta respiciunt, & dispensationem ipsorum, quem auctoritatem Doctoris vienius particularis, etiam facit.* Et sic tradit S. Thomas, in illa quæstione qua querit; *Vtrum pueri infidelium, sint iniuriosi parentibus baptizandi, in ratione ad oppositum.* Vnde valde mirandum videtur apud aliquos consideratiuos, dum vident, quod statim ut Doctor aliquis cōpositu vnam Lecturam, vel vnam compositionem, aut glossam super decreta libis aut decretis redagit in scriptis, habet illa glossa seu lectura in tali reverentia, quod allegatur auctiuitate in scholis & iudicis. qui Doctor si viueret, non esset comparandus mille & mille his qui sunt viventes. Et ramen si tota vna Vniuersitas, exempli gratia, que habet doctores in omni facultate peritissimos, declararet aut determinaret vnam expositionem circa vnum paclum sacre scripturae, vel decretorum, sive decretalium, vix reputabatur aut recipietur huiusmodi testificatio. Quasi, videlicet, scriptura mortua sit maioris auctoritatis quam viua. Et si opponatur, quod in viuis pernuitur iudicium, proper peruerionem effectus: cur non similiter potest dubitari, quod in mortuis dum viuerent regnauerint huiusmodi passiones iudicii subuersuæ?

X.

Sacra scriptura patitur in suis letitoribus, Deo permittente, quod errant. & proterue agant; quatenus, qui probatis sunt manifesti, sicut ait Apostolus: & vt studio doctorum multipliciter existentur, prout notat Augustinus: & vt particulares veritates quotidiana exercitio inueniantur & eliciantur, ita illud; Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia, & illud; Declaratio sermonum tuorum illuminat, & similia complura. Nihilominus dum sacra scriptura patitur in suis letitoribus aut allegatoribus peruersum & proteruum intellectum, aduersus illa que manifeste sunt in eadem scriptura tradita, & que declarata sunt per Ecclesiam Vniuersalem, & ita recepta per fidelium observationem, debet habere defensionem suam, magis indiciali severitate, & executione punitiuæ, quam ratiocinatione curiosa per scripturas, aut verba.

Patet ex precedentibus. Verificatur enim in talibus, quod stultus verbis non eruditur, quod etiam experientia quotidiana manifestat. Illa quippe tales negant, per quæ sola possunt & debent ad viam veritatis reduci. Et si nolunt aliqua credere, nisi quæ reperiunt in bibliis, inueniant illi si sciunt, formâ sacramentorum: & quod Christus misericordia aquam vino, &c. Debet itaque potius hoc sacramentum generale Concilium inuocare auxilium brachii secularis, si opus fuerit, quam per ratiocinationes, contra tales: attenta sua determinatione, que iam transit in rem iudicatam. Nihilominus in expugnatione tali, possunt aliqui Doctores de Concilio, vel aliunde scribere, vel aliter agere contra tales errores & errantes, perrationes, & per-

sua

suationes, & allegationes, quemadmodum nunc sit pro errorum confutatione præsens opusculum, sub generalibus regulis, quæ possunt latius trahi, & particularius applicari, per rationes deductas, ante decretum dicti Concilij.

I.

X. regule practice euident tractat.

In expugnatione huiusmodi debet in primis concedi proteruentibus aduersariis, quicquid est Theologie & rationabiliter concedendum; ut accepto illo in quo est controversia, facilius & compendiosius ad erroris depositionem inducentur. Debet enim concedi, sicut & sancta Synodus concedit, quod aliquando potius fieri, & factum est sine peccato, immo cum merito, quod aliqui laici communicarent sub utraque specie, sicut aliquando fieri consuetudo in fermento, ne uidazare videatur Ecclesia: sicut & Christus, & fors pluries post eum primitiva Ecclesia consuevit, & dedit hoc Sacramentum post canam. Concedatur etiam ipsi, quod contra sacram scripturam, nec auctoritas humana, nec consuetudo aliquarobur habet: sed addatur, quod interpretationem vel expositionem ipsi recipit; sicut in regulis deductum est.

II.

In expugnatione huiusmodi, principale illud circa quod persatur difficultas, sicut in puncto, centro, vel cardine est: si communio talis sub utraque specie sit precepta a generali à Christo, sub debito salutis eternæ, & indispiciabiliter ab homine: quenadmodum dicimus, quod baptismus aquæ est de necessitate salutis indispiciabilis per hominem; sic quod nulla auctoritate, vel consuetudine posit in introduci vel institui, vt certi homines baptismu aquæ non baptizarentur. Definit autem sacram Concilium, ex veritate, negatiuam. sicut nec sumptu Sacramenti, talis est necessitatibus ante cibum, vel etiam post cibum.

V.

In expugnatione tali, respondendum est ad auctoritates aduersariorum inducetas. Primo, quod aliquis conceduntur, pro quanto fundamentum veritatis dicunt esse sacram scripturam, &c. sedrite intellectam. Aliæ similiter conceduntur, pro quanto dicunt Sacramentum altaris aliquando sumptum suffit à laici sub utraque specie: quanuus probabilitus videatur, quod hoc observatio nunquam à tempore Doctorum communis apud omnes extiterit. Aliæ, que dicunt Sacramentum altari integræ sumi debere: sicut expressus inter omnes allegatos tradere videtur Gelasius Papa de conscr. dif. 11. Comperimus: debet exponi de auctoribus Ecclesiæ, qui celebrant protopopulo, apud quos semper fuit, & est, de necessitate precepti, saltem Ecclesiæ, quod sub utraque specie communicarent, instantum, quod plus obligantur hoc facere, quam quod ieiuni celebrent, iuxta Concilium Doctorum dicentium, quod ibi homo veniens ad perceptionem sanguinis, reperit primo ibi aquam, quam putans sive vinum degustat, & ita frangit ieiunum natura, debet conferre noviter vinum, & ita sumere. Et ita dicitur populus sanguinem bibere, quia ministrantes pro eis bibunt, prout intelliguntur auctoritates inducetas ex Canonibus Ecclesiæ, & iuxta verbum Augustini predictum. Credo, & bibisti. Est enim manducatio, & bibitio, iuxta communem distinctionem duplex. vna spiritualis per fidem & amorem, quæ necessaria est in adultis. Aliæ est Sacramentalis, quæ si sit sine spirituali, nedium non proficit, sed officit. Cadit tamen in precepto, dum eius sumptio nequaquam contemnitur: prout de confirmatione, & extrema vocatione dicitur à Doctribus, quæ dicuntur esse Sacraenta non necessitatis. Et de hoc Sacramento notetur, quod egit venerabilis Hugo de sancto Victore in morte sua. Ex quo colligitur, sumptionem sacramentalem non esse necessitatis sicut baptismum, quod etiam patet ex aliis notatis super quartum sententiarum per Doctores distinct. II. & per glossas Ioh. 6. & I. ad Corinth. 11.

III.

In expugnatione tali, declarari potest faciliter apud noientes proteruire, vel ex affectu præterire errare, quod sumptio Sacramenti sub utraque specie à laici, modo non est, nequæ vnguam fuit de necessitate precepti iuri diutini, sub pena damnationis eternæ. Attamen dum fieri à laici, precipient, vel promittente, vel consiliente Ecclesia, bene fieri, sicut dum conficiebant sacerdotes in fermento. Nam vero dum certaratione inolevit oppotest confundendo, per Ecclesiam laudata & iusta; que in suo poter ex tali consuetudine, quæ est optimale legum interpres: sumptio talis temeraria est, & presumptuosa, scandaloſa, sedicioſa, & Ecclesiastici ritus turbativa, & ex consequenti eterna damnationis inducita.

Nec valet, cum inducunt, quod laici plus merentur sumendum sub utraque specie, quam sub sola forma panis. Respondebit falsum esse: quia melior est obediëtia, quam viciā, & quia potest Ecclesia prohibere aliquia, quæ possunt aliquando meritum augere in aliquibus, propter melius bonum commune adipiscendum, vel malum declinandum.

IV.

In expugnatione tali diuidendum est, afferente talem sumptionem esse licet & utile laici sub utraque specie, tantum errant, quoniam illi qui dicunt eam esse necessariam de necessitate precepti diutini, & iuri indispiciabilis quasi Sacramenti.

cta ecclesia pro parte obedientia dicti Balthasaris numerus canonorum ab antiquo institutus completus fuisse, prout de praesenti prouidit, quibus quidem domino Guillermo episcopo & canonicis quatuor assignauit, * quod bona immobilia, nec non iura, fructus, redditus, prouerbus & emolumenta ad capitularem mensam dictae Ecclesie pertinentia, in Castellae & Nauarre regnis existentia, & illa etiam ad ius & proprietatem ipsius mensae reducimus, ita quod ipsi quatuor canonici deinceps possint apud eandem ecclesiam personaliter residere, ac horis consuetis & divinis officiis interesse, ac stallum in choro & locum in capitulo cum ipsis aliis canonicis dictis habere, ac in omnibus fructibus, redditibus &c. praedicta mensa, ut veri canonici ipsius ecclesiae participare, dicto canonorum numero non obstante, quodque nullus in locum aliumius decedens, aut aliter canoniciatus & praebendas suas ipsius ecclesiae quomodolibet, praterquam per spontaneum cefsum dimittentium ipsius ecclesiae canonici Apostolica, vel ordinaria auctoritate admittantur, quounque ad dictum numerum sit deuenient: ac decreuit dicta sancta Synodus irritum & inane, si lecus super his factum fuerit, aut fieret in futurum.

SESSIO XXXII.

* pluma-
libus.

Odo iste
paulo post
fir papa
Martinus
V.

Odo S.
post factus
Martinus
V.

consuetis cum debita solennitate completis, instantibus promotoribus concilii, fuit accusata contumacia Petri de Luna per dominum Ardecinum aduocatum. Et iuxta petitionem ipsius dictus dominus Ioannes Episcopus Ostiensis huiusmodi sessioni praesidens, nomine concilii deputauit reuerendissimos patres dominos Odonem de Columna, & Lucidum de comitibus diaconos cardinales, tunc in ordine cardinalium postremos, reuerendosque patres Feltrensem & Mersburgensem episcopos, quibus dedit in mandatis, vi ipsi vna cum protonotariis, & notariis, atque scribis huius causae cum cursore sedis Apostolicae, dictum Petrum de Luna, ad valvas ecclesiae iuxta mores antiquos vocarent, & ipsi synodo vocacionem referrent. Qui quidem domini deputari, vna cum Iacobo R hodini & Thoma Polteni proronotariis Apostolicae sedis & huiusmodi cause notariis, ac Francisco de Mediolano Apostolicae sedis cursore, locu sessionis exeuntes, accesserunt ad valvas eiusdem ecclesiae. Et praefatus Franciscus cursore ipsum Petrum de Luna alta voce vocauit sub his verbis: Este hic dominus Petrus de Luna, Benedictus XIII. In sua obedientia nuncupati, vel aliquis pro eo qui compareat, responsurus coram sacro concilio in causa schismatis & heresis contra ipsum mora? Cumque nec ipse nec aliquis pro eo comparuisse, aut responsum dedisset, dicta vocacione triuia facta, ipsius synodi promotores & vna cum eis Benedictus de Guildelotis de Perusio, camera Apostolicae clericus, nomine huius sanctae synodi super huiusmodi vocacione & non comparitione, & non responsione, petierunt instrumentum & instrumenta. Quibus sic peractis, cardinalis de Columna vnu ex deputatis praenotis, commissionem eis factam, a dicto concilio adimpleuisse, dictumque Petrum de Luna modo praemissa per cursorem triuia vice vocasse, nec ipsum Petrum, vel aliquem pro eo ibidem comparuisse, aut responsum dedit, dicta sanctae synodo retulit: & deinde Franciscus de Mediolano cursor praefatus, de praemissa vocacione fecit relationem. His sic peractis dominus Ardecinus aduocatus praedictus, vocacionem & relationem huiusmodi petitur inter acta huiusmodi cause registrati. Et deinceps reproducta bulla citationis, alias contra ipsum Petrum de Luna decreta & executa.

Haec sacrosancta Synodus, auditis & consideratis relatibus, propositis, producatis & petitis, prefatum Benedictum sic in sua obedientia nuncupatum, legitime citatum, vocatum & expectatum, non comparentem, & qui in octaua Martii, ad quam etiam citatus extiterat, non comparuit, pronunciat, reputat & declarat contumacem, decernitque in eius contumaciā, eius absentia Dei repleta praesentia non obstante, fore in causa huiusmodi vltterius etiam vsque ad disfinitivam sententiam inclusive procedendum. Volens autem in eadem causa mature & cum summa grauitate procedere, commitit dilectissimis ecclesiæ filiis Guillermo tituli S. Marci presbytero, & Francisco tituli SS. Cosmae & Damiani, sancte Romanae Ecclesiæ cardinalibus, atque Iohanni electo patriarchæ Constantino politano, necnon venerabilibus fratribus Roberto Saresbiriensi, Iohanni Lichfeldensi, & Stephano Dolensi episcopis, ac electis Ecclesiæ filiis Guillermo Pulchri nepotis Franciæ, Iohanni de * Podemitis generali ordinis Prædicatorum, in obedientia Petri de Luna, Benedicti decimierti nuncupati in sua obedientia, magistris in sacra pagina, Michaeli de Nauers vtriusque iuris Aragonum, & Iohanni de Ledena legum, Nauarregum illustrum oratoribus, Iacobo electo Parmensi, Hermanno de Dwerck sedis Apostolicae protonotario, Roberto abbati Cluniacensi, Nicolao Woidis vtriusque iuris, Petro Nardi, Henrico Fleckel, decretorum, sedis Apostolicae capellaniis & auditoribus causarum palatii Apostolici, & Iohanni * Rellis decretorum doctoribus, quatenus ipsi vel eorum major pars examinent articulos, quos offerri contigerit, coram dicta synodo, vel coram dictis commissariis, & eis examinatis, super illis qui ipsis vel eorum maiori parti admittendi videbuntur, de quorum articulorum receptione & eorundem admissione, prefata synodus dictis commissariis, vel eorum maiori parti plenam confert & committit potestatem. Ipsi autem duo ex eis ad minus, super articulis prædictis, & aliis offerendis & eorum veritate & notorietate testes & alia probationum genera recipient, iurarique faciant, & examinent diligenter, ita quod occupantium conditio melior non existat, neque per aliquorum inchoationem, aliorum derogerat potestati: sed duorum

^{* carum} bus aut pluribus negotiis huiusmodi examinationis & receptionis testium inchoantibus, ceteri & quilibet dico siue bñni ex illis, etiam seorsum & separatis, ac eodem vel diuinitis temporibus testes & alia probationum genera etiam super articulis & aliis inchoatis recipere, examinare, ac mandatum huiusmodi vacante exequi, testiumque attestations & probationes alias vel * corum esse cunctum eidem sacra synodi fideliter referant, vt exinde eadem sancta synodus super premisis procedat, decernat, & iudicet, prout secundum Deum, iustitiae & aequitatem fuerit faciendum. Mandat insuper & committit eadem sancta synodus praefatis commissariis, & duobus (vt praemittitur) ex illis, quatenus ad dies, horas, & loca opportuna cundem Benedictum sic (vt praemittitur) nominatum, cirent, & citari faciant peremptorie publice coram ipsis in locis praedictis ad videndum, etiam recidi, produci, iurare testes, & alia probationum genera in causa huiusmodi quatenus opus erit, cum potestate citandi & cogendi testes praefatos quoscumque, si qui forsan à dicta depositione se lñtraxerint. Protestatur etiam eadem sancta synodus, quod per quoscunq; actus, ordinem, seu terminos iudiciorum seruatos vel servandos in hac causa, formæ processus, que de iure seruanda est, aut seruari sufficit in notoriis, renunciare non intendit nomine synodi deputatit reuerend. patres & dominos ad vocandum praefatum Petrum de Luna, videlicet Odonem de Columbia, Lucidum de comitibus Cardinales, Viennensem Archiepiscopum, Feltrensem, Tridentinensem & Lichfeldensem episcopos, & Antonium Taxal generalem ordinis S. Mariae de Mercede, Thomam Polensem, & Iacobum Rhodini sedis Apostolicae protonotarios, vna cum praesentis cause scribis, & Franciscum de Mediolano sanctæ Apostolicae sedis cursum. Qui deputati, vocarunt & citarunt praefatum Benedictum per curiorem antedictum, in hunc modum: Est hic Petrus de Luna, Benedictus decimusterius in sua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat pro eo, ad videndum aperiendi dicta testium, &c. Deinde dictis deputatis de valuis reuerentibus, dominus Lucidus cardinalis de comitibus, nomine condeputatorum retulit, ipsam vocationem per cursum antedictum trina vice susse factam, neminemque ibi comparuisse, aut aliquod verbum respondisse. Quo facto, & iterum petito publicari dicta testium, & decerni terminum ad dicendum contra dicta huiusmodi, reuerendus pater & dominus, dominus Stephanus episcopus Dolensis legebat quandam decreti papyri schedulam tenoris subsequentis:

Decretum de publicatione attestacionum & citatione ad contraobiendum.

Hæc sacroſancta generalis synodus Petrum de Luna, Benedictum decimunertium in ſua obedientia nuncu-

SESSIO XXXII

A nno & indictione quibus supra, die vero Mercurii, duodecima mensis Maii, fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constantiensi. In qua reuerendissimus pater dominus Nicolaus Archiepiscopus Gnezzensis milianum celebravit. Fuitque presidens hunc sessioni reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis, Vicecancellarius sanctae Romanae Ecclesie Cardinalis. Et intererat huiusmodi sessioni serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariae rex, induitus vestimentis imperialibus, coronam in capite habens, adstantibus sibi reuerendissimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo Prandifino & Iordano Albanen. Episcopis, sancta Romanae Ecclesie cardinalibus, illustrissimis principibus Rodolpho Saxonie in ense, Ludouico Bavarie ducibus in pomo, & Frederico Marchione Brandenburgensi in sceptro, & habitibus consuetis sibi seruientibus. Demum lectis Litaniis vna cum aliis deuotis orationibus, ut moris est, ascenderunt ambonem deputati & commissarii in causa heresis &c. contra Petrum de Luna, in qua reuerendissimus pater dominus Guillerius tituli sancti Marci, sancta Romanae Ecclesie presbyter cardinalis fecit relationem, dicens in esse quod ipsi commissarii processissent in causa, ad ea quia eis sufficiens commissa, quia primo ipsum Petru de Luna, Benedictum decimum tertium in sua obedientia nominatum, ad clandum & dari videndum articulos vocassent, & deinde certos articulos per procuratores causa oblatos recipissent, eosque ad probandum admisissent, telleisque tringantaocto Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Prelatos, Doctores & alios super cibideam recipessent, iurareque fecissent, ac eos diligenter examinassent. Insuper dicto Petro de Luna sic sufficienter vocato, nonnulla iura per procuratores pro-
cesserunt, & cibideam recipiuntur.

SESSIO XXXIV

De Sabbati quinta mensis Iunii, anno à nascitute Domini millefimo quadringentefimo decimosextimo, indictione decima, fuit sessio generalis per sanctam synodum Constantiensem in maiori Ecclesia Constantie solenniter celebrata. In qua reuerendus pater dominus Thomas *Senonensis episcopus, missum de tempore celebravit. Praefedit autem reuerendissimus dominus Ioannes Episcopus Ostiensis cardinalis & vicecancellarius, & dictis demum litaniis & orationibus consuetis, cum Euangelio

Annal. Eccl. Tom. 15.

Luc. 14.
* incipiat
1. Petr. 4.

secundum Lucam: Homo quidam fecit cœnam magnam, domini commissarii in causa contra Petrum de Luna, ascenderunt ambōnem: & reuerendissimus pater dominus Guillelmus cardinalis tituli sancti Marci, de suorum collegarum consensu sibi assentientium pro thematē assūmens, Tempus est ut * veniat iudicium à domo Dei, &c. quod per pulchre deducens, processum per ipsum & suos collegas contra Petrum de Luna, à quibusdam Benedictum decimūnterū nuncupatum, iuxta commissionem eis super factam, habitam integrē narrat & recitat, vna cum probationibus articulorum simpliciter in huiusmodi causa produc̄t. Et facta dicta relatione, reuerendis patres domini Dolensis & Lichfeldensis Episcopi, respondendo articulos legerunt, videlicet summam probationem scriptam, super quolibet articulo dicendo post lecturam articuli: Iste articulus de veritate & notorietate probatur per tot testes & tales, declarando dignitates & gradus testium. Et his peractis, reuerendus pater & dominus episcop. Constantiensis legebat quoddā decretū, cuius tenor sequitur:

Hæc facio sancta synodus, audita relatione processus & probationum, & aliorum actorum in causa inquisitionis pendente coram eadem sancta synodo contra Petrum de Luna, Benedictum decimūnterū à nonnullis nuncupatum, super ferenda sententia & aliis in causa huiusmodi fiendis desiderabit; potestate autē alias concessām commissarii in dicta cœla, præterquam ad citandum eundem Petrum de Luna ad audiendum sententiam per eandem synodum ferendam, non intendit reuocare, super qua citatione atque sententia nullam dictos commissarios vult habere potestatem. Super præmissis dominus Ioannes Episcopus Ostiensis huiusmodi sessioni præsidiens, nomine synodi respondit, Placet.

S E S S I O X X X V.

Vno ambaſiatorum domini regi Castelle & Legionis.

Dic Veneris decima octaua mensis Iunii supradicti, sessio generalis in maiori Ecclesia Constantiensi fuit solenniter celebrata, cui interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum & Hungariae, &c. rex, cum insigni regalibus, & multis principib⁹ & nobilib⁹ sibi adstantibus, & sibi seruientibus. Et ante istius sessionis officium siue orationes solitas & consuetas, prælati plenialibus induiti, mitras capitibus imposuerunt. Consequenter reuerendi patres & domini, nobiles & strenui vii serenissimi principis domini Ioannis regis Castelle & Legionis ambaſiatores, & cum eis Petrus de Lomburga de Polonia, ambonem ascenderunt, ac ipsi ambaſiatores tria in effectu facere pro præsenti sessione proposuerunt, videlicet primo concilium Constantiense conuocare, secundo præsenti congregationi in Constantia se vnire, tertio subiecione obediencia factam in Narbona iuxta capitula ibidem concordata approbare. Et deinde Petrus de Lomburga legit quoddam procuratorum regis Castella. Quo lecto, frater Ludouicus de Valle Oleti, vnu de ambaſiatores dicti regis, de consensu suorum coambasiatorum legit quandam schedulam conuocationis, vna cum bullâ concilii conuocatoria, domino regi Castelle predicto per synodum missa, iuxta capitula concordata Narbonæ, cuius schedula conuocationis tenor talis est:

Schedula conuocationis.

In nomine sanctæ & indituitæ Trinitatis: Nos Didacus Conchenis Episcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala maior præfetus Guipusťa, serenissimi domini regis Castelle consiliarii, Ioannes episcopus Pacen. Martinus Ferdinandi domicellorum præses, Ferdinandus Martini de * Danabœn. Segobiensis, & Didacus Ferdinandi Palentineñ. eccliarum decani, decretorum doctores, frater Ludouicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorum, in Theologia magister Parisiensis, Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctoꝝ, oratores & procuratores præfati serenissimi domini Ioannis regis Castelle & Legionis, ac serenissima domina regina Castelle, & omnium quorum interest & interesse potest. Ad pacem & vniōnem sancte matris

Dauabs

Ecclesiæ puris ac sinceras affectibus anhelantes, volentesq; & intendentis adimplere conuentiōnem in Narbona intam inter serenissimū principem & dominum, Sigismundum Romanorum & Hungariae regem semper Augustum, ac reuerendos patres procuratores, nuncios & legatos praefatis congregatiōnis Constantiensis ex vna, & oratores ac procuratores serenissimi principis domini Ferdinandi clarae memoria Aragonum & Sicilia regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine præfati serenissimi domini regis Nauarra, nec non illustris principis Ioannis comitis Fuxi ex alia partibus, præsentamus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exequendum dictam conuentiōnem ac omnia & singula in ea contenta, & sumus nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conuentiōnis continetur, quod conuocatio diuinarum obedienciarum fiat per prelatos caterosque: Iste articulus de veritate & notorietate probatur per tot testes & tales, declarando dignitates & gradus testium. Et his peractis, reuerendus pater & dominus episcop. Constantiensis legebat quoddā decretū, cuius tenor sequitur:

Miseratione diuina Episcopi, presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prelati & ceteri in Constantia prouincia Moguntinensis in Christi nomine congregati, illiſtri principi, prout superiori continetur, &c. Qua ad finem lecta, idem frater Ludouicus legit, vt sequitur: Cui quidem capitulo satisfacere volentes, conuocamus vos omnes prelatos & ceteros dominos de hac conuocatione iuxta tenorem dicti capituli.

His sic lectis, reuerendissimus pater dominus Bartholomaeus Archiepiscopus Mediolanensis ascendens in ambonem, legit in haec verba:

Schedula acceptationis conuocationis.

Nos miseratione diuina Episcopi, presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, prelati & ceteri hic congregati, dictam conuocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sine dilatione quacunq; ad procedendum ad vteriora.

Et insuper requiri⁹ vos oratores & procuratores prædictos, quatenus ad vniōnem faciendam nobiscum procedatis iuxta tenores tertii capituli conuocationis prædictæ, quæ talis est: Tertio, quod præfatis de obediencia dicti domini Benedicti decimūnterii, per quoddam, &c. ut superiori continetur, cuius tamen totum tenorem legebant. Et expost frater Ludouicus de Valle Oleti præfatus, quo ad secundum principale, quandam vniōnis schedulam legebat in haec verba:

Schedula vniōnis.

Nos oratores & procuratores prædicti, dictis nominibus vniōmus nos vobis iuxta tenorem capituli Narbonensis prædicti, approbantes & laudantes omnia quæ post vniōnem Aragonensem, contra dominum Benedictum agitata sunt & processu pridem, & eodem modo ac si per hanc vniōnem nostram ab hac sancta synodo nobis intercessentibus facta foret. Qua vniōne facta, præfatus dominus Archiepiscopus Mediolanensis legebat in hunc modum:

Schedula acceptationis vniōnis.

Nos prælati & ceteri congregati ut supra, dictam vniōnem * nostram acceptamus, profientes vos vice & nomine præfati serenissimi domini regis Castelle per omnia debitis modo & forma ac tempore contentis in dicto capitulo ter-

for. * vniōnem

tulo tertio, satisfac̄s, & econuerso nos vobis oratoribus & procuratoribus prædictis nominibus iuxta tenorem eiusdem capituli vniōnis. Quibus sic factis, reuerendissimus pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis Cardinalis & Vicecancellarius, nomine totius synodi respondit, per verbum, Placet.

Subsequenter oratores & procuratores illustrissimi domini Infantis Henrici ac ordinis sacre militiae sancti Iacobii de Spata generalis magistri, ambonem ascendentis, omnia & singula facta & acta per dominos ambaſiatores & oratores regi Castelle prædictos approbantes & laudantes, conuocationem fecerunt simili modo vt ipsius regis Castelle ambaſiatores, & similiter se huic conuocationi vniōnerunt, prout super istis conuocatione & vniōne statuerunt Ioannes de S. Iacobo, ordinis Minorū, vnu de ambaſiatorib⁹ prædictis, de suorū ambaſiatorum consensu quandam papyri schedulam legebat sub huiusmodi tenore:

Schedula conuocationis Infantis Henrici.

Nos Vitalis de Scoto miles commendator de * Camata, frater Ioannes de sancto Iacobo sacra pagina professor, Garsias de Vergara miles, Ioannes Alphonsi decretorum baccalaurei, procuratores & oratores illustrissimi domini Infantis Henrici ac ordinis sacre militiae S. Iacobi de Spata generalis magistri, simili modo conuocamus vos omnes prælatos & ceteros dominos de hac conuocatione iuxta tenorem dicti capituli. Deinde idem frater Ioannes legit, vt sequitur:

Schedula vniōnis eiusdem.

Nos oratores supradicti, dicto nomine vniōmus nos vobis iuxta tenorem capituli prædicti. Super quibus omnibus & singulis promotores conciliū petierunt instrumentum & instrumenta, & de post fuit cantatum, Te Deum laudamus. Quo finito, reuerendissimus pater, dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis ad presidendum iuit, & officium sessionis solitum solemniter incipiebatur. Et lectori litanij aliisque consuetis, præfatus Archiepiscopus Mediolanensis vnu cum ambaſiatoribus regis Castelle ambonem ascendit, & legit schedulam sequentem, legendō etiam illa capitula concordata Narbonæ, de quibus supra faciebat mentionem, quæ superius inserta fuerunt, vbi agebarur de confirmatione eorum.

Confirmatio capitulorum.

Iam sancta generalis Constantiensis synodus in Spiritu sancto legitime congregata, viso & considerato capitulo secundo ex capitulis Narbonensis inter charisimum Ecclesia filium Sigismundum Romanorum & Hungariae regem illustrē, & dilectos ipsius ecclesie filios promotores & nuncios dictæ synodi ex vna, & procuratores ac oratores charisimorum dictæ Ecclesie filiorum dominorum, Ferdinandi clarae memoria Aragonum & Sicilia regis, tam suo proprio nomine, quam tutorio & tutoris nomine, Ioannis Castelle & Legionis, nec non oratores Nauarra regum, & illustrium & dilectorum eiusdem Ecclesie filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordatis, cuius quidem secundi capituli tenor sequitur sub his verbis: Secundo, quatenus dictæ conuentiōnis, &c. volens in omnibus obseruare dictum capitulum, promittit, ratum habet, securat specialiter, confirmat, & nouiter firmat, & statut, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo plenius continetur. Vlo etiam quarto capitulo incipiente: Quarto, quod per dictum vniōnem concilium, &c. abolit, tollit, & irritat quoscunque processus, sententias, decreta, ordinationes, statuta & pœnas, &c. vt in dicto capitulo continetur, vsque ibi, & quod statuatur. Item statuit, quod nunquam de cetero ratione vel occasione dicti schismatis aut adhesionis dicti domini Benedicti, & sui predecessoris Clemens, possit contra dictos dominos reges, principes, prælatos, & alios de obediencia dicti domini Benedicti quomodoliberat procedi in iudicio, vel extra, vt in fine dicti capituli continetur. Vlo etiam quinto dictorum capitulorum incipiente: Quinto quod per dictum formandum conci-

lum &c. approbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri potest, plenilime confirmat omnes & singulis concessiones, dispensationes & gratias, factas per dominum Benedictum prædictum quibusvis personis sua obedientia de quibusvis dignitatibus, &c. vt in dicto capitulo continetur. Vlo etiam undecimo dictorum capitulorum incipiente: Undecimo, quod dictus dominus rex Romanorum &c. & attento quod dicitur ibi, & quod in prima sessione &c. dicta sancta synodus facit, concedit, statuit, & ordinat in omnibus, & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Quibus sic lectis & completis, reuerendis patres Jacobus Rhodini sedis Apostolicae protonotarius, & Ioannes literarum Apostolicarum corrector, tenens librum Euangeliorum à parte dextra, & à parte sinistra dominus Thomas Polensis dictæ sedis protonotarius, & venerabilis dominus Jacobus Moretus, sacri palati Apostolici causarum auditor, tenentes libros sanctorum Euangeliorum, accesserunt ad dominos in hac sessione praesentes recipientes ab eis iuramenta. Et primo serenissimus D. Sigismundus Romanorum & Hungariae rex, consequenter vero & domini cardinales, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati & ambaſiatores omnia & singula capitula Narbonæ concordata, in omnibus & per omnia obseruare iurauerunt, & quilibet eorum iurauit, ac ea, quantum in eis fuit, receperunt.

Quibus iuramentis sic prælitis, Henricus de Piro promotor nomine præfati serenissimi principis domini Sigismundi surgens, publice dixit & inquisuit: Si aliquis efficeret in prædicta sessione, qui haberet mandatum sufficiens illustris principis comitis Armeniaci, quod illud exhiberet. Cancellarius autem studii Parisiensis surgens dixit, ambaſiatores Christianissimi regis Francorum certa habuisse scripta, quod dictus dominus Comes sequi vellet vestigia prædicti domini regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo supra dixit: Ex quo non apparere mandatum sufficiens pro ipso domino comite, nullo modo per iuramentum supra per eum præstitum, ad obseruationem dictorum capitulorum in Narbona concordatorum, quod præstatum dominum comitem Armeniaci, vellet arctari, publice & solenniter fuit protestatus.

His autem sic peractis, præfatus Archiepiscopus Mediolanensis legit quandam papyri schedulam tenoris subsequens:

Iam domini Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii prælati ambaſiatores dominorum regum & principum, & alii in dicto concilio existentes, & singulare personæ & tanquam personæ suffulta ad hoc sufficienti potestate, iurent, prout sufficienter in dicto II. capitulo continetur.

Quæ prædicta omnia & singula, intelligantur & locum habcant, retento tenore omnium & singulorum capitulorum prædictorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum singulis dictæ synodus stare intendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere.

Ad quæ omnia & singula dominus episcopus Ostiensis vice cancellarius, & huius sessionis præfensus, nomine totius concilii respondit per verbum, Placet.

Subsequenter dominus & frater Ludouicus de Valle Oleti prædictus, existens in amboꝝ, legit schedulam sequentem:

Schedula approbationis capitulorum Narbonæ, facta per oratores regis Castelle.

Nos Didacus Conchenis Episcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala maior præfetus Guipusťa, serenissimi domini regis Castelle consiliarii, Ioannes Episcopus Pacen. Martinus Ferdinandi domicellorum præses, Ferdinandus Martini de Clauilos Segobieni. & Didacus Ferdinandi Palentineñ. eccliarum decani, decretorum doctores, frater Ludouicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorum in Theologia magister Parisiensis. Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctoꝝ, oratores & procuratores serenissimi D. Ioannis Castelle regis ac Legionis, ac serenissima domina regina Matris & tutricis eiusdem regnum gubernatrix, hic præsentes & personaliter constituti, dictis

Conſtantien. conc. ſeff. 20.

Conſtantien. conc. ſeff. 20.

nominibus quibus validius & efficacius possumus, inre videlicet forma, modo, via, causa melioribus omnia & singula decreta, statuta, protestationes per sacrofanciam & generalis synodus Constantien, nunc facta & edita, & quae nunc sunt seriosus lecta, ipsa habentes pro sufficienter expressis & reperitis solenniter, vice & nomine regis & reginae nostrorum praefatorum omnium regnum & terrarum suarum acceptamus, approbamus, assentimus, & solenniter affirmamus. Et similiter sicut ipsa sancta synodus protestata est, quod non velit recedere a capitulis in dicta cunctate Narbonen, concordatis, ita & nos dicitis nominibus solenniter protestamur. Ad qua tunc reuerendissimus pater & dominus Episcopus Ostiensis huius sessionis praefidens, nomine totius synodi respondit, Placet. Et consequenter praefatus Archicopius Mediolanensis, legir decretum tenoris infra scripti:

Quod non obstantibus iuramentis, licuit ab eius obedientia recedere.

Sacrofancia generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, pro bono unionis Ecclesiae & sacrofancie auctore Deo feliciter consummata, considerans quod per charissimam ecclesiam filiam Catharinam reginam illustrem, charissimi ipsius ecclesiae filii Ioannis regis Castellae & Legionis matrem atque tutricem, regnorumque & terrarum illius gubernatricem, atque per nonnullos prelatos, barones & notabiles personas regnum & terrarum regis praefati, requisita & praefixa fuerunt iuramenta & promissiones de non recedendo ab obedientia domini Petri de Luna, Benedicti decimotertii a nonnullis sicut nuncupati, sub certis formis, de quibus iam & instrumentis inde consecatis latius continetur, que quidem acta & instrumenta, & alias quascunque probationes praeditorum, praefata synodus de ipsis plene certificata, vult hic habere pro sufficienter expressis: quodque huiusmodi iuramenta & promissiones requisita & praefixa fuerunt impedimentum praefatae unionis, propter quae & illa nulla & irrita esse consentur: statuit, decernit, atque declarat, praefata omnia iuramenta & promissiones, ac omnia & singula inde secuta, fuisse & esse cassa, irrita & nulla, nulliusque efficacia, roboris vel momenti. Et nihilominus ad cautelam quatenus de facto processerunt, ea relaxat & cassat, irritat ac reuocat, declarans praefatos (vt premittitur) iurantes & promittentes, ad obseruantiam predictorum minime teneri & obligari. Quo decreto lecto, fuit per dictum dominum praesidentem nomine totius synodi responsum, per verbum, Placet. Et depositus frater Ludouicus legit, vt sequitur:

Schedula subtractionis obedientiae confirmationis, per unum de ambasatoribus regis Castellae lecta.

Nos Didacus &c. ambasatores & procuratores praefati, nomine procuratorio quo supra, confirmamus, & etiam approbamus subtractionem obedientiae dudum factam in Perpiniano domino papae Benedicto decimotertio, per felicis memorie dominum Ferdinandum Aragonum & Sicilię regem, nomine serenissimi regis Castellae & Legionis domini nostri, & per suas literas, sicut in eisdem latius continentur: etiam ex superabundanti cautela eam, nomine quod supra, de novo facimus, sicut in dictis literis continetur, & alio meliori & firmiori modo quo fieri potest & debet, de quo offerimus *literas praefati domini regis & matris in valida & expedienti forma daturos. Deinde dominus Petrus de Grado, vnu etiam de ambasatoribus regis Castellae & Legionis praedicti, quandam schedulam subtractionis obedientiae per prefatum regem dicto Benedicto in Castella *factam, in vulgari Castellano scriptam, publice legit. Et quia à multis non intelligebatur, praesentibus igitur non est inserta. Deinde frater Ludouicus praefatus solenniter fecit collationem, & facta collatione, pro complemento huius sessionis reuerendissimus pater D. Ioannes patriarcha Antiochenus Missam de Spiritu sancto celebrauit.

fot. * nos
literas

fot. * facta

SESSIO XXXVI.

A Nuo à nativitate Domini millesimo quadrageentesimo decimo septimo, die vero Iouis vigesima secunda mensis Iulii, fuit celebrata sessio generalis in maiori Ecclesia Constantiensi. Pro cuius introductione reuerendissimus pater Episcopus Attrebatensis missam de sancto Spiritu celebrauit, praesidebatque in eadem sessione dominus reuerendissimus Episcopus Ostiensis, sancte Romanae Ecclesiae cardinalis & vice cancellarius: & lector litanii, aliquis deuotis orationibus solitus, D. Antonius Episcopus Concordiensis legit quandam citationem contra Petrum de Luna factam, ad audiendum se priuari & sententiam ferri, cuius tenor sequitur:

Sacrofancia generalis synodus Constantiensis, venerabilibus fratribus Henrico Feltrensi, Stephano Dolensi, Ioanni Pacensi, Iacobo Placentino & patrificio Carthaginensi Episcopis salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Frustra iudicium cognoscendo geritur, nisi quod cognitum est, iudicali calculo terminetur. Cum itaque eadem sancta synodus de meritis causa inquisitionis & pendentis, coram eadem sancta synodo contra Petrum de Luna, à quibusdam Benedictum decimum tertium nuncupatum, plene cognoverit, & in eadem causa ad omnes actus & terminos requisitos, rite & canonice pcesserit, decernit & mandat eadem sancta synodus, eundem Petrum de Luna, Benedictum decimum tertium (vt premittitur) nuncupatum, citari publice in valuis ecclesiae Constantien, alta & intelligibili voce dum in eadem Ecclesia diuina* celebrantur officia, & cum affixione praesentium literarum eisdem valuis, cum de praesenti audientia literarum contradictriarum minime teneatur, atque citat peremptorie & uno edito peremptorio pro omnibus, ad diem Lunæ 26. huius mensis Iulii ad comparendum in Ecclesia Constantiensi mane, hora qua dicta sancta synodus sedebit, & sedere co-suevit, ad audiendum ius & diffinitiuam sententiam per eandem synodum proferri, & pronunciari in causa praedicta. Quo circa paternitatibus vestris eadē sancta synodus mandat & committit quatenus vos aut duo vestrum, vocatis ad hoc aliquibus ex notariis & scribis in dicta causa deputatis, vel aliis, presentis citationis literas in valuis eiusdem ecclesiae per alterum ex dictis notariis, vobis aut duobus vestrum presentibus, publice alta voce & intelligibili legi faciat, ac eundem Petrum de Luna, Benedictum decimum tertium (vt premittitur) nuncupatum, in forma pramissa citari, literis; praesentes eisdem valuis affigi, ita quod citatio huiusmodi veniat in publicam vocationem, & eidem sacrae synodo tempore sessionis proxime futura, de gestis per vos in praemissis faciat relationem fidelem. Datum Constantiae, praefata synodo sedente in dicta Constantiensi ecclesia, vnde decimo calendis Augusti, anno nativitatis Domini millesimo quadrageentesimo decimo septimo.

Lecta autem praescripta citatione, idem dominus Antonius adhuc in ambo existens, de mandato sancte synodi dixit in effectu: Ne propter festum hodiernū, quod tamen in corpore iuriis minime reperitur, aliqui dubarent praesentem diem feriata esse, tunc ipsa sancta synodus praedicta omnem in praemissis supplet defectum, si interuenient. Super huiusmodi lectis & propositis D. Ostiensis huiusmodi sessionis praefidens, nomine concilii respondit per verbum, Placet.

Quibus sic factis, reuerendi patres Stephanus Dolensis & Henricus Feltrensi episcopi, vna cum notariis praesentis causae, ad tres ianuas maioris ecclesiae Constantiensis accesserunt, & in ipsarum qualibet supradictam citationem infra missarum solennia per Ioannem Guiardi praesentis causa notarium, alta voce legi fecerunt, dictumque Petrum de Luna, Benedictum decimum tertium à quibusdam nuncupatum, iuxtra tenorem citationis citarunt, & citari fecerunt.

Lecta vero huiusmodi citatione, vt premittitur, ipsi eandem citationem per bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum vnam affigi per eundem Ioannem Guiardi fecerunt, super quibus lectio & affixione ipsi commissarii petierunt fieri instrumentum ac instrumenta.

Deinde

Deinde venerabilis vir Petrus de Lomburga licentiatus decretorum, in ambo ad hoc ordinato existens, legit decretum sequentis tenoris.

Decretum cassationis paenarum factarum per Petrum de Luna, vi-gore cuiusdam constitutionis pro ambasatoribus regis Castella.

Sacrofancia generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam representans, ex certis & iustissimis causis ad hoc eandem synodus mouentibus & inducentibus, annular, irritat, atque cassat, irritaque, nullas & cassas esse decernit atque declarat omnes priuationes sive paenae, aut priuationum sive paenarum declarationes, per dominum Benedictum decimum tertium in sua obedientia nuncupatum, à die nona mensis * Novembri anni à nativitate Domini millesimi quadrageentesimi decimiquinti citra factas, promulgatas, fulminatas seu pronunciatas, tam virtute cuiusdam praeterea constitutionis per eundem dominum Benedictum dudu promulgata, sub dato, Massilia apud sanctum Victorem, decimotertio Calendas Iunii, pontificatus sui anno decimotertio, quae incipit, Benedictus episcopus feriorum sacerdotum, ad futuram & perpetuam rei memoriam, In diem successus crescente malitia sic videmus mundum, &c. quam ex quacunque alia causa, occasione, colore aut ratione priuationis sive paenae, aut declarationis praedicta fuerint de beneficiis ecclesiasticis, dignitatibus, feudis, iuribus, statibus, honoribus, sive de quibuscumque alius rebus temporalibus sive spiritualibus, & de quibuscumque personis regularibus aut secularibus, regibus sive principibus, archiepiscopis, episcopis, & aliis Ecclesiarum pralatis, magistris ordinum, communitatibus, congregationibus, collegiis, vniuersitatibus, & quibuscumque alius personis laicis sive ecclesiasticis, omnesque alios processus excommunicationis, aut interdicti, sive suspensionis, aut cuiuscumque tenoris sententias super huiusmodi priuationibus aut paenis factas, promulgatos seu promulgatas, & omnia inde vel ob id facta, vna cum eadem constitutione, & eandem tanquam contrariam & impediriā vnonis sancte matris Ecclesiae, simili modo irritat atque cassat, & irritas sive irrita effecit decernit atque declarat, etiam si super pramissis, vel aliquo praemissorum apparet quacunque litera sive bullæ sub anteriori data, quae tam ante diem praedictum non fuerint plenariae executioni mandata. Et nihilominus ad cautelam absoluit, & absolutos * decernit omnes & singulos supradictos, & quocumque alios à predictis sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti, seu priuationis (si quas virtute dictæ constitutionis, vel alias quocumque modo ex superdictis causis & aliis in praedicta constitutione contentis, contrarerint) nec non omnes processus tam super proprietate quam possessione, priuationes etiam beneficiorum que possidebant, & collationes de eisdem alis factas, aut excommunicationis, suspensionis, vel quascumque alias sententias in feo contra venerabiles fratres & dilectos Ecclesiae filios, Didacum Conchensem episcopum, nobilis virum Ferdinandum Petri de Ayala militem, charissimi Ecclesiae filii Ioannis regis Castellae & Legionis consiliarios, Ioannem episcopum Pacensem, & Martinum Ferdinandum militem, praepositum domicellorum dicti regis Castellae & Legionis, & religiosum virum fratrem Ferdinandum de Ileitis ordinis Minorum, eiusdem regis consiliarium, Ferdinandum Martini Segobiensis, & Didacum Ferdinandi Palentinensis Ecclesiarum Decanos & decretorum doctores, fratrem Ludouicu de Valle Oleti in Theologia magistrum Parisiensem, & Ioannem Ferdinandum de Rupe flore decretorum doctorem, ambasatores & procuratores prefati regis Castellae, & Petrum Ferdinandi archidiaconum de Grado in Ecclesia Oneten, ipsius Regis secretarium, consanguineos & familiares eorum à die prima mensis Aprilis anno Domini millesimo quadrageentesimo * decimquinto, citra factos & promulgatos, irritat, cassat, irrita atque cassas esse denunciat, statuitque & decernit ambasatores predictos, eos sanguineos, nec non eorum familiares, &c. perinde ad statum pristinum reducendos,

ac si priuationes, collationes, processus & alia secentiae predictae minime fuissent late, siue aut promulgatae, erit si super processibus, priuationibus aut collationibus vel sententis praedictis aliquæ literæ vel bullæ appareant sub anteriori data, quæ tamen ante diem praedictam non fuerint in partibus praesentatae, & plenarie executioni demandatae. Eadem quoque sancta synodus omnes priuationes, promotiones & translationes de quibuscumque ecclesiis cathedralibus sive collegiatis, & generaliter omnes concessiones beneficiorum seu dignitatum quarumcunque, etiam per priuationes dominorum Cardinalium sancta Romana Ecclesia per praefatum dominum Benedictum sic (vt premittitur) nuncupatum factas, aut morte, cessione, vel quoniam alio modo vacantium, omnesque singulas concessiones, gratias, dispensationes tam super matrimonii contrahendis, quam etiam super beneficiis & quibuscumque aliis regibus, principibus aut praelatis, seu etiam quibuscumque alius personis, communitatibus & collegiis, & generaliter omnia a eundem dominum Benedictum sic nuncupatum, infra limites seu dominia aut terras praefati charismi ecclesie filii Ioannis regis Castellae & Legionis subiectas aut subiecta, vsque ad diem decimam etiam mensis Iunii tunc currentis, acta, concessa & dispensata, quæ per prefessum decretum non sint aut fuerint cassata, cassaque denunciata, super quibus bullæ seu quæcumque alia literæ ante diem praedictum non fuerint confectæ, praesentatae & executa, pro bono quietis & pacis laudat, approbat, & confirmat, atque approbata & laudata esse declarat, ita tamen, q; per approbationem seu confirmationem praedictas nullum praividicium sive charissimo ecclesiae filio Alfonso Aragonum regi illustri, nec ipsius regis matri, uxori ac fratribus, vel familiaribus sive consiliariis aliqui corum, nec contra eorum aliquem valeat in iudicio vel extra praefata confirmatione vel approbatio allegari. Vult etiam eadem sancta synodus atq; statuit, quod per præmissum charissimo ecclesiae filio Carolo Nauarra regi, liberisne eius, aut magistro hospitali & conuentu Rhodi nullum praividicium generetur: hoc tamen declarato & intellecto, q; si ab aliquibus praelatis, magisteriis ordinum, communitatibus, congregationibus, collegiis, vniuersitatibus, & quibuscumque alius personis laicis sive ecclesiasticis, omnesque alios processus excommunicationis, aut interdicti, sive suspensionis, aut cuiuscumque tenoris sententias super huiusmodi priuationibus aut paenis factas, promulgatos seu promulgatas, & omnia inde vel ob id facta, vna cum eadem constitutione, & eandem tanquam contrariam & impediriā vnonis sancte matris Ecclesiae, simili modo irritat atque cassat, & irritas sive irrita effecit decernit atque declarat, etiam si super pramissis, vel aliquo praemissorum apparet quacunque litera sive bullæ sub anteriori data, quæ tam ante diem praedictum non fuerint plenariae executioni mandatae. Et nihilominus ad cautelam absoluit, & absolutos * decernit omnes & singulos supradictos, & quocumque alios à predictis sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti, seu priuationis (si quas virtute dictæ constitutionis, vel alias quocumque modo ex superdictis causis & aliis in praedicta constitutione contentis, contrarerint) nec non omnes processus tam super proprietate quam possessione, priuationes etiam beneficiorum que possidebant, & collationes de eisdem alis factas, aut excommunicationis, suspensionis, vel quascumque alias sententias in feo contra venerabiles fratres & dilectos Ecclesiae filios, Didacum Conchensem episcopum, nobilis virum Ferdinandum Petri de Ayala militem, charissimi Ecclesiae filii Ioannis regis Castellae & Legionis consiliarios, Ioannem episcopum Pacensem, & Martinum Ferdinandum militem, praepositum domicellorum dicti regis Castellae & Legionis, & religiosum virum fratrem Ferdinandum de Ileitis ordinis Minorum, eiusdem regis consiliarium, Ferdinandum Martini Segobiensis, & Didacum Ferdinandi Palentinensis Ecclesiarum Decanos & decretorum doctores, fratrem Ludouicu de Valle Oleti in Theologia magistrum Parisiensem, & Ioannem Ferdinandum de Rupe flore decretorum doctorem, ambasatores & procuratores prefati regis Castellae, & Petrum Ferdinandi archidiaconum de Grado in Ecclesia Oneten, ipsius Regis secretarium, consanguineos & familiares eorum à die prima mensis Aprilis anno Domini millesimo quadrageentesimo * decimquinto, citra factos & promulgatos, irritat, cassat, irrita atque cassas esse denunciat, statuitque & decernit ambasatores predictos, eos sanguineos, nec non eorum familiares, &c. perinde ad statum pristinum reducendos,

SESSIO XXXVII.

D ie vigesima sexta supradicti mensis Iulii, Constantiae in Ecclesia maiori loco solito fuit publica sessio solenniter celebrata, pro cuius introductione reuerendissimus pater dominus Guillelmus tituli sancti Marci sancte Romanæ Ecclesiae cardinalis presbyter, missam de Spiritu sancto deuotissime celebrauit. Sessioni autem interfuit sere-nissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Hungariae &c. rex, cum insigniis regalibus & suis nobilibus in eisdem libi seruientibus. Praesidebatque sessioni huiusmodi pontificibus insignitus reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis sancta Romana Ecclesiae Cardinalis & Vice cancellarius. Lectis deinde Litanis aliquis orationibus consuetis, sermonique cuius thema erat, Iustum iudicium iudicare, per reuerendum patrem dominum electum in patriarcham Constantinopolitana finito, contumacia fuit accusata Petri de Luna, non comparentis necq; diffinituam sententiam * auditentis: & inde fiebat relatio executionis citationis in ultima sessione decre-

Ioan. 7.
* senten-tiam ferri curantur

decretē per dominum Henricum Feltrensem Episcopum, vnum de commissariis deputatis pro executione citationis huiusmodi.

Facta autem relatione, ac iterum contumacia ipsius dicti Petri de Luna accusata, reuerendissimi patres domini de comitibus & de Fuxo cardinales, per sanctam synodum ad hoc specialiter deputati, de eiusdem synodi mandato vna cum protonotariis & praesentis causa notariis, & Ioanne Nepper sedis Apostolicae cursore, locum secessionis exentes, accelerunt ad valvas ecclesiae, & ibidem per organum cursoris interdicti praeformatum Petrum de Luna trinacice vocarunt, dicendo: *Est hic Petrus de Luna, ab aliquibus Benedictus decimus tertius nuncupatus, vel aliquis pro eo, qui compareat coram sancta synodo ad audiendum in scriptis ferri sententiam diffinitiū in causa schismatis & haeresis contra eum mota: Ipse autem nec aliquis pro eo comparuit ibidem, aut respondit, de quo fecerunt relationem.*

Facta autem relatione huiusmodi, iterato accusabatur contumacia ipsius Petri de Luna per magistrum Henricum promotorem coacili, instantissime postulando ipsum reputari contumacem. Et tunc dominus Stephanus episcopus Dolensis, quoddam decretum sive quandam schedulam legit in hac verba.

Hac sacrofanta synodus Petrum de Luna, Benedictum tredecimum à nonnullis nuncupatum, legitime citatum, vocatum, non comparentem declarat & reputat contumacem, decernitque in eius absentia Dei repleta presencia, fore in praesenti causa inquisitionis contra eum coram eadem pendente, per eandem synodum ad diffinitiū in causa sententiam procedendum.

Ista schedula sic lecta, reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis huiusmodi secessio praesidens, nomine ipsius sive per verbum, Placet, respondit. Et ex tunc reuerendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci presbiter cardinalis, quandam diffinitiū sententiae schedulam legit huiusmodi sub tenore.

Sententia contra Benedictum Papam tredecimum in sua obediencia nuncupatum.

De vultu eius hoc iudicium prodecat, qui sedet in throno, & ex eius ore procedit gladius bis acutus, cuius flatera iusta est, & aqua sunt pondera, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, Domini nostri Iesu Christi, Amen.

Iustus est Dominus, & iustitia dilexit, & auctoritate videt vulnus eius. Vultus quidem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Preat, inquit sanctus propheta, memoria illius, qui non est recordatus facere misericordiam, & qui persecutus est hominem inopem & mendicem: quanto magis pereat illius, qui omnes homines & Ecclesiam vniuersalem persecutus est, & perturbauit, Petri de Luna Benedictum tredecimi à nonnullis nuncupati, memoria? Qui quantum in ecclesia Dei vniuersum populum Christianum peccauerit, schismatis & divisionis Ecclesiae fouens, nutritius atque continuans: quantis, quamque frequentibus, deuotis & humilibus Regum, principum & prelatorum precibus, exhortationibus & requisitionibus charitatis iuxta doctrinam Evangelicam admonitus fuerit, ut pacem daret ecclesiae, & illius sanaret vulnera, ac eius partes diuinas in una compaginet & corpus vnum reficeret, quemadmodum ipse iuraverat, & diu fuit in sua potestate, quos tamen charitatibus corripientes nullatenus voluit exaudire, quot sint postmodum testes adhibiti, quibus etiam minime exauditis, neceſſe fuit secundum predictam Christi Evangelicam doctrinam dicere ecclesiae: quam quia etiam non audiret, habendus sit ranquam ethicus & publicanus: capitula in causa inquisitionis fidei & schismatis coram praesenti sancta synodo generali super premis & aliis contra eum edita, ac eorum veritas & notorietas, declarant manifeste. Super quibus rite ac canonice processo, & omnibus rite actis & diligenter inspectis, habitaque superillis deliberatione matra, eadem sancta synodus generalis vniuersalem Ecclesiam representans, in dicta inquisitionis causa pro tribunali sedens, pronunciat, decernit & declarat per hanc diffiniti-

Psal. 16.
Apoc. 21.
Ibid. 19.
Leuit. 19.

Psal. 10.
Ibid. 33.

Psal. 108.

Math. 18.
Luc. 17.

Math. 18.

uani sententiam in his scriptis, eundem Petrum de Luna: Benedictum decimun tercium (vt premititur) nuncupatum, fuisse & esse perirum, vniuersalis ecclesie scandalizatorem, fauorem & nutritorem inueteratī schismatis & inueterata scissura & divisionis ecclesiae sancte Dei, pacis & unionis eiusdem ecclesiae impeditorem & turbatorem, schismaticum & hereticum, ac à fide deuum, & articuli fidei, vnam sanctam Catholicam ecclesiam, violatorem pertinacem, cum scandalum Ecclesiae Dei incorrigibilem, notoriū & manifestū, ac omni titulo, gradu, honore, & dignitate sc̄ rediditī indignum, à Deo cieclum & precisum, & omni iure eidem in papatu & Romano pontifici ac Romanę Ecclesiae quomodo liber competente, ipso irre priatum, & ab ecclesia Catholica tanquam membrum aridum præcūsum. Idipsumque Petrum, quatenus de facto papatum secundum se tener, eadem sancta synodus papatu & summo Ecclesiae Romanae pontificio, omnī titulo, gradu, honore, dignitate, beneficiis & officiis quibusunque ad omnem cautelam priuat, deponit, & abicit, eidemque inhibet, ne deinceps pro papa aut Romano & summo pontifice se gerat. Omnesque Christicolas ab eius obedientia & omni debito obedientia ipsius atq; iuramentis & obligationibus eidem quomodo libet præstis, absolvit, & absolutorum esse declarat, ac omnibus & singulis Christifidelibus inhibet sub pena fautoris schismatis & haeresis atque priuationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum ecclesiasticorum & mundanorum & alii pœnis iuris, etiam si episcopalis & patriarchalis, cardinalatus, regalis sit dignitatis aut imperialis, quibus si contra hanc inhibitionem fecerint, sint autoritate huius decretac sententiae ipso facto priuati, & alias iuris incurrant pœnas, ne eidem Petro de Luna schismatico & haeretico incorrigibili, notoriū declarato & deposito, tanquam Papa obdiant, pareant, vel intendant, aut eum quoquis modo contra præmissa sustineant, vel receptent, sibiique praesent auxilium, consilium vel fauorem.

Declarat insuper, & decernit omnes & singulas inhibitiones, omnesque processus & sententias, constitutiones & censuras, & alia quacunque, per ipsum factos, factas, & facta, quae possent præmissis obnire, irritos, irritas, irrita, atque irritat, reuocat, & annullat: ceteraque pœnis, quas in præmissis casibus iura statuant, semper salvi.

Hac schedula sive sententia lecta, predictus Stephanus episcopus Dolensis, ex parte ipsius sive per effectu: Quamvis in processu cause huiusmodi nullus posset defectus allegari, tamen sancta synodus predicta ad superabundantem cautelam omnes supplet defectus, si qui interuenient. Ad que omnia & singula dominus presidens nomine rotius Concilii respondit, Placet.

SESSIO XXXVII.

De mercurii vigesimo octava supradicti mensis Iulii, Constantia in ecclesia maiori fuit sessio publica solenniter celebrata. Et reuerendus pater dominus Nicolaus Altilianensis, Missam de beata Virgine Maria celebrauit: reuerendus vero pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis, sancta Romana ecclesia Cardinalis & Vicenciararius huiusmodi secessio praesedit: & Litanis & aliis orationibus & solemnitatibus solitis lectis atque peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lomburga, legit quadam decreta tenoris sub sequentis.

Decretum, irritans pœnas latas contra ambasatores infantis Henrici.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, ex certis & instansim causis eandem sanctam synodum mouentibus, nuper omnes processus tam super proprietate quam possessione, priuationes etiam beneficiorum quae possidebant, & collationes alias de eisdem factas, aut excommunicationis vel suspensionis vel quacunque alias sententias, in seu contra venerabiles fratres & dilectos ecclesiae filios ambasatores & procuratores charissimi ecclesiae filii Ioannis regis Castellæ, consanguineos & familiares eorum, à die

primo

primo mensis Apilis anni Domini millesimi quadragesimi decimisexti, circa factas aut promulgatas, irritauit & cassavit, irritauit & cassavit denuntiavit: statuitque & decreuit ambasatores predictos, consanguineos vel familiares ipsorum, perinde ad statum pristinum reducendos, ac si priuationes, collationes, processus & aliae sententiae predictæ, late aut pronulgatae minime fuissent, etiam si super processibus, prouisionibus ac collationibus & sententias predictis aliqua bullæ fine literæ apparent sub anteriori data, que tamen ante diem predictam non fuerant in partibus presentatae, & plenarie executioni demandatae.

Volens itaque eadem sancta synodus ex similibus causis mota, dilectos ecclesiae filios Vitalem de Scoto commendatorem de Caranaqua, & fratrem Ioannem de S. Iacobino ordinis fratrum minorum, in Theologia magistrum, & Barsiam de Vergara militem ordinis sancti Iacobi de Spata, ac Ioannem Alphonsi baccalaureum in decretis, ambasatores & procuratores dilecti Ecclesiae filii illustris Henrici Infantis Aragonia, Siciliae, &c. ac dicti ordinis sancti Iacobi de Spata magistri, simili fauore prosequi, ac eadem, quo ad præmissa, prærogativa gaudere, statutum & decretem, irritations & castigations predictas ad prefatos ambasatores predictorum Infantis Henrici & Magistri, & ad consanguineos & familiares ipsorum, decernit perinde extendi, ac si in supradicto decreto aut statuto fuissent vna cum predictis ambasatoribus regis Castellæ ac specialiter nominati.

Decretum revocationis vocum, ambasatoribus regis Aragonum concessarum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis. Cum nuper in capitulis Narbona concordatis inter cetera cauta fuit, quod non ordinarentur, statuerunt, vel fierent alia directe vel indirecte concientia aut tangencia dominos reges, principes, prelatos & alios de obedientia Petri de Luna, olim Benedicti decimus tertius nuncupati, vel aliquem ipsorum, & post per hanc synodum concessum fuerit ambasatoribus & oratoribus charissimi ecclesiae filii regis Aragonum presentibus runc & aliis venturis, etiam per modum conuentiones & pacti, quod dicti oratores in natione Hispanica hoc durante concilio haberent vocem tantæ virtutis & autoritatis, quanta essent voices omnium prælatorum & ecclesiasticarum personarum regnum & terrarum dicti regis, quæ possiderit circa & ultra mare, quæ ad generale Concilium sunt assuetas vocari, cum protestatione tamen hinc inde facta, quod præmissa intelligerentur concessa sine preiudicio dictorum capitulorum, prout in decreto defuerit consecro latius continetur. Verum cum ambasatores charissimi ecclesiae filii regis Portugaliæ illustris, publice concessionem huiusmodi se opposuerint, & cum de huiusmodi concessione tractaretur & timeretur, quod adueniaturibus ambasatoribus charissimi ecclesiae filii regis Castellæ, ipsi verisimiliter de huiusmodi concessione sine decreto turbarentur & conquererentur, prout iam super hoc grauem exposuere querelâ, afferentes huiusmodi concessionis obscurantiam in eorum rendere lesionem, ac sui honoris non modicum prædicandum, & fore contra capitula predicta concordata: pendenteque huiusmodi tractatu, præfati ambasatores regis Aragonum leprosi in effectu dixerunt, & afferuerunt, quod dictos ambasatores regis Castellæ redderent contentos, & cum eisdem super hoc bene concordarent, & contra eorum voluntates dictis vocibus vt nollent: propter hoc & rationabiles alias causas, attento etiam quod ex hac quæstione agenda in hac synodo differi & impedi possent, prout haec tenus nonnulla bonum uniuersi ecclesie concernientia, retardata & dilata fuerint: eademque sancta synodus volens omnibus & per omnia eisdem capitulis inherere, & vnuquemque in sua iustitia confouere, pro bono pacis & concordia partium predictarum ac nationis Hispanicae & suppositorum eiusdem, ex certa scientia decernit & declarat, quod ambasatores regis Aragonum prædictis vocibus prælatorum, & aliorum absentium ille fuisset deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreviationem per annos ante præfixum terminum teneat summus pontifex legitimate & solenni-

Constan.
conc. sess.
20. 6. 2.

Constan.
conc. sess.
20. titulo,
Concilio
voeū am-
basato-
rum, &c.

Constan.
conc. fol.
36.

nullo modo possint, nec debeat in natione Hispanica superdicta, sed quod singulæ ambasiate regum Castellæ, Aragonia, Portugallia, & Navarra, habeant & repræsentent in natione predicta voces omnium prælatorum & aliorum absentium, qui consueuerant ad concilium euocari solum, & regnum duntaxat & dominiorum suorum, que habent in Hispania natione.

Quo lecto decreto, Sperans in Deo, unus de ambasatoribus regis Aragonum, in medio surgens, dictumque decretum in nationibus non fuisse positum allegans, de nullitate ipsius decreti fuit protestatus: & expoit nationum quatuor presidentes expresse dixerunt, & rerulerunt, huiusmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipsius nationibus placuisse vt legeretur. Et tunc reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Orléans, huiusmodi secessio praesedit. Lectisque litanis & aliis deuotis orationibus legi solitis, cum Evangelio secundum Lucam, Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, reuerendissimus pater dominus Bartholomaeus Archiepiscopus Mediolanensis ambonem ascendit, legit, & publicauit decreta, quæ sequuntur.

SESSIO XXXIX.

A Nno à nativitate Domini millesimo quadragesimeti anno decimo septimo, indictione decima, die vero Sabati nona mensis Octobris, Constantia in Ecclesia maiori in loco solito fuit tenta & celebrata sessio publica, in qua reuerendissimus pater dominus Archiepiscopus Viennensis Misam de Spiritu sancto celebrauit, reuerendissimus vero pater & dominus, dominus Ioannes Episcopus Ostiensis, sancta Romana Ecclesiae cardinalis & vicecancellarius, huiusmodi secessio praesedit. Lectisque litanis & aliis deuotis orationibus legi solitis, cum Evangelio secundum Lucam, Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, reuerendissimus pater dominus Bartholomaeus Archiepiscopus Mediolanensis ambonem ascendit, legit, & publicauit decreta, quæ sequuntur.

De conciliis generalibus, & prouisione erga futura schismata.

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri Dominicana cultura est præcipua, quæ vepres, spinas & tribulos hæresim & errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimam fertilitatis adducit. Illorum vero neglectus, præmissa disseminat atque fonet: haec præteriorum temporum recordatio & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuo sanctum, decernimus & ordinamus, vt amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum à fine huius concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero à fine illius immediate sequentis concilii in seppennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentrur, in locis quæ summis pontifex per mensim ante finem cuiuslibet concilii, approbante & consentiente concilio, vel in eius defecatum, ipsi concilium depurare & assignare teneatur, vt sic per quandam continuationem semper, aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum licet summo pontifici de fratribus suorum partium predictarum concordia: pendenteque huiusmodi tractatu, præfati ambasatores regis Aragonum leprosi in effectu dixerunt, & afferuerunt, quod dictos ambasatores regis Castellæ redderent contentos, & cum eisdem super hoc bene concordarent, & contra eorum voluntates dictis vocibus vt nollent: propter hoc & rationabiles alias causas, attento etiam quod ex hac quæstione agenda in hac synodo differi & impedi possent, prout haec tenus nonnulla bonum uniuersi ecclesie concernientia, retardata & dilata fuerint: eademque sancta synodus volens omnibus & per omnia eisdem capitulis inherere, & vnuquemque in sua iustitia confouere, pro bono pacis & concordia partium predictarum ac nationis Hispanicae & suppositorum eiusdem, ex certa scientia decernit & declarat, quod ambasatores regis Aragonum prædictis vocibus prælatorum, & aliorum absentium ille fuisset deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreviationem per annos ante præfixum terminum teneat summus pontifex legitimate & solenni-

* Hispania

Luc. 6.

Concilia
generalia
post Con-
stantiense
certis tem-
porib⁹ ce-
lebranda.

ter pu-

ter publicare & intimare, vt ad ipsum concilium celebrandum prædicti possint statuto termino conuenire.

Prouisio aduersus schismata futura.

Sivero (quod absit) in futurum schisma buri continget, ita quod duo vel plures pro summis pontificibus se gerent, à die qua ipsi dū vel plures insignia pontificatus publice assūmperint, seu inimilitare cœperint, intelligatur ipso iure terminus concilii tunc forte ultra annū pendens, ad annum proximum abbreviatus. Ad quod omnes prelati & ceteri qui ad concilium ire tenentur, sub pena iuris & aliis per concilium imponendis, absque alia vocatio ne conuenient, nec non Imperator, ceterique Reges & Princes vel personaliter, vel per folentes nuncios, tanquam ad commune incendium extinguendum per visceram misericordiae Domini nostri Iesu Christi ex nunc exhortati, concurrant, & quilibet ipsorum pro Romano pontifice gerentem infra mensem à die qua scientiam habere potuit, alium vel alias assūmptissimam papatum insignia, vel in papatu administrasse, teneantur sub intermissione maledictionis aeternae, & amissione iuris, si quod forte sibi quāsumum est in papatu, quam ipso facto incurat, & ultra hoc ad quaslibet dignitates aeternae & passione sit inhabilis, concilium ipsum ad terminum anni prædictum in loco depurato prius indicere, & publicare ad celebrandum, & per suas literas competitoribus vel cōpetitoribus ipsum vel ipsos prouocando ad causam, & ceteris pralatis, ac principibus, quantum in eo fuerit, intimare, nec non termino præfixo neglexerint) item ditimat, atque causam diffiniat, ac culpabiles in schismate procurando seu nutriendo, vel in administrando seu obediendo, & administrantibus fauendo, seu contra interdictū superius eligendo, vel calumniose allegando metum, etiam ultra prædictas penas, cuiuscunque status, gradus aut preeminentia existant, ecclesiastica vel mundana, sicut puniat, vt vindicta rigor luceat ceteris in exemplum. Vt autem metus seu impressionis molestia in electione Papæ eo formidolosius evenerit, quanto terminata fuerit, quomodo libet à quoquā sub pena fautoria schismatis obediatur. Quod si forte electionem Romani pontificis per metū (qui caderet in constantem virum) seu impressionem de cetero fieri continetur, ipsum decernimus nullius efficaciam vel momenti, nec posse per se cōfitemendum, etiam metu prædicto cefante, ratificari vel approbari: non tamen licet cardinalibus ad aliam electionem procedere, nisi ille sic electus forte renunciet, vel decedat, donec per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum. Et si procedant, nulla sit electio ipso iure, sicut secundo eligentes & electus (sive papatu se ingesserit) omni dignitate & statu etiam cardinalatus & pontificali ipso iure priuati, & inhabiles de carero ad eisdem, ac etiam ad papalem. Nec etiam in aliquo eidem secundo electo, vt Papæ, sub pena fautoria schismatis obediatur quoquo modo: & eo casu concilium de electione Papa prouideat illa vice, sed liceat, immo teneantur electores omnes, aut maior pars ipsorum, quam cito sine personarum periculo poterunt, (etiam si periculum omnium bonorum immineat) transferre se ad locum tutum, & metum prædictum allegare coram notariis publicis & notabilibus personis ac multitudine populi in loco insigni: ita tamen, quod allegantes metum huiusmodi, habeant in ipsis metus allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metus, & iurare solenniter, quod metus taliter allegatus sit verus, & credunt se ipsum posse probare, & quod per malitiam seu calumniam, huiusmodi metum non proponunt, nec ultra proximum futurum concilium vlo modo possit differri allegatio dicti metus. Teneantur insuper postquam se transtulerint, & metum allegaverint, modo prædicto prouocare sic electum ad concilium, quod concilium si ultra annum pendeat à die prouocationis huiusmodi, intelligatur ad annum, vt supra, ipso iure terminus breuiatus. Et nihilominus electus ipse sub pena prædictis, & cardinales prouocates sub pena amissionis cardinalatus, & omnium beneficiorum suorum, quam ipso facto incurant, infra mensem à die prouocationis concilium ipsum (vt supra dicitur) indicere & publicare, &

Forma de profissione Papæ facienda.

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & sacramentorum ecclesiasticorum obseruandis ritibus allegari. Eapropter, vt in futurum Romanis pontificibus in sua creationis primordiis & singulari splendorie luceat plena fides, statuimus & ordinamus, quod deinceps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequam sua electio publicetur, coram suis electoribus publice confessionem & professionem faciat infra scriptam. In nomine sancte & indiuidue Trinitatis, Patris, & Fi-

lij, & Spiritus sancti, Amen. Anno à nativitate Domini millesimo, &c. ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, unus Ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & B. Petrus Apostolorum principi corde & ore profiteor, quamdiu in fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere sanctam fidem Catholicam, secundum traditiones Apostolorum, generalium Conciliorum, & aliorum sanctorum Patrum, maxime autem sanctorum octo conciliorum viuieris, videlicet primi Niceni, secundi Constantiopolitan, tertij Ephesini, quarti Chalcedonensis, quinti & sexti Constantiopolitanorum, septimi item Niceni, octauo quoque Constantiopolitan, nec non Lateranensis, Lugdunensis, & Viennensis generalium etiam Conciliorum. Eccliam fidem vsque ad unum apicem immutatam seruare, & vsque ad animam & sanguinem confirmare, defendere, & prædicare, ritum quoq; pariter sacramentorum ecclesiasticorum Catholicæ Ecclesie traditum, omnimode profsequi & obseruare. Hanc autem professionem & confessionem meam per notarium scrinariam sancte Romanae Ecclesie me iubente scriptam, propria manu subscriptam, & tibi omnipotenti Deo puramente & deuota conscientia super tali altari, &c. sinceriter offero in praesentia tali, &c. Datum, &c.

SESSIO XL.

Die Sabbati trigesima supradicti mensis Octobris, fuit celebrata generalis sessio in maiori Ecclesia Constantiens. Pro cuius quidem sessionis introductione Reuerendissimus Pater Dominus Iordanus Episcopus Albanensis sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalis, de Virinis vulgariter nuncupatus, Missam de Spiritu sancto celebravit: Reuerendissimus vero Dominus Ioannes Episcopus Ostiensis sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalis & Vicecancellarius, Pontificibus inditus, huiusmodi sessioni præsedidit. Lectisque Litanis & aliis orationibus in sessionibus legi solitis, Reuerendissimus Pater Dominus Guillerius tituli sancti Marci presbyter Cardinalis, quadam decreta publice legit sub his verbis:

Reformationes siendae per Papam una cum Concilio, antequam Concilium dissoluatur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata, viueralam Ecclesiam representans, statuit & decernit, quod futurus Romanus Pontifex per Dei gratiam de proximo assūmendus, cum hoc sacro Concilio vel deputandis per singulas nationes beat reformatum Ecclesiam in capite, & in membris, & curiam Romanam secundum aequitatem, & bonum regimen Ecclesie, antequam hoc Concilium dissoluatur, super materias articulorum alias per nationes in reformatio oblatorum, que sequuntur.

1. Primo, de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium.

2. Item de refectionibns Sedis Apostolicæ.

3. Item de annatis, communibns fertuis & minutis,

4. Item de collationibus beneficiorum & gratiis expectationibus.

5. Item de confirmationibus electionum.

6. Item de causis in Romana curia tractandis, vel non.

7. Item de appellationibus ad Romanam curiam.

8. Item de officiis cancellariae & penitentiarie.

9. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis.

10. Item de commendis.

11. Item de fructibus medi temporis.

12. Item de non alienandis bonis Romanae Ecclesie.

13. Item propter quæ & quomodo Papa possit corrigit & deponi.

14. Item de extirpatione Simoniae.

15. Item de dispensationibus.

16. Item de prouisione Papæ & Cardinalium.

17. Item de Indulgentiis.

18. Item de decimis.

Hoc adiectione, quod facta per nationes deputatione prædicta, liceat alii delicentia Papæ libere ad propria re-meare.

Quod procedatur ad electionem Romani Pontificis, absentia Cardinalem Petri de Luna, non obstante.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, atten-

* Cunel-lis.

dens ea; qua iamdudum Narbona pto vnione Ecclesiae de admittendis in eadem synodo Cardinalibus obedientie Petri de Luna, olim Benedicti decimtertiij in sua obediencia nuncupati, concordata fuerunt, quodq; postnotoriā electionem dicti Petri de Luna, prefati Cardinales dudum secundum eadem concordata ante electionem huiusmodi vocati, infra tres menses & amplius a die electionis praedictae expectati non venerunt, statuit & decernit fore ad electionem Romani Pontificis iuxta decernenda per eandem synodum, eiusdem synodi authoritate procedendum, ipsorum absentia non obstante: quos, sicut consummatam electionem futuri summi Pontificis venerint, & eidem Concilio adhaerent iuxta dispositionem iuris & decernenda per Concilium, vna cum aliis ad electionem praedictam admittendos esse declarat.

De modo & forma eligendi Papam.

Ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, & ad pacem & unitatem vniuersalis Ecclesiae ac totius populi christiani, ut electio futuri Romani & Summi Pontificis proxime celebranda, firmiori authoritate & plurimum roboretur assensu, & ne, attento statu Ecclesiae super dicta electione, in posterum vlla retractio, illusve scrupulus in mentibus hominum residet, sed ex illa sequatur vniuersitas, vera, plenissima & perfecta fidelium: facio sancta synodus Constantiensis, communis utilitate pensata, de speciali & expresso consensu & voluntate concordi sancte Romanæ Ecclesiae Cardinalium in eadem synodo personaliter existentium & collegij eorumdem ac omnium nationum praedictis Conciliis, ordinat, statuit & decernit, quod hac vice duxit ad eligendum Romanum & unum Pontificem, vna cum Cardinalibus sex prelati, vel alia honorabilis persona Ecclesiastica in sacris ordinibus constituta, de qualibet natione in eadem synodo pro tunc existentes, quos seu quas qualibet ipsarum nationum pro se ad hoc infra decem dies eligerit, ipsis Cardinalibus adiungantur. Quibus omnibus eadem Synodus eligendi Romanum Pontificem secundum formam hic expressam (quatenus opus est) tribuit potestatem, videlicet quod ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus Cardinalium in conclave existentium, & à cuiuslibet nationis duabus partibus eidem Cardinalibus adiungendorum & tunc adiunctorum, electus fuerit & receperit: quodque non valeat electio, nec electus pro summo Pontifice habeatur, nisi duæ partes cum Cardinalibus ad eligendum adiungendorum, & tunc adiunctorum, consentiant & consenserint in Romanum Pontificem eligendum. Statuit insuper, ordinat, & decernit, quod vota quorūcunque in electione huiusmodi emittenda, sint nulla, nisi (vt praemittitur) duæ partes Cardinalium, & duæ partes cuiuslibet nationis adiungendorum: & tunc adiunctorum praedictorum, praefatioriter seu per accessionem ipi vnum concurrant. Hoc etiam adiecto, quod pralati & alii cum Cardinalibus ipsi ad electionem huiusmodi adiungendi, & tunc adiuncti, omnes & singulis constitutiones Apostolicas etiam penales, circa electionem Romani Pontificis editas, atque consuetudines obseruari consuetas, quemadmodum ipsi Cardinals obseruare tenentur, & ad illorum obseruantiam adstringantur. Teneantur insuper iurare, & iurent dicti electores, & Cardinals, & alii, antequam ad electionem procedant, quod in huiusmodi electionis negotio attendant, quod eis imminebit (cum de creatione agitur Vicarij Iesu Christi, successoris beati Petri, vniuersalis Rectoris Ecclesiae, gregis Dominicani Directoris) puris & sinceras mentibus, (& quantum credant publica vtilitate vniuersalis Ecclesiae proficer, omni cuiuscunque nationis persona vel alio in ordinato affectu, odio, gracia vel favore abiectis) procedere, ut eorum ministerio de vtili & idoneo vniuersali Ecclesiae pastore prouideatur. Ordinat insuper, statuit & decernit eadem sancta synodus, quod infra decem dies ex nunc continue numerandos, quos decem dies omnibus & singulis sanctæ Romanae Ecclesiae Cardinalibus praesentibus & absentibus, & ceteris electoribus supradictis, attenta Romanae Ecclesiae notoria vaca-

tione, ad intraclaudum conclave in hac Ciuitate Constantieni in maiori domo communiaris eiusdem ciuitatis ad hoc ordinata, praesigit & assignat, prefati electores, Cardinales & alii supradicti intrent ipsius conclave ad electionem huiusmodi celebrandam, ceteraque faciendum, obseruandum, & prosequendum, quemadmodum in ceteris, prater primis, de Cardinalibus, & aliis in electione Romani Pontificis iure statuant & decernunt, quæ omnia; praemissis obseruatib; vule eadem sancta Synodus in suo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, statuit ac decernit pro hac vice, & ad omnem scrupulum submotendum eadem sancta Synodus omnes & singulos in eadem Synodo presentes & venturos, qui eidem synodo adhaerent, ad omnes actus legitimos in eadem synodo agendos, actus & passus (quatenus opus est) habilitat & habiles esse declarat, ceteris cunctis Conciliis decretis semper salutis, supplens omnes defectus (si quis forsan interuenient) in praemissis, Apostolicis etiam & generalibus conciliis editis, & aliis constitutionibus non obstantibus quibuscumque. Quibus decretis sic lectis, Dominus Joannes Episcopus Ostiensis Cardinalis huiusmodi sessionis presidens; ipsius Synodi nomine respondit, Placet.

S E S S I O X L I .

De Luna octaua mensis Nouembris, anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, indictione decima, fuit tenta lessio generalis in maiori Ecclesia Constantiensi. Pro cuius sessionis introductio ne Reuerendissimus Pater Dominus Guillermus rituli sancti Marti, sancta Romana Ecclesia presbyter Cardinalis Milam de spiritu sancto, Serenissimo Principe Domino Sigismundo Romanorum Rege cum insigni regalibus interueniente, deuote celebravit. Et missa finita, Dominus Iacobus Episcopus Laudensis, sollemnem fecit sermonem ad iynodum, afflumens pro themate, Elige meliorem. Reuerendissimus vero Pater Dominus Joannes Episcopus Ostiensis, sancta Romana Ecclesia Cardinalis, huius sessionis praefectus. Litanis igitur lectis, aliquique in sessionibus legi solitis, cum Euangeliō secundum Ioannem, Si diligitis me, mandata mea scrutate: Dominus Petrus de Lomburga licentiatus in decretis, stans in ambone solito, quandam constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ sexti, & alia quæ sequuntur, legit huiusmodi sub nomine.

C O N S T I T U T I O CLEMENTIS P A P A E S E X T I , S P -
per modo & forma tenenda super virtualibus Cardinalium in
conclavi existentium.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Licet in constitutione à felicis recordat. Gregorio Papa decimo praedecessore nostro super electione Romani Pontificis edita in Concilio Lugdunensi, inter cetera caueatur expresse, quod si eundem Pontificem in ciuitate, in qua cum sua curia residebit, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio in quo idem Pontifex habitabat, omnes conueniant, & in eo singuli singulis tantummodo, nisi illi quibus ex patenti necessitate duo permituntur haberi, cōtentis seruientibus clericis vel laicis, (prout elegerint) vnum conclave, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi: Et quod diebus certis, non facta prouisione de Paflore, decursis, panis, vinum & aqua tatum eidem Cardinalibus, donec subsequetur prouisio, ministretur: Quia tamen, sicut frequenti multorum assertione & in Cardinalatu constitutorum perceptimus, non nulli ex Cardinalibus in observatione constitutionis ipsius grauati alias nimitti extiterunt, multi quoque ex ipsius duos in conclavi praedicto habuerint seruientes, non absque scrupulo conscientia propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet, Quibus ex patenti necessitate duo permituntur haberi, in dicta constitutione (vt praemittitur) contentorū, nos prouidere super his cunctibus, ex his & certis aliis causis rationabilibus, quæ nostrum ad id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & etiam ad fratribus nostrorum supplicationem, in

4. Reg. 10.

Ioan. 14.

his prouidimus temperandum, authoritate A postolica statuentes, quod Cardinales postquam conclave huiusmodi seu clausuram pro dicta celebranda electione intrauerint, singuli duos seruientes tantum clericos vel laicos, prouiduissent eligendos, ac etiam singulis præter panem, vinum, & aquam in prandio, & in cena duntaxat vnum ferculum seu missum carniū vnius speciei tantummodo, aut pisces seu ouorum, cum vno potagio de pisibus vel carnibus principaliter non confectis & decentibus falsoamentis habete valeant vltra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus seu electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel saporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit. Licet etiam eis ex decencia honestatis habere in clausura huiusmodi, cum in lectis causa quefendi vel dormiendo esse voluerint duntaxat, intermedia seu velamina suum plenum tantummodo continarum, praedictis & felicis recordationis Clementis Papæ Quinti praedecessoris nostri & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogare nolumus, non obstantibus quibuscumque. Null ergo omnino hominum licet hanc paginam nostra constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Auinione, octauo Idus Decembbris, Pontificatus nostri annodécimo.

Capitula iuranda per electores Romani Pontificis &
cuffodes conclavi.

Ista sunt, quæ Cardinales & alii electores Rom. Pontificis in Concilio generali Constantieni, obseruare, & cuffodes iurare & facere obseruare tenentur, & ad quæ non ultra compelli possint ad cuffodes conclavi.

Primo, quod infra decem dies à die iam lati per Concilium decreti intrent conclave, videlicet hodie Luna octaua mensis Nouembris infra occafum Solis.

Secundo, quod quilibet non habeat vltra clericos vel laicos, quos duxerit eligendos, & simpliciter permittantur duos habere per constitutionem Clemencis Sexti, licet in constitutione, Vbi maius, non liceret habere duos, nisi ex patenti necessitate.

Tertio, quod in conclavi simul inhabitent nullo medio pariete vel alio velamine, nisi quando dormient vel quietescunt, & tunc licet habere intermedia seu velamina duntaxat simplicium continarum, quæ corriua conceduntur per dictam constitutionem Clementis Sexti.

Quarto, ita claudatur conclave, reseruato aditu ad secretam cameram, quod nullus, postquam inclusi fuerint, intraret valeat vel exire. Nullus ad eosdem electores aditus patet, vel facultas secrete loquendi aliquid cum eis, nec ipsi aliquos ad seuenientes admittant, nisi de consensu omnium aliqui pro his quæ ad electionem pertinent, vocarentur.

Quinto, quod nulli licet ad ipsos electores nuntium vel scripturam mittere.

Sexto, quod in ipso conclavi competens sit fenesta, per quam electoribus & seruitoribus vita necessaria ministrantur, per quam tamen nulli patere possit accessus.

Septimo, quod in singulis diebus postquam conclave intrauerint, præter panem, vinum & aquam, in prandio vnum duntaxat ferculum carnium vnius speciei tantum, aut pisces seu ouorum, cum vno potagio de pisibus seu carnibus principaliter non confectis & decentibus falsoamentis habentur, valeant vltra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus seu electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel ad saporem. Et in istis cibis restringitur per Clementem Sextum constitutio, Vbi maius, pro tribus primis diebus, quibus nulla ciborum erat limitatio, & pro sequentibus moderatur.

Octavo, quod est de mente constitutionis, Vbi maius, per Clementinam, Ne Roman, quod nullus intrare compellitur conclave, nisi omnes recularent, quia tunc cogidunt.

Nono, quod volentibus exire permittitur: sed si omnes exirent, Papa non electo, reintrare compellantur, nisi quos excusat infirmitas: sed qui sine causa infirmitatis exierit, amplius non admittitur, nisi omnes (vt praemittitur) exirent.

Decimo, quod exiens pro causa infirmitatis, ac etiam absentes, si superuenient re integræ, videlicet ante quam de Papa sit prouisum, admittantur in conclavi, in statu in quo erit electionis negotium.

Custodes conclavi iurent, quod præmissa omnia sine fraude & dolo in uiolabili faciant obseruari, neque Cardinales, & ceteros electores vltra præmissa coarctabunt, nec permittent, aut aliquatenus sinent per alios coarctari. Item quod eadem de omnes custodes, & maximè qui addentur vltra illos, quibus de iure competit, nominatim deputentur per Concilium, & iurent præmissa. Item videatur, quod si Dominus Rex est præsens, debeat pro sua maiestatis reverentia ab eo sedente in sede sua, per duos Cardinales recipi iuramentum.

Nomina iurandorum.

Fredericus Marchio Brandenburgensis, Guillermus Comes de Hennemberg, Philippus Magister Rhodi, Brorus de la Scala, Dominus Veronensis miles, Iohannes Raymundi Floch Comes de Cardona, Ferdinandus Petrus de Ayala miles de Castella, Martinus Ferdinandi miles, Raymundus * Aymar miles, Bertholdus Comes de Vrsinis, Guntherus Comes de Schwartzburg, Ludovicus Comes de Oettingen, Humbertus de Sabaudia bastardus miles, Hugo Comes de Hawgheberg, Saucius miles, Stanislaus miles, Ambasatores Regis Poloniae. Quibus omnibus sicut lectis, venerabilis & egregius vir D. Petrus * Clantiger decretorum Doctor, omnibus & singulis personis supradictis praesentibus, & intelligentibus, alta voce capitula superdicta per eos iuranda, de verbo ad verbum in Teutoniaco sermone ad intellectum exposuit. Quibus capitulis sic ad intellectum expositis, duo ex Reuerendissimis Dominis Cardinalibus (prout ordinatum fuerat) ad Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Romanorum Regem, in sede sua regia existentem, vna cum libro Euangeliorum & Cruce sancta accesserunt. Ipsius Dominus Sigismundus Romanorum Rex, tactis Cruce & Euangelio praedictis, in manibus dictorum Dominorum Cardinalium praedicta capitula obseruare iuravit. Quo iuramento praefito, omnes & singuli praedicti singulatim ad pedes dicti Domini praedictis accesserunt, ibique tactis corporaliter & Cruce & Euangelio, in manibus eiusdem praedictis (vt praemittitur) dicta capitula firmiter obseruare iuraverunt. Deinde Reuerendus Pater D. Antonius Episcopus Concordiensis, & Ludovicus de Palude Abbas Treuorchiensis pro collegio Cardinalium, Pandulfus protonotarius de Albiano pro Italica, Theobaldus Archiepiscopus Bisuntiensis pro Gallicana, Nicolaus Episcopus Merseburgensis pro Germanica, Petrus Episcopus Olorensis pro Anglicana, Decanus Segobensis pro Hispanica nationibus, pro cuffodia conclavis deputati, in manibus dicti praedictis tactis Cruce & Euangelio praedictis (vt praemittitur) iuraverunt. Quibus iuramentis sic (vt praemittitur) praefiti & receptis, Reuerendus Pater D. Bartholomaeus Archiepiscopus Mediolanensis, legit sequens decretum sub his verbis:

Decretum de electoribus Romani Pontificis pro hac vice.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, exequendo eiusdem synodi ordinationem, decretum & statutum nuper edita super modo & forma electionis hac vice Romani Pontificis, ad eligendum eadem vice Romani Pontificem, adiungit Reuerendissimus in Christo Patribus sanctæ Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ex eorum voluntate & consensu expressis, venerabiles Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum, Ioannem Rigensem Germanicæ, Guillermum Bituricensem Gallicanæ, Nicolaum Gnezensem Polonicæ, Bartholomaeum Mediolanensem Italicae, Iacobum Turonensem Gallicanæ Archiepiscopos, Ricardum Londonensem, Nicolaum Bathoniensem Anglicanæ, Didacum Conchensem, Ioannem Paenensem Hi-

* Aymar.
* Clantiger.

spanicae, Ioannem Gebenhen, Gallicanæ, Francicæ, Melitensem, Henricum Fe trensem Italicæ, Nicolaum Aquen, Hispanicæ, Simonem Tragurientem Germanicæ, Ioan Lichfeldensem, Ioannem Noruicensem Anglicanæ Episcopos, ac dilectos Ecclesiæ filios Iacobum Pennensem electum Italicæ, Robertum Cluniacensem Gallicanæ, Thomam sanctæ Mariæ *Eboracensem Anglicanæ monasteriorum Abbates, Leonardum generalem Ordinis predicatorum sacra pagina Italica, Thomam decanum Eboracenem Sedis Apostolica Notarii Anglicanæ, Pandolphum de Malatetis Archidiaconum Bononiensem Italicæ, † Walterum Graffii Priorem Rhodi decretorum Gallicane, Philippum de Madalia Archidiaconum penitentiarium in Ecclesia Barchinonensi sacra pagina Hispanicæ, Lambertum de Stipite Priorem de Berkenyo: Gundissimum Garsia Archidiaconum de Brunesta decretorum Wallachum Petri vtriusq; iuri Hispanicæ, Nicolaum de Dinkelshuvel, Cöradum de Sulato sacre pagina Doctores Germanicæ, nationum predicatorum in eadem synodo existentium & nominatorum, & per easdem nationes quilibet per se ad hoc electorum, praefatisq; sic (vt praemittitur) electis & adiunctis, eligendi cum ipsi Cardinalibus de eorum voluntate & consensu expressis, Romanum & Summum Pontificem secundum formam ordinationis & decreti predicatorum tribuit potestatem, supplens omnem defectum, si quis forsitan in electione predicatorum adiunctorum interuenierit. Quo decreto lecto, idem I. Bartholomæus Archiepiscopus Mediolanensis continuavit sub his verbis:

Decretum de non soliendo eligendum in Papam.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ad perpetuam rei memoriam. Omnis atas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim, ad quod cupiditatis & avaritiae stimulis incitat. Fiunt autem & facta sunt leges, ut earum in re humana refrænet audacia, tantaque sit inter improprios innocentia & refrænetur *licentia, nocendi facilius. Cum itaque nonnunquam eueneſe comperimus, quod electio Romano Pontifice: nonnulli sub praetextu cuiusdam abusivæ licentia, res & bona fide electi, quasi culmine diuinarum adepto, falso prætententes occupant concidi, nedum illius sic electi, in aliquando nonnullum, quos electos esse mendaciter configunt, domos, res & bona illorum, nec non & aliquando bona Cardinalium, aut electorum Romani Pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, etiam violenter inuadunt, recipiunt, occupant, & transportant, lucrifica exultantes, ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapina, furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam scelerate temeritatis & audacie viam præcludere, & huiusmodi periculis & scandalis obuiare volentes, præfatum damnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus, statuentes, quod quicunq; cuiuscunque status aut conditionis existat, contra hoc presumptamente, aut ad hoc auxilium, cognitum vel fauorem prebere, præter pœnas quas in violentos raptiores & occupatores huiusmodi, iura atque Apostolica & Imperiales constitutiones statuant, eo ipso excommunicationis sententiam incurant, à quanis per istam sanctam Synodum auctoritatum Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo & satisfactione, absoluvi nequeat, & omni officio, beneficiis, privilegijs ac dignitate ecclesiastica & mundana, seudiique & rebus alijs, li quæ, aut quas in Romana vel alijs ecclesiis obtinebit, fit priuatus, & intestabilis actio & passio existat: ciuitas vero quæ in præmissis culpabilis fuerit, Ecclesiastico subiaceat interdicto, huic adicentes (actioni), vi Domini temporales, rectoresque & officiales ciuitatis, vel loci, vbi electionem Romani Pontificis conigerit celebrari, illa imminentie, præmissa fieri sub grauibus penitentia publica & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant obseruari ceteris constitutionibus *circa talia editis, in suo robore duraturis.

Decretum annulationis protestationum, conventionum, nec non sufficientium causarum & audience litium.

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, vt purius, sincerius, & liberius ad electionem Romani Pontifici-

cis proxime celebrandam procedatur, omnes & singulæ protestationes, quæ possunt puritati, sinceritati, libertati & efficacia electionis huiusmodi obuiare, nec non conventiones, pactions, promissiones, obligationes, ita menta, condicæ & intendimenta circa materiam electionis huiusmodi factas & facta, fiendas & fienda, ex abundanti damnat, reprobat, annullat & execratur, prout etiam de iure sunt nulla, mandans sub obtestatione diuini iudicij, & sub excommunicationis poena, quæ in contrarium facientes, vult & flatur ei ipso incurrere, & præcipies, ne quis (si quis forsitan talia fecerit) illis utatur, aut illas vel illa obseruet, cum plus Deo placeant talium transgressores, quam obseruatoris: illosque ab illorum, vel illarum obseruatione absolvit & liberaat, ac illeros & absolutos esse declarat. Præterea ut tam necessarium & salubre electionis negotium attentius procedatur, audienciam & omne malum causarum & litium exercitium in eadem sancta synodo & illius auctoritate constitutam & constitutam, præter audienciam curia camera Apostolicæ usque ad assumptio nem Romani Pontificis inclusivæ suspendit, & prohibet, irritum decernens & inane, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Quibus decretis ac omnibus & singulis (vt praemittitur) lectionis & peractis, Dominus præfendens totius Concilij nomine, per verbum Placet, respondit. Deinde vero de mandato sacrae Synodi idem Reuerendissimus Dominus præfendens voluit habere decretum de securitate praesentis ciuitatis Constantiae, alias statutum & ordinatum, pro lecto & repetito in eadem sessione.

Introitum conclusus.

Eadem die hora tercia vel quasi post meridiem, Recuperendissimi reuerendique Patres & Domini S. R. E. Cardinales, Patriarcha Constantinopolitanus, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, venerabilesque Domini Priores, Decani, Archidiaconi, Doctores, ceterique electores predicatorum Domini, communiatas ciuitatis Constantiensis dominum pro conclavi paratam, pro electione Romani Pontificis celebranda, more solito intrauerunt.

Electio Pape.

Die Louis in festo S. Pontificis Martini Episcopi, undecima supra dicti mensis Nouembbris, Reuerendissimi, Reuerendique Patres & Domini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, alioque electores predicatorum in conclavi predicto existentes, Reuerendissimum in Christo Patrem & Dominum, D. Odonem de Columna, S. Georgij ad velum aureum Diaconum Cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, qui Martinus Papa V. nominari voluit. Et sic per serenissimum & Inuictissimum Principem D. Sigismundum Romanorum Regem, vna cum sancta Synodo, apud predictam Ecclesiam maiorem huius ciuitatis Constantiensis maximis cum solennitatibus & laetitia fuit inchronizatus.

Coronatio Pape.

Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, D. Martini diuina pronidentia Papa Quinti anno primo, die Dominicæ 21. supradicti mensis Nouembbris, idem Sanctissimus Dominus noster more solito & in coronationibus Romanorum Pontificum hactenus obseruati consueto fuit apud Ecclesiam Constantien. honotifice coronatus, & deinceps per Dominos sacro sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, alioque Prelatos, Ambasatores, & Romanae ciuitatis Officiales in sacro sancta Synodo predicta presentes, nec non Illustrissimum Principem D. Sigismundum Romanorum Regem, &c. à dextero, & Illustrissimum Principem D. Fredericum Marchionem Brandenburgum. Sacri Romani Imperii Archicamataram & Electorem, à sinistro lateribus eiusdem Domini nostri Papæ per equi frenum in quo sedebat, vna cum populo sa multitudine processionaliter ab Ecclesiæ Constantien. predicta usque ad monasterium S. Augustini conductus, & per circuitum ad Constantiens. ecclesiam predictam fuit solennissime reductus.

SESSIO XLII.

Anno Domini millesimo quadragesimo decimo-septimo, indictione 11. die vero Martis 28. mensis Decembri, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini, D. Martini diuina prouidentia Papa V. anno primo, fuit scilicet generalis in Ecclesiæ maiori Constantia, sanctissimo Domino nostro Papa prædicto personaliter præsente ibidem & præsidente. In qua Reuerendissimus Pater Dominus Antonius Episcopus Concordiensis Missam de sanctis Innocentibus devote celebrauit. Quia celebrata, Reuerendissimus Pater Dominus Guillermus tituli sancti Marci, sanctæ Romanae Ecclesiæ presbyter Cardinalis, de mandato sanctissimi Domini nostri ac sanctæ synodi prædictorum, in ambore solito stans, quandam bullam infra scripta tenoris publice legit.

Bulla liberationis facta & Domino Imperatori decustodia olim Ioannis XXIII. Pape, & traditione Domino nostro Pape facta.

Martinus Episcopus seruus servorum Dei, charissimo in Christo filio Sigismundo Regi Romanorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum præfens generale Concilium Constantiense personam Balthasaris Costa, olim Ioannis Papæ XXIII. in sua obedientia nuncupati, post illius à Papatu per diffinitum sententiam eiusdem Concilij canoniam depositionem, per eandem sententiam ad standum & morandum in aliquo bono & honesto loco sub custodia tutæ nomine dicti sacri Concilij, quandi eidem sacro Concilio pro bono unionis Ecclesiæ Dei videretur, condemnauit: quem hucusque fideliter & diligenter tam per te, quam per dilectum filium nobilem virum Ludovicum Ducem Bavariae & Comitem Palatinum Rheni, tuo nomine sub fide & tutâ custodia, honeste & debite, tanquam unionis & pacis zelator deuotus conservasti.

Cum autem nuper nos & nonnullos nationum in eodem Concilio existentium deputatos, instanter & sepe requisiueris, quatenus personam dicti Balthasaris prædictam de tua custodia recipere, teque & eundem Ducem de eiusdem Balthasaris prædicta custodia liberare, & exonerare vellemus: Nos attendentes quantis laboribus & studiis pacem & unionem Ecclesiæ omnipotentis Dei nostri fueris prosequutus, satisque esse, quod tu onus dictæ custodia iam per biennium & pene sex menses laborioso (quo d' pro magno habemus beneficio) subiisti, volentes te ac eundem Ducem (ut insum est) ab omni onere liberare, eodem sacro approbante Concilio decernimus & ordinamus, personam eandem dicti Balthasaris nobis aut deputandis à nobis fore tradendam & assignandam, decernentes & declarantes, ac volentes (eodem sacro approbante Concilio) per traditionem & assignationem huiusmodi deputandis à nobis, per te aut dictum ducem vel alium, sicutius tuo nomine facienda, eo ipso quod illas fieri cōtingit, te & ducem eundem ab omni onere, debito & obligatione dictæ custodie, & alias occasione illius contradictricis apud nos & idem sacrum Concilium ac Ecclesiam vniuersalem, esse ac perpetuo remanere liberos, solitos penitus & immunes. Si quis autem hanc paginam decreti, ordinatis, declarationis & voluntatis nostræ infringere præsumperit, aut ei ausu temerario contrarie, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incurrirum, Datum Constantia in Concilio generali *sexti Cal. Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

Quo decreto lecto, D. Ioannes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalis & Viccancellarius, totius synodi nomine per verbum Placet, respondit.

Super quibus omnibus & singulis egregiis legum Doctor D. Augustinus de Pisis, sacri Confessorij & filii d. Domini nostri Papæ Aduocatus. Nec non Magister Ioannes de Sribanis, & Henricus de Piro promotores & procuratores dicti sacri Concilij, nominibus, quibus supra sibi protonotariis, notariis, atque scribis dicti Domini nostri Papæ, & facti Concilii ad futuram rei memoriam, vnum & plura, seu tot, quot essent necessaria fieri petierunt, & qui libet ipsorum petiit, instrumentum publicum, seu publica

instrumenta. Presentibus ibidem Reuerendissimis in Christo Patribus & Dominis, Dominis Ioanne Ostiensi, Lauden, de Vrsinis, Venetiarum, Pisani, Veronen, Camerac, Tricaticen, Placentin, de Chalanco, de Fuxo, de Comitib. S.R.E. Cardinalibus. Nec non Regum, Principum, Prelatorum, Nobilium, vniuersitatum, studiorum, communitatum, & Collegiorum Ambassadoribus, & Nunciis, aliquæ Christi fidibus in multitudo copiosa.

Hactenus acta Conciliaria huius anni.

Quod electionem Martini Quinti Pontificis attinet, ad eam præter Cardinales admisissim, trigesima viri illustres, ex omnibus nationibus quæ ad Concilium conuenierant electi, non quod eis de iure conuenire Romanum Pontificem eligere, sed ut nemo ex vniuersa Ecclesia esset qui contra assumptionem Pontificem aliquid posset opponere. Sane, cum Cardinalibus id honoris datum fuit, ut nonnulli is, qui à duabus eorum partibus designaretur, summis Pontificis salutari, habereturque summa cautela int̄ eorum prospectum fuit: quando etiam extra Concilium, is tantum certus indubitarusque Romanus Pontifex suspicitur, qui à duabus partibus Collegij Cardinalium assumptus est. Iti sunt Cardinales, qui Conclave ingressi sunt, Constantia, non quidem in palatio Episcopal, seu vetus Apostolicum paratum, ut quidam affirmant, sed in Domo Communis Constantiensis instructum.

Episcopi.

1. Joannes de Bronbiaco, Gallus, Episcopus Cardinalis Ostiensis & Veltinus, Decanus, S. R. E. Viccancellarius.

2. Fr. Angelus de Anna, Crispi & Episcopus Laudunensis, Episcopus Cardinalis Praenitius.

3. Petrus Fernandi Frias, Hispanus, Episcopus Cardinalis Sabinius, dictus de Hispania.

4. Jordanus Vifinus, Domicellus Romanus, Episcopus Cardinals Albanus, Major Penitentiarius.

5. Ludovicus de Barro, Hispanus, Episcopus Card. Portuensis & S. Ruffina.

6. Antonius Corrius Venetus, Episcopus Bononiensis, Episcopus Card. Portuensis.

Presbyteri.

7. Franciscus Landus Venetus, Patriarcha Constantinopolitanus, presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem.

8. F. Ioannes Dominici Florentinus, Episcopus Ragusinus Ordinis Predicatorum, presb. Card. tit. S. Xisti.

9. Antonius Pancertius de Porti Guario, Ferociensis, Patriarcha Aquilensis, presb. Card. tit. S. Susanna.

10. Alanius Adinarius Florentinus, Episcopus Pisanus, presb. Card. tit. S. Eusebii.

11. Gabriel Condulmerius Venetus, Episcopus Senensis, presbyt. Card. tit. S. Clementis.

12. Petrus de Aliaco, Gallus, Doctor Parisiensis, Episcopus Cameracensis, presb. Card. tit. S. Chrysogoni.

13. Thomas Brancatus Neapolitanus, Episcopus Tricaricensis, presb. Card. SS. Petri & Marcellini.

14. Branda de Casilloneis Mediolanensis, Episcopus Placentinus, presb. Card. tit. S. Clementis.

15. Angelus Barbadicus Venetus, Episcopus Veronensis, presbyt. Card. tit. SS. Marcellini & Petri.

16. Bandellus de Bandelli Lucensis, Episcopus Ariminensis, presb. Card. tit. S. Susanna.

17. Guillermus Philasterius, Gallus, Cenomanensis, Decanus Rheims, presb. tit. S. Marci.

18. Simon Cramado Gallus, Archiepiscopus Rhemensis, Patriarcha Alexandrinus, presb. tit. S. Laurentii in Lucina.

19. Antonius de Calanum Gallus, presb. Card. tit. S. Cacilia.

20. F. Petrus de Fuxo Ord. Minorum, presb. Card. tit. S. Stephanus in Caliomonte.

Diaconi.

21. Ludovicus de Flisco Genensis, Diaconus Card. S. Hadriani, S. R. E. Archidiaconus.

22. Amadeus de Salutis, Diaconus Card. S. Mariae Novae.

23. Raynaldus Brancatus Neapolitanus, Diaconus Card. SS. Viti & Modestini in Macello Martyrum.

24. Otto Columna, Domicellus Romanus, Diaconus Card. S. Georgii in Velabro.

II.
De electio
ne Martini
V. in Pon-
tificem fu-
sus.

III.
Nomina
DD. Card.
Conclavæ
pro elec-
cio ne ingre-
forum.

IV.
Custodes
Concla-
uis.
Surita in
anualibus,
lib. 12. cap.
66.

25. *Lucidus de Comitibus, Domicellus Romanus, Diac. Card. S. Marie in Cosmedin.*
26. *Petrus Mauriennus, Diaconus Card. S. Mariae in via latu.*

Onuphrius in Martino V.

Item, quatenus amodo, nullus clericus audeat res Ecclesie quascunque in mercede conuenire, propter auaritiam, & damnosam sollicitudinem annexam. Sic nec sollicitudinem circa patrimonialia exercere, Niceno concilio hoc statuerit.

X.
De omnibus peccatis mortalibus destruendis & cohibendis.

Item statuimus in Domino Iesu Christo, & sub eterna damnatione denunciavimus, quatenus quilibet Christi sacerdos, omnia peccata mortalia, publica lege Dei prohibita, tota conatu, & abiecti, omni desidia, in se, & in omnibus aliis, diligenter, & pro posse curare, destruer, etielle, disperdere & dissipare debeat: nec aliquid huiusmodi malum, per omnia pericula rerum & corporum suorum, in se, & in suis subditis negligens permittere, ignorare, aut tolerare.

XI.
De nihil accipiendo & exigendo a septem Sacramentis.

Item, quod nullus sacerdotum Christi, à septem sacramenta, aut pro septem sacramentorum ministerio, imo, nec extra ministerium omnium sacramentorum, & aliis omnibus spiritualiter annexis, pecuniam aliquam aut dona accipiat, aut exigat: nec subobrent reliquias cuiuscumque pro orationibus recipere audeat.

XII.
De non cohabitando mulieribus.

Item, quatenus nullus sacerdos, cum mulieribus, maxime iuuenibus, nedum cohabitationem, sed nec conuerfactionem habeat, nec collaudia aliquia misceat, nec dominus earum, nisi salubris cogat necessitas, ex Apostoli precepto visiter, sed deuiter.

XIII.
De clero in fornicationem lapsi.

Item, si quis sacerdos in fornicationem lapsus fuerit, quod ad unum annum in carcere detenus puniatur, quod si plures lapsus fuerit, quatenus degradetur, & ab officio perpetuo suspendatur.

sedirent

XIV.
De clero in ebrietatem lapsi.

Item, si quia sacerdos in ebrietate aliquotiens repertus fuerit, aut tabernus, aut aleis inferuerit, quatenus in carcere detrudatur.

XV.
De hoc, quod sacerdos debet differre a laicis, veste, tonsura, & gestu.

Item, clericus, professionem suam etiam habitu & tonsura a communi populo differenti, gestu & incessu probet. Sed nec vestimentis, nec calceamentis decorum, sed tantum religionem querat.

XVI.
De clero scurrili, aut maledico.

Item, clericum scurrilem, aut maledicem, & vanum & turpibus datum, ioculatorem aut maleficem, ab officio dicimus remouendum.

XVII.
De clero percussore.

Item, quod clericis editionarii ne aqua ordinentur: & si in ordinibus fuerint, degradentur.

XVIII.
De confessione auriculari non prohibenda.

Item, nemo homines vere penitentes, humili corde peccata sua confessi presbyteris affectantes, quaenam temeritate ab eodem presumat repellere, aut pradictam confessionem velut illiciram: aut vim elanum, quibus peccata vere penitentibus a Domino Iesu Christo, per sacerdotem ministerialiter remitti creduntur, satisfactionis quoque remedia saluberrima, quoquo modo audiret prohibere.

XIX.
De fonte baptismi, & chrismatice.

Item, quod ecclesiarum directores, fontem baptismi temporibus licetis consecratum, oleum quoq; sacrum cum chrismate in ecclesiis suis habent, & habenda provideant, & solitu modo ungendi, interrogandi, & respondendi, & exorcizandi infantes baptizent, & baptizatos, mox, si idonei sunt & cibi capaces, sacramento corporis & sanguinis Domini communicent.

XX.
De clericis iudicando, a laicis non defendendo.

Item, si quia cuiuscum honoris clericus, iudicio Episcopi, aut illorum electorum, quoq; criminis fuerit damnatus, non licet eum cuiuscum, laico, quoq; modo defensare, sed ecclesiastico iudicio obtemperare.

XXI.
De modo orandi, & legendi clericorum.

Item, quod quilibet Christi sacerdos, cui tempus & locus facultem dant, ad horas canonicas sit obligatus, nisi meditatione, aut studio legendi, aut alia viliore ineuitabilitate sit precepitus necessitate. Quod si quis otio vacauerit, tempus, per quod aut orare, aut studere potuit, vane consumpsit, anathema sit.

XXII.
De quibusdam rationabiliter omissis.

Nunciamus, propter pericula aliqua futura evitanda, quod circa ritus ecclesiasticos, illa que sunt rationabiliter ex certa causa omissa in communiciatis Pragensem, quod hec habeantur, & teneantur pro omni, nisi magis rationabiliter, & magis ut illa causa interueniret, pro taliter resumendo. Hæc ergo sancti & rationabiliter statuta & decreta statuimus, immo potius antiqua statuta conciliorum, & sanctorum precepta renouamus: protstantes in ha omnibus, quod per illa in nullo fidei orbito bona Domini nostri Iesu Christi intendimus derogare: sed si de contrario aliquo eorundem insuetus edicti fuerimus, parati humiliter sumus emendare. Hæc in Synodo.

Decreta ista loco reformationis erant antiquis Hussitis. Nam pleriq; apostatae, plurimos errores enormissimos docuerant, inq; vñum nonnullos abusus adduxerant, propter quos apud exteros pessime audiebant Bohemi. Itaq; vt ea abolenter infamiam, simulque vt Martiniano editio aliquid pre se opponerent, ea decreta statuerant. Sed accidit illud, quod spiritus sanctus pronunciauit: Non est Pax impia. Statim enim atque ab vtero iustis Ecclesie Romanae errantes Hussitiæ, locuti sunt falsa, pro pace, faciem dissidiorum inuenierunt, excitataam a Thaboritis Symmisticis, quos in societatem errorum & armorum accuerunt.

Displicebat Thaboritis, quod viderent Hussitarum sacrificulos, ritu veteri sacrificiis vestibus ornatos facta facere, ac corpus Christi manibus attollere, illudque cernuos venerari. Quia in re impedienda, multo adhuc magis mulieres quam viri molesta erant, tam procacius illudentes, tu impudentius incurvant, vt sacrificuli deposito alieno, ad suum

reditent vestitum, & ita demum calicem propinarent. Ab

hoc principio perpetua permanens discordia inter sacerdotes Thaboritarum, & magistros atq; clericos Pragenses, neq; villis tractaribus, aut congregationibus publicis, in concordiam, quamquam id plurimi proceres Regni & civitatum tentarent, reduci potuerunt. Hac de re prolixa scripta est historia, à Ioanne Lulca Witz facerdote Thaborita, qui aduersus magistros Pragenses (inter quos primas tenebant labellus) de Misna, Ioannes Roliczana, Ioannis de Przibrâ, Wenceslaus de Drachow, & Procopius de Pilzna) vbiq; ruerunt partes Wiccleffi & Thaboritarum, quantum negare non potuerit, Pragenses Hussitas, datus arbitris, vbiique pro sua parte sententiâ obtinuisse: quandoquidem ad Romanas, & Catholice Ecclesie ritus, & instituta, multo proprius accederent quam Thaborita. Pragenses enim Hussites, affectabant cum Romana Ecclesia, septem sacramenta, & cœtuos circa eorum administrationem ritus & cœremonias; In Eucharistia verum corpus Christi; In Missa, ornamenti & vasa sacra; In baptismo exorcismi, vñctionem, chrisma, sal, patrinos, & id genus alia: In penitentia, confessionem auriculari, & satisfactionem, periciunia, eleemosynas, orationes, & clia pietatis exercitia; Extremâ vñctionem pro infirmis; Purgatorium ignem, & suffragia viuorum pro defunctis; Consecrationes, & dedications templorum, & altarium; Sacros ordines clericorum, fecta, & ieiunia ecclesie, & id genus alia permulta, que antiquo obseruant ritu Catholice Ecclesie filii orthodoxi, quemadmodum ex supra scriptis synodalibus decretis, & ex his inferius adiunctis articulis apertissimum est.

Pragenses magis ad Rom. eccl. accedebat.

VIII.
De sacramento matrimonii.

Item credendum est, & tenendum, quod sacramentum matrimonii vñq; in finem seculi libertatum, & libertandum est, & exercendum in personâ idonea & capacib; iuxta statuta sanctorum, & Ecclesie catholica, & regulas ab illa traditas & ordinatas: exclusis circa doceris, & ceteris excoriantiis, & signante hoc errore, quod filia in anni discretionis, & in aetate puellarie existente, & absque consentia parentum cuiquam matrimonium vnuente, sit diuertienda, propter dissensum parentum vel propinquorum.

IX.

De sacramento extremæ vñctionis.

Item credimus, & tenemus, quod sacramentum extreme vñctionis, poscentibus agris & infirmis, iuxta formam & ritum ecclesie sancte est ministrandum & exercendum, & nos hortamur omnes, & depositum abdolari, vt cum ingratiæ infirmitatem incidint, illud sacramentum non omitant, aut quoniam modis convenienter, quia contemptores illius, & aliorum sacramentorum sunt castigandi, & iuxta censuram ecclesie corrigendi.

X.

De preceptis Dominicis.

Credimus, & tenemus, quod dictem precepta Dominicæ, & cetera puncta euangelica, sunt à sanctis fidibus, sub obtentu salutis externe, obseruanda, in sensu vero, quem spiritus sanctus flagitat, & sanctorum sensu concors spiritui sancto desserit, & explanat: portissime attendendo ad marem & magistrum omnium nostrum ecclesiam primituam, spiritu sancto regulatam, & prætes eius, ac executiones eorum deinceps.

XI.

De puniendis reis.

Tenendum est & obseruandum, quod in occisione reorum non est lex vetus, in singulis suis iudicariis exequenda, & alleganda, nec ipsa occiso à quoquam est in propria causa, aut vindicta exequenda, nec in quenquam, nisi in eum qui alter corrigi nullatenus valet, nec unquam alter, nisi magna urgente necessitate, lex noua occidere licentiat, & per potestates legitimas iudicet, & autorizat. Hoc autem veris, cum magna compunctione, & cum conditionibus xvii, charitatis, & ipsa regula legi natura obseruetur. Quod tibi non vis rationabiliter, alteri ne facias.

XII.

De rebus alienis non inuidendis.

Credendum est, & tenendum, quod res alienæ, à quantitatecumque iusta, de communis lege non sunt auare inuidenda, nec concupiscenda, nec nocie tangenda, & plebs fideliū, in bonis suis non est opprimenda, iuxta documentum Pauli, mala non sunt facienda, vt veniant bona.

XIII.

De invocatione sanctorum.

Credimus, & ex sacra scripture competentes tenemus, quod sancti in celis, Christianis hoc fidibus suis orationibus, & charitatis auxiliis, pro capacitate sue eorum dispositio suffragantur, quos fieri possunt licite postulare, & exorari pro auxilio, & intercessione. Circa hoc tamen cultum Latrice soli Deo debitum ei non impendentes, sed in modicamine, prout decet ad sanctos se habere, ad eosdem habentes: & quicquid deordinati foret respectu ad sanctos, & super mensuram postulationis, hoc abvientes.

XIV.

De purgatorio, & de orationibus pro defunctis.

Item tenemus, & ex multis scripturis sanctorum Patrum, in lege Domini fundatis competentes credimus, quod animarum à corpore exsuctarum locis purgatoriis post hanc vitam si posset, que non ad plenum hic in via pro peccatis satisficerunt, post hanc vitam purgata salubrantur. Quodq; fideliis hic in via, talibus propter vinculum charitatis & spiritus, posse, & debent iustitia & orationibus, eleemosynis & sancti operibus pie suffragari. Circa hoc tamen semotis, & de testis, omni auaritia, lucris deordinatis sacerdotum, & qualibus Simoniaci exercebant, imo & hodie exercent.

XV.

De ritu sacrificandi & orandi.

Item tenemus, & firmiter obseruare intendimus, quod ritus & ordo, sacrificandi in missa, & vespere, & circa alia officia diuina, in signis & habitu consuetis, est legitimus, & debitus, prout circa missam in clauibus ordinis.

VII.

De clauibus ordinis annexis.

Item tenendum est, quod sacramentum ordinis solidum atax annexe sunt claves Ecclesie, & potestus solvendi, & confundi, & vasa sacra contredicandi, sic, quod non alteri statui, vel persona.

III.

Discordia inter Thaboritas & Pragenses Hussit.

VI.

De sacramento ordinis.

Item credendum, & tenendum est, quod sacramentum ordinis, duxit ab Episcopo, vel Episcopis est conferendum.

VIII.

De clauibus ordinis annexis.

XVI.

XVI. De

XVI.
De ieiuniis ecclesiæ.

Icum ieiunia in vigiliis sanctorum ipsi Deo facienda, & alia ieiunia debita, in Ecclesia sancta hucusque legitime obseruata, ipsi volumu obseruare, & nobis subiectos ad obseruandum tenere.

XVII.
De festiuitibus sanctorum.

Item tenendum, quod festiuitates sanctorum, presertim Domini nostri Iesu Christi, & que sunt beata virginis Maria, apostolorum Iesu Christi, sanctorum martyrum, & cetera antiqua in Ecclesia Dei, in celebratio ab antiquo obseruata modo debito, non solum ab opere servili corporali laboris, sed & abstinentia a peccatis, velut ebrietatis, & ceteris deordinationibus, sunt festiuita. De aliis vero festiuita minoribus, ex vñanimis consensu clerici congregatis, sibi iuxta dictum proprie quid concluserit, illas diminuendo, vel secus de eisdem ex infinitu spiritu constituendo, volumu contentari.

XVIII.
De sacris vasis, & ornamentis.

Item tenendum est, & firmiter obseruandum, quod res Ecclesie, & Deo dicatas, vt sunt ornamenti, & palla, & vas sacra, in ministerium Domini deputata, & alia cetera auferre, absque invenitabili & pia intentione, & necesse, & illa in alios humanos vñus conuertere & commutare, est sacrilegum & prophanum.

XIX.
De ecclesiis non defruendis, nec prophanandis.

Item tenendum est, & diligenter obseruandum, quod Ecclesiæ sue Basilicas exuere, sine destruere, absque invenitabili & stricta necessitate, aut ipso quomodo libet violare, aut contemptibliter prophanare; Altaria sacra subuertere, aut alia loca consecrata quoniam modo polluere, est grande sacrilegium, & nefas, & cuncta fidelibus execranda.

XX.
De speciali habitu clericorum.

Item, clericus professionem suam, etiam habitu & tonsura, & communione populo differente, gestu, & incessu prober, nec vestimentis, nec calceamentis decorum, sed religionem querat.

XXI.
De horis canonicas.

Item quilibet Christi sacerdos, cui tempus & locus dant facultatem, ad horas canonicas sit obligatus, nisi meditatione, aut studio in lege diuina, aut alto uisior invenitabili sit preseditus. Quod si quoniam otio vacauerit, & tempus, quo aus orare, aut studere poruit, rane consumperit, anathema sit.

XXII.
De ecclesiistarum dedicationibus.

Item placuit omnibus, quod in proxima generali congregatione secularium, petentur domini Barones, & omnes communites Regni, de confessando ad translationem dedicationum Ecclesiistarum huius Regni, ad unum certum diem Dominicum, vt ipsa die omnium fiat celebratio simili uniformitas.

XXIII.
De obedientia Episcopis praestanda.

Item tenendum, & fideliter obseruandum, pro vnitate & societate catholica in nobis perpetuo conseruanda, iuxta decretum Clementis; Omnes sacerdotes, & alii Christifideles subiecti teneantur Episcopis, etiam dyscolis, & alii propositis, in omnibus præceptis licet & honestis obediens, etiam si ipsi aliter (quod ab istis) agant quam debeat, iuxta præceptum Domini, quod dicit; Qua dicunt, facite, qua autem faciunt, facere nolite. & quod tales Episcopi non leviter sunt arguendi, sed potius suppontandi, nisi infidele errauerint.

Hos XXIII. articulos posuerunt hoc anno Pragenses Hussites: quibus cum longe plures opposuerint Thaborites, longum cõtentiois funem inter se traxerunt, multasq; ab intestino dissidio molestias, proceribus, & communittibus Regni, in generalibus statuum congregationibus peruerterunt. Quamvis enim honestiores haberent propositiones Hussites, quam Thaborites, hi tamen ne pilum quidem cedebant Pragensibus, argutiis sophistis, & armorum potentia præfidentes, viptore qui inter suos numerarent, Ioannem Zifcam, Procopium parvum, Procopium parvum, & alios copiarum ductores. Frustra igitur non semel, verbo & scriptis mutuo disceptarunt, nunc Pragæ, in prætorio, in collegio Caroli, in arce, in domo Petri Sweysyni, nunc in mortibus Cuthnisi, nunc in castro Conopissi, nunc in aliis locis, ubi quantumvis Thaborites, prolati per arbitrios sententiis succumberent, pertinax tamen semel con-

cepiti erroris afferendi studium, sophistis importunitatis bus eos vbique, tanquam iniuctos, argutos & loquaces reddidit. A parte Hussitarum Pragenium, stabat Conradus Westphalus, nuper Archiepiscopus Pragensis, qui ad illos à Romana Ecclesia defecratur, factus apostata. Eo auctore, præsultoreque, conabantur, culpam hereticoꝝ a se diuertere, puri puti putentesque schismatici atque heretici.

Cæterum, quod scelus rebellionis attinet, & tumultus in Regno aduersus Sigismundum & Catholicos excitatos, non distulerit Regni proceros Hussita labe infecti, principibus Germania, Regi Polonia, Vitoudo Duci Lituanie, & aliis circumiuicinis literas scribere, quibus & facinora sua excusabant, & Regem Sigismundum, naturalem & haereditarium dominum suum accusabant. Ex his ista est vna, data Fridericu Marchionis Misnia, hoc tenore.

Magistri ciuium, Consules, & Communites maiori, minori, & nouæ ciuitatis Pragæ, Capitanie Baronum, militumque & clientum, atque congregationis Bohemicæ, communites Regni Bohemiae. Illustrissimo principi ac domino Marchioni Misnia, dilecto fautori nostro.

Illustrissime princeps, ac faveans Domine, parata obsequia nostra, cum omni promptitudine.

Noz veraciter percepimus, illustrissimam potentiam vestram, Regi Hungaria Sigismundo, qui nos nostram lingua Christiani Regni Bohemiae, (quod ipso merito defendere deberet, ac velut verus haereditus Dominus protegere) proper affirmationem Euangelice ac diuina veritatis, absque culpa iniuste impugnat, auxilio fuisse, ad pendulum immaturum consilio nobile Regnum iſud, per iniquum & certissime falsam accusationem predicti Regis: cum tam nonnudus fuisse veraciter informati, quam ob causam, nos ex necessitate, contra crudelitatem & furentem infamiam eius, manu armata resistere oportuerit. Idcirco bene decussit illustrissimam dignitatem vestram, prius cognouisse causam veritatis, quam per volatilam famam inconsiderato confuso contra nos, tanquam contra eos qui demeruerint, vos cum vestris profecti essetis. Quod adhuc peccatum illustrissimam dignitatem vestram, clare cognoscere, ne ullam aliam famam de nobis credatis, nisi quod à predicto Rege, propter sanctam constitutionem Dei, (qua comprehensa est præceptu quatuor articulis, per sacram scripturam probatis, & à nobis confirmatis assertis, quos illustrissime dignitatem vestram in hæc presentibus literis transmisimus) post degatam audienciam, quam sepe humiliabit ab eo peccatum, requiriunt. Neque aliud in cor nostrum venit, nisi vt sanctam catholicam fidem, & salutarem constitutionem Dei, que omnino perfecta est, & salutem toti mundo afferit, possimus amare, & ab amore eius nullo modo declinare, neque in vita, neque in morte. Oportet igitur, nos illum in predictis & aliis Christianis articulis promovere ac obseruare, acque gladio seculari, qui nobis non frustra est diuinitus concessus, omnibus viribus nostris, iuxta ordinationem Dei, legitimate defendere.

Quare rogamus illustrissimam pietatem vestram, vt auxilium potentiæ vestra, à tali persecutori Christianæ fidei, ac terra nostra subtrahatis, ac vos ipsos retrahatis à densitatione eiusmodi terra Bohemia, si non vultis esse particeps eternæ damnationis, ad quam predictus rex declinat. Gratia vestra bene experta est, quomodo rex ille in predictionem vestram sapa ac manifeste machinatus est: nunc vero factus vobis amicus, prefigit vestis in hoc. Si non indignus est opere vestra contra nos, nunquam factus esset vobis amicus. Datum feria secunda post festum S. Procopii, Anno Domini M. CCCC. XXI.

Protestatio autem eorum publica, de quatuor articulis, sic habet.

Nos Capitanci, magistrisq; ciuium, Consules, & Scabini, tota communitas ciuitatis Pragensis, capitalis Regni Bohemiae, nostro, & aliorum fidelium nomine huius Regni.

Notum facimus vñueris Christifidelibus, quod fideles in Regno Bohemia instant, & Deo iuuante instare proponunt, sive per mortem, sive per vitam, quantum est possibile, pro articulis infra scriptis, nisi de opposito per sacram scripturam ac rationem vñiacem erunt edicti.

Articulus I.
Quod verbum Dei, per Regnum Bohemie, libere, & sine impedimento, ordinante, à sacerdotibus Domini prediceretur, & nuncieretur: iuxta sententiam salvatoris, Matthæi & Marci vñstimo. Eamus in mundum vñueris, predicate Euangelium omni creature. Nam secundum Apostolum; Verbum Dei non est alligatum, sed entendum

est secundum eundem, vt sermo Dei curat, & clarificetur vbique, 2. Thessal. 3. Et loqui linguis in Ecclesia Dei, nemo debet prohibere, vt dicitur 1. Corinth. 14.

Articulus II.

Quod sacramentum diuinissime Eucharistie, sub utraque specie, scilicet panis & vini, omnibus Christifidelibus, nullo peccato mortaliter indisponitis, liberè ministretur. Luxta sententia & institutionem Salvatoris, qui dixit, Accipite, & comedite; Hoc est corpus meum, & ieretur; Accipite, & bibite; Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur. Matth. 26. Marc. 2. vbi dei etiam praecipit Apostolis, cum dicit; Hoc facite. Glosa interlinearia, Accipite, & aliis date in mean commemorationem. Et Ioan. 6. Salvator omnes fideles obligat ad sumptionem huius sacramenti, dicens; Amen, Amen, dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & beberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. Similiter & Paulus ait, 2. Cor. 11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, &c.

Articulus III.

Quod dominium secularē, super diuinitatem & boniam temporalibus, quod concordia præceptum Christi clerici occupat, in prædictum sui officii, & dannum brachii secularis, ab ipso asperatur, & collatur, & ipse clericus, ad regulam Euangelicam, & vitam Apostolicam, quam Christus vixit cum suis Apostolis, reducatur, iuxta sententiam Salvatoris, Matth. 10. dicitur. Et conuaciat duodecim Apostolis, misit eos, & præcipiens dixit; Nolite posidere aurum & argentum, neque pecuniam in Zonis vestris, & Matth. 20. Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter nos. Et Luce 2. 2. quod idem. & I. Petri 5. non dominantes in clero &c.

Articulus IV.

Quod omnia peccata mortalia, & specialiter publica, aliquæ de ordinatione legi Dei contraria, in quolibet flau, rite & rationabiliter, per eos ad quos spectat prohibentur & desfruantur, quia qui laudant, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed & facientibus consentientes, vt sunt in populo fornicationes, commissiones, furta, homicidia, mendacia, perjuria, artes superflue, dolosa, & superflios questus, avari, usurari, & huius similia. In clero autem Simoniacæ haeresis, & exactiones pecuniarum à baptismo, à confirmatione, à confessione, pro Eucharistia sacramento, pro oleo facio, à matrimonio, à tringita missa taxati, & ab alia missa emptis aut forisatis, à missis defunctionis, anniversariis, & aliis, à predicationibus, à sepulchris, à pulsationibus, à consecrationibus Eclsiistarum, aleclarum, & capellarum, pro prebendis, beneficiis, prelaturis, dignitaribus, personatibus, & ex quibus insurgunt multa barefes, & ecclesiæ Christi polluantur. In aliis autem mœris impiorum & iniusti, vt sunt impudicitia, concubinatus, cum augmento prophano filiorum & filiarum, alieq; fornicationes, ira, rixa, contentiones, flotationes, munera inconsueta, & illusio[n]es false, que omnia & singula quilibet Christifidelis, Christi seruit, & filius verus maris sua Ecclesia, tenetur in se, & in alia persequi, & ut ipsius diabolum edire & detestari. Servato tamen in omnibus ordine, & statu sua votacionis. Quia iuxta sententiam Apostoli, Gal. 5. tales Christi regnum non possidetur. Et si aliquis ultra banc nostram sententiam piam & sanctam intentionem, aliquis nobis ascribit impudicitia & enormia vitia, tanquam falsus & iniquus testis, à Christifidelibus habatur, cum non sit aliud in corde nostro, quam toris viribus & toto posse placere Domino Iesu Christo, eu[er]g[es]t legem, & præcepta, & hac puncta catholica quatuor, fideliter exequi & implere. Cuilibet autem nos pro hic impugnare volenti, & contra Deum & iustitiam auertere conanti & persequenti, in defendendo veritatem euangelicam, ad quam quilibet obligatur ex debito, iuxta vocationem nostram, potestate etiam nobis concessa brachii seculari, eidem veluti tyranno & Antichristo crudelissimo, vñq; ad ultimum resipere oportebit. Et si per quempli multitudinem nostra aliquis scandalofactus fuerit, cum mente nostra sit, omne crimen extingueretur.

Articuli excessuum & culparum, contra Regem Vngarie, quos intulit Regno & corona Bohemiae; oblati eidem per Barones, ac ciuitates Bohemiae.

VII.

1. In primis. Quia magistrum Ioannem Hus, sub fallo condicte, duplice lingua descripto, damnari ad mortem permisit: imo ipsum primus ore proprio, in maiestate sedens, condemnauit, in gravem iniuriam, & offendens, ac linguis Bohemorum.

2. Quamvis omnes schismatici, & obstinati heretici, ab Ecclesia habuerint plenam libertatem in Constantiensi concilio, ipse tamen malum accidit, contra honorem Regni nostrí, & omnem ordinem, & contra salutem conductum Papa, atque ipsius Regis, vñueris datum & concessum, alterum, scilicet magistrum Hieronymum de Praga damnari fecit & comburi.

3. Quia in predicto concilio, Christianissimum Regnum Bohemia, pro heretico, iniuste damnari permisit, & Cruciatem plenam iniuriam, contra Regnum predictum erigi, ad ipsum destruendum & delendum exhibere. Datum Pragæ anno Domini M. CCCC. XXI.

Hi sunt illi quatuor articuli, de quibus post annos XII. scilicet anno Domini 1433. disceptatum est in concilio Basileensi, quorum specie colore, Hussites in Regno Bohem

miæ, cum omnem virtutem pietatis abnegauissent, voluerunt opprimere catholicos. Et porro ne circumiuicini principes orthodoxi, in tumultuarios arma sumerent, voluerunt pariter Regem Sigismundum variis & enormibus criminationibus onerare, datis hoc tenore literis, quas adiungo.

Conradus Præcis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Apololice Sedis legatus, Zenko de Wartemberg, alias de Wels, Henricus Berka de Duba, Ulricus de Hardetz, Hyneck Cruffina de Lichtenberg, Alzo Scopeck, Ioannes de Kalsko, Mikes de Sampach, Henricus de Wartemberg, Victorinus de Kunstat, Hinko de Kunstat, Hermaeus de Broten, Ioannes de Lichtenberg, alias Cruffina; Henricus Latzenbock de Ochlim, Wenceslaus de Swyretitz, Ioannes de Opotzna, Gual de Sternberg alias de Holitz, Amest de Remberg, Ioannes de Chlum, Wenceslaus de Gutenfein, Nicolaus de Valstein, Nicolaus de Monachu, Zdenick Mo-deck de Teynitz, magistri ciuium, atq; communites in clyræ ciuitatis, & iniuctæ in veritate vrbis Pragensis, Ioannes Ziska de Botzna, ciuitas & communitas de montibus Cutnis, vna cu[m] aliis nobilibus, baronibus, milribus, clientibus, ciuitatib[us] & cōmunitatibus Regni Bohemiae, illustri & magnifico principi, nec non Terrigenis, ciuitatibus, Budissin, Gorlitz, Sittauiae, Lobauia, Lubâ, & Camenetz, fuitib[us] nostris. Seruitutem parata, cu[m] desiderio omnis boni.

Illustrissime princeps, nec non nobiles, barones, milites, clientes, ceteriq; ciuitatum cōmunitates. Nouerit, qualiter inclytum Regnum corone Bohemia, innumeras & atrocias iniurias, & iniurias calamitas, vexationem, & excusiones villarum & oppidorum, inhumanasq; crudeliter occisiones virorum pariter & mulierum, & parvularum, vna cum alia innumeris detrimentis (que genibundum cor absg. lacrymia, nec videre, nec narrare poset) hæc tenus ab iniuctis, & crudelibus exterarum gentium hostibus perpessum est, & patitur, prob dolor, in pericula atq; damnæ omium nostrorum pariter, & detrimenta. Ideoq; vestram iustitrem magnificam, & generosam nobilitatem, prouidiasq; prudentias vestras, nos omnes vñanimi desuper compasione ex intimo corde commoti, confitentes, imo, prout deire debemus, requirimus, & monemus, quatenus, non veluti vñi Dei & famam negligentes, sed veluti viri strenui, memores vestrorum iuramentorum, quibus ure feudi & homagiali corona Regni Bohemiae præcipie est obligati, & ad ipsam prætendam, & ab omnibus iniunctis hostibus tuendam, prorsus de iure astrixi, tñtra ipsam amplus non infurgatis, ino in furgere quoslibet, velut fideles ipsius coronæ tutores, pro posse prohibeatis; prout honoris vestri puritatem, & iuramenti præstis integritatem, diligius firmius obseruare. Alioquin, contraversos, & quælibet huiusmodi secus facientem, veluti contra honoris neglectorem, & iuramenti præstis corruptorem, iuxta iuram Regni, remedio opportuno durior proceduremus. Significamus in super vobis grates excessus & culpæ serenissimi domini Sigismundi & c. Regis, quas ab ipso passi, præsentibus inclusas vobis destinamus. Datum in plena congregatione baronum, terra Bohemia & Moravia, & dominorum inclytæ ciuitatis Pragensis, nec non militarium & ciuitatum, ciuitatum & cōmunitatum in Czaslaueni ciuitate, Anno Domini M. CCCC. XXI. Sabbatho post Marcelli, id est, 6. Junii. Scheda autem inclusa, sic habet.

Articuli excessuum & culparum, contra Regem Vngarie, quos intulit Regno & corona Bohemiae; oblati eidem per Barones, ac ciuitates Bohemiae.

Articulus I. In primis. Quia magistrum Ioannem Hus, sub fallo condicte, duplice lingua descripto, damnari ad mortem permisit: imo ipsum primus ore proprio, in maiestate sedens, condemnauit, in gravem iniuriam, & offendens, ac linguis Bohemorum.

2. Quamvis omnes schismatici, & obstinati heretici, ab Ecclesia habuerint plenam libertatem in Constantiensi concilio, ipse tamen malum accidit, contra honorem Regni nostrí, & omnem ordinem, & contra salutem conductum Papa, atque ipsius Regis, vñueris datum & concessum, alterum, scilicet magistrum Hieronymum de Praga damnari fecit & comburi.

3. Quia in predicto concilio, Christianissimum Regnum Bohemia, pro heretico, iniuste damnari permisit, & Cruciatem plenam iniuriam, contra Regnum predictum erigi, ad ipsum destruendum & delendum exhibere. Datum Pragæ anno Domini M. CCCC. XXI.</

combussent, & monachos ordinis Cisterciensis in eodem Deo militantes occiderunt. Eodem impetu Brux oppidum fidelium expugnare machinabantur. Sed Marchiones Misnenses, Fridericus & Wilhelmus id audientes, & inde terris suis malum timentes, collecta multitudo armatorum contra eos procererunt, & congreessione facta duo milia Hussitarum interfecerunt, ceterosq; omnes in fugam turpem verterunt: ex parte autem Misnensem, vix quinquaginta occubuerunt. *Paul. Langh. in Chron. Citizen.*

Profecti fuerat ad hanc expeditionem Marchiones Misnenses, animati à Brandone cardinali Placentino, Martini Quinti pontificis in Germaniam, etiam in hunc annum legato, quo hortatore, magna expeditio à fidelibus aduersus Husitas suscepta est. Fuerunt eius Duces cōstituti, Archiepiscopi electores duo, Colonensis, ac Treuirenensis, & cum his comes Misnensis. In quorum auxilium, etiam Episcopus Leodiensis cruce signatus voluit adscribi. Ceterum cum nihil admodum eo conatu proficeret, praterquam quod tria quatuor castra, duali; ciuitates tantum caperent, Bohemia reliqua circa festum Omnium Sanctorum, omnes reuerterunt. *Suffridus Petri de Episcopis Leodiens.*

XIV.
Vladisl.
rex Polon.
Regnum
Bohemie
sibi delatu
acceptare
non vult.

Bohemie inter hæc viēto, pūloq; Sigismundo, ad Wladislaus Regem Poloniae, Regnum deferre nunciabantur, cum rex comitiis Lenciciensibus intentus fuisset. Antequā oratores eorum adueniissent, consultatum est: An eos pe- tentes, rex in suam fidem recipere. Re diligentius in Senatu agitata, placuit, vt rex regnum à Bohemis delatum ne recipere, propter heresies, quæ varie totam Bohemiam infecerant, & propter intestina gentis dissidia, factioseque diuersas, & quod inimicus capiendus erat Sigismundus Caesar, ad quem Regnum illud iure pertinere videbatur: nec aperte tamen id refutaret, sed ambiguos legatos dimisit, vt eo metu Sigismundus in officio contineretur. Solum conuentu Lenciciensi, venere deinde Bohemorum legati, quibus questis de Sigismundi superbia, & acerbitate, regnumque Wladislao deferentibus responsum est: Regem, vicem eorum dolere, ipsum quoq; multis insignibus iniurias à Sigismundo affectum, vt merito Bohemis, pro tam impensis eorum in se studiis, auxilio aduersus eum esse deberet. Sed quoniam res magna esset ac difficultis, quam postularent, nolle Regem quicquam de ea sine Vitoudi fratri confilio statuere. Hoc responso accepto, pars legatorum in Lithuania ad Vitoudum profecta est, ceteris Nepolomiciæ manendi locus datus, sumptusque suppedi- tati, ne in vrbe Cracoviensi propter hereticorum praefectionem superfederi factis necessaria esset. Indictis deinceps rursum comitis Nepolomeciam ad undecimam diem Novembri, legati Bohemorum (iam enim & ii, qui ad Vitoudum iuerant, reuersi erant) præcisa aperte omni spe suscipiendi à Wladislao Regni, dimissi sunt. *Cromeris rerum Polonicarum lib. 18.*

XV.
Martin.
pont. à Lu-
dou. & Al-
phon. Re-
gi Nea-
poli. com
petitor-
bus sollici-
tatur.

Cum hac in Bohemia ageretur, Martinus pontifex Roma iam residens, variis angebatur curis, à competitoribus Regni Neapolitanii, Ludouico Andegauensi, & Alfonso Aragonum Rege, sollicitatus. Contendebat Alfonius, vt in fidem recipetur, sacramentoq; fidelitatis fidei Romanae deuinciret, iam ab Ioanna Regina filius adoptitus datus, & Calabria Dux renunciatus. Abnuebat id primum Martinus: quod non potuisse, non agnosceret Regem, beneficiariumque Ludouicum, iam ab Alexandro Quinto, & Ioanne vigesimali in fidem eo nomine receptum: Sanctæ sedis esse diceret, beneficiarios suos non tollere, sed confirmare. *P. Emil. in Carolo 6.* Ex aduerso, Ludouicus, fidem & subsidia à pontifice, contra hostes implorabat, vel tunc maxime, cum iam viribus inferior esse ceperat, nec par resistendo.

Hunc in modum locutos fuisse Ludouici oratores Facius narrabat. *Existimamus non ignorare summe pontifex, Alphonsum Aragonum Regem à Ioanna Neapoli in dies expectari: etiam auxili nomine Neapolitanum Regnum inuadere conari, cuius rei haud ambigua argumenta sunt, quod s' à Ioanna in filium adoptari, & Calabria Duxem ac successorem institui per legatos voluit, priusquam è Corjica soluerit, que omnia sibi, illa haud repugnante concesserit, vt ea que viribus diffusa meruit, ne regno spoliatur, quamlibet conditionem ferre haud renuens, modo quamdiu viuat Regno frui, aut*

certe Regina nomen retinere posset. *Nesci illud ignoras, Braccium acer- rum inimicum tuum, ab eodem Regem mercede cedendum, cum multo equitatu in Campanum agrum transisse, mox hic oppidum bellum il- laturum, que Ludouico portas aperuerant, cui vni, cum refressa vix posset, quod is plus valer equitatu quam Sforzia, accedentibus noui Alphonsi viribus, quid arbitriari fore? Cedat sane, & ab in- pro desideri oportet. Quod si quo pacto acciderit, non debet aqua te- dum esse, quin id iuri & autoritati, quod sacra fæsta Romana Ecclæsia, tuq; eius princeps in eo Regno habet, tibi brevi tempore sit abla- turum. Rex sublimi animo, dominandi cupida, ex longinquo Hispania oris, ac gentibus feri profectus, omnia sua potestatis facies arbi- trio, pro lege, vettur, voluntate, nec tributum debitum penet, nec Re- gni coronam, quæ tui iuris est, à te accipere dignabitur, cuius exem- plum facti posteri, pontificibus deinceps auerst, atq; infest, aut certe contumaceserunt. Que cum ita sint, summe pontifex, tuarum par- tum fuerit, in id summa opere eniti, ne Ludouicus bello succumbat. Nâ cum sis Apolitica fæda dux & moderator, omni à teratione prouiden- dum est, ne quid detrimentum eius statu capiat. Braccio, hanc quaquam Regi comparando, tibi bellum inferente, magnam existimatione tua partem amissi. Quid igitur censes fore, si à Rege tam opulento, tibi tollatur auctoritas, quod quidem tibi facile contingere, (viriam fal- sum vates sim) si ad prouidendum in malo tardior fueris. Neque enim eas habet Ludouicus copias, quibus Alphonsi ac Ioanna vim sufficiere diutius queat. Tu vero, cum per Bracci transitum in Campanum a- grum, magno bello onere leuatus sis, poteris commode si voles Ludouicu- dum adiuicare, cui si opem tuleris, facile amissi recuperabis. Quod ne- nisi feceris, & Ludouicus Neapolitanum Regnum, & tu de pontificia maiestate atque auctoritate, non parum profecto amiseris. Quod ne eueni patiaris, per summam bonitatem tuam, ac per omnes superos obsecramus.*

Facto dicēdi fine, ea fore sibi curæ, pontifex, respondit, spemq; auxili præbuit, quod vt præstaret, duo illum poti- sum impellebant, primum, quod Braccium, quem ma- xime oderat, vlcisci cupiebat. Is enim amicitia pontificia deserra, ad vomitum rebellionis & contemptus pontificis reuterus, non tantum minabatur potentia eius deprimerre, atq; ad sacra pro vno denario centum celebranda compelle- lere, verum etiam transitione ad Alphonsum facta, pontificis qui ad Marsos pertinebant fines late populatus, Minia- num, sanctum Victorem, Castellum nouum, & sanctæ Lu- ciam dixipuerat, inq; potestatem suam redegerat, & pontifi- ci eadem oppida per internicos reposcenti, non aliud responderat, quam pontificem quideam verbis pacem age- re, ceterum re ipsa bellum gerere asperimū, quum aduer- sum se Tarratia auxiliatum hostibus misisset, tunc ruptum fedus, violatam amicitiam esse. Se non solum hæc oppida non redditurum, sed bello quacunque possit eius impe- riuum peritum, nec nouo fecere opus fore, quando priora soluta pace seruata non esset. Si Tyferno cederet, atq; pleno iure in potestatem tradaret, capta nuper à se oppida receperunt. Tam cōrumelio so responso, vehementer ut par erat irritatus Martinus, voluit majora subsidia Ludouico decernere, maxime, quod Ludouicum Apostolicæ sedi magis obtemperantem fore existimat.

Cum hac spe dimissi legati, Ludouico certiore facto, inde ad Florentinos, ac ceteras Italæ ciuitates, & ad Philip- sum Mariam Mediolanensis principem profecti, docu- re, quanto in periculo, vniuersusque fere Italæ principis status esset, si Alphonsum Regni Neapolitanii compotem fieri paterentur. Nam tanti Regni opes, vel moderatū Re- gem, neccidū imperii ac gloria cupiditate flagrantem, ad occupandum Italæ imperium allicere, atque incitare satis possent. Singulos populos, ac principes, ei postea, paro Regno nō futuros pares, qui nunc coniuncti, & ad bellum consentientes, illo haud dubie superiores futuri essent. De- testabile profecto cuius debere esse, qui sit in Italia natus, Hispanos habere dominos, & opulentissimam atq; ame- nissimam Italæ partem pati, Catalanorum prouinciam es- se. Simil summis precibus orabant, atq; obclabantur, vt Ludouico auxilium ferrent, ac bellum id omnino ad se per- tinere cogarent, nec sinerent Regem amicum, in quem maxime Neapolitanii Regni pars consentiret, eo Regno extrudi, vnde maximos fructus capere consueverint.

His atque huiusmodi verbis, ciuitatum ac principum a- nimos concitare conati, benignis modo reponsonibus

acceptis, redire ad Ludouicum. At Alphonsum dignitatis fuit arbitrus est, præsumquam è Sicilia solueret, legatum ad Ludouicum mittere, qui illum ab incepto reuocaret, aut si id non posset, bellum ei indicaret, quod Ioannæ mar- tri opem ferre cogeretur. Itaque Ioannem Ferdinandum magni consilii virū Neapolitani misit, qui cum prebrevi ad- venturum Ioanæ significaret, simul, qui Ludouico denun- ciaret, nisi è Neapolitanis finibus cum exercitu abfcede- ret, sece auxilio Regina venturum: & inuitum quidem ad- uersus eum arma suscipere, quo cum sibi affinitas, & ami- citia sit, sed eos, qui sc̄e in eius fidem & tutelam dederint, desituere, non videri id humanitas suæ. Quod si antiqua iura repetantur, inrelligeret Ludouicus, ad se magis, quam ad eum id Regnum pertinere, quod per Aragonum Reges quibus ipse successerit, ad quos Regnum id per Constantiam Manfredi Siciliæ Regis filiam, quæ Petri Minoris Aragonum Regis vxor fuit, ad se perueniat. Carolusque il- lum, qui primus pulso Manfredo Regnum inuasit, nullo iusto titulo Regnum tenuisse, quod ante eum Henricus Imperator Rogerii primi Siciliæ Regis gener, Regnum il- lud hereditarium legitimo iure tenerit. Se tamen quan- quis hæc sciret, noluisse Reginam vexare, existimante maxime iniquum esse, quæ Ladislao fratri successerit, hanc re- gno exiit: ipsius Reginæ obitum ab eo expestatius satius fu- fe, quia mortua, fortasse regnum sine certamine ad se redi- ffer. Monere, ac rogare se, vt ab incepto desistere in amicu- dum inducat, ciuitat; amicitiam retinere, quam iniamicitas experiri malit, q; si fecerit, perpetuam sibi cum eo gratiam atque amicitiam fore, si aliter animatus sit, bellum paret.

Cum his mandatis legatus Neapolitani profectus, postquam Alphonsum brevi venturum Ioannæ significauit, con- fetti ad Ludouicum accessit, & cum illi mandata Regis exposuit, irritatus his multo magis Ludouicus, Alphon- sum iniuste facere, atq; qui ipsum eo Regno expellere conetur, quod Carolo aio suo, legitimo iure à sacrofæcta Ro- mana Ecclesia concessum, ab eo iuste repetatur. Non esse sibi obscurum, Alphonsum, non ram ferre auxilium Ioan- nae in animo habere, quam eius Regnum occupare. Quod autem inquit, possessionis antiquitatem spectari oportere: rem ita non esse, sed quo iure, quoque titulo quis possideat. Nam que vel iusto bello parta, vel ab eo qui dandi potestate habeat tradita sunt, hæc iniuste possideri quis ar- guat? Non debere Alphonsum ignorare, id Regnum à col- legio Apostolico, summo omnium consensu, Carolo eius aulo olim traditum fuisse. Ceterum illum dominandi li- bidine, omnia humana ac diuina iura negligere. Se tum sperare, Deum æquum iudicem, vnde ius sit, inde vi- toriam daturam. Se vero neque denuntiationis belli, neque terroribus vllis, suscepimus expeditionem noctis silentio Carbonaria admissi. Factum ex condicio. Prima noctis vigilia motum Auerfa agmen de nocte media statuto loco consti- tit. Signo quo viri que conuenerat edito, pauci electo- rum equitum aggerate successerunt portæ: breuique agger ille obiectus, partim extrinsecus à milib; partim à con- iuratis intrinsecus disiectus est. Nec dubium fuit, quin ca- pta Neapolis ea nocte foret, nisi ingens trahens trabs me- diae per vim ad virumque stipitem peritum inserta portæ, ad aggerem sustinendum, viam equiti interclusisset. Eam enim dum amoliri nequirent, neque cædere, ne vigiles ex- citarentur, vellent, & quis ad portam relit, pedes viri qui primi venerant, inuierunt. Id sine magno propius ac- cidentium, desilientium ex equis, relatorum denique nullo rector equorum fremitu fieri nequaquam potuit. Ea re ex- citati custodes, conlamatum ad arma. Christophorus Caetanus cum insigni equitum turma ad locum adiula- uit, tantoque impense auxit. Quotidiana inde ad portas ob- servis prælia euenti prospero, paruo ad rei sumam mo- mento. Ne frustra tempus tereretur, auctor fuit Regi Sfor- zia, vt viribus animisq; iam auctiorem exercitū, expugnans que reliqua Reginæ erat propinquis viribus, archibusq; admoneret. Exutam his Neapolim state diutius non posse, neq; obsidionem hac arte solui, quin potius intercluso co- neatur, auctiorem futuram indies. Probavit consilium Lu- douicus; Auerfaq; primo tentari placuit. Neapolia est

Bracchii de Sfortia nis victoria.

Bracchius mira cele- ritate Neapolitan peruenit.

Prodicio Tattalia & finis.

Alphonf Rex cum clafe Neapolim ve- nit.

acceptis donis, Perusia, trium milliū veteranorū equitum agmen trahens, Neapolim per Samiū mouit, portentosa celeritate. Sulmonc enim Capuam vno die peruenit, iter videlicet milliū sexaginta emenfus. Capuam porro primis tenebris adeo taciturnus ingressus est, vt Sfortianos, non plus bis mille passibus Capua distantes, vico celebri, quod a sancta Maria nomen habet, in ipsis Capuæ ruinis cōdito, omnino latuerit. Prima ergo luce, Sfortiani de more pauci vico egressi ad ipsas cōtemptum Capuæ portas pradabundi accelerant. Hic egredios Campanos aliquos dum propulerent, afflentis; ex vrbe multitudine premērunt, reliqua Sfortianorum multitudo suis auxilium latura, armabatur partim, partim armata iam emittebatur. Vbi quod volebat Bracchius, in cauitum Sfortianum agmen quasi tumultuario pralio cum paucis Campanis pugnaturū, ab omni alio hoste securū, egressum vidit, parfactis repente portis, vndiq; totum equitati in terra factos miraculo hostes effundit. Augebat nō vna terrorem res. Inopinata hostium multitudo, Braccianorum signa quasi ē celo repente delapſa, Bracchius ipse ex inexpectato cōspectus, & quidem ex successu ferocior: Imperatoris Sfortia absentia, qui Auerfa cum Rego agebat, tantæ ignarus rei. Fortiter aliquam diu tamē impērum Sfortianum sustentauit. Abundante tandem multitudine, virgenteq; ferociter Bracco terga dedit. Vicus ab hoste captus, direptusque, eodemq; impetu, eadem die, nondū occidente sole Bracchius Neapolim vīctor patafacta per vim ad Reginam via peruenit. Nam Sfortia non ante suorū nunciata est clades, q; armatus Bracchius Auerfa mēnia vīctor, cuius magis quā iusto itinere prætergressus est. Magnū ea re dolorem cōcepit Sfortia, nam & fexcentos equos, & non nullos equites viros fortes amiserat, & quoniā fama bella constare satis norat, nimis secundam primā Bracchii in Neapolitan Regno expeditionem, aequo animo non fecebat. Quare in omnem rei bene genendae occasionem intentus, rem confecerat, nisi infestī semper magna illius gloria domestici prodidores interuenissent.

Non multo post quam Neapolim Bracchius peruenit, vt annone caritas leuaretur, iussus est iter in Lucanos, Calabriā, Brutios aperire, qua proiuincie velut horrea sunt vrbis Neapolitan. Paruit Bracci⁹, multisq; oppidulis ad Vefei radices receptis, Sarnum transgressus fuerat, reliqua expediturus. Nihil ad hominem opprimendū fieri poterat opportunius. Nam Sarni traiectus, faucesq; illæ, quibus circuiebti Neapolim aperiuntur campi, modico concludi pafidio poterant, & quicquid à tergo terrarū erat, Andegauensem sequebatur. Raptum ergo secretis viis equitatu omnem ad certam spem victoriae Sfortia post hostem duxit. Consilium nemini quidem patefecerat, sed facilis erat ex re conjectura. Militabat in Andegauenſiū exercitu Tattalia, milie cum cataphractis à Martino pontifice nō multo ante ad Ludouicum missus. Is siue vetere Bracchii amicitia ductus, siue priuata rei compendio excexcatus, q; neutrum ex duobus illis amissis extinctum vellet, siue insita motus levitate, Bracchium tota de re occulto per nuncios certiore creditur fecisse. Factus est certe impendētis ceterior periculi, tanquam celeritate rebus infelicitis Sarnū traiect, vt equites quatuordecim in eo traiectū, dum alii alios virgerent, amiserit. Non Sfortiam magis, quā Martinum & Ludouicum ea res momordit. Reuersum ergo Tattaliam in vincula rex conciecit: pauloq; post Nicolaus quidā iurisprudentia, ea tempestate Roma clarus, quem Colam Squarciam dicebant, à Martino pontifice illi causā pafectus, questionibus habitis, capite damnata, securi in Auerfa forte percussit. Hanc Tattaliæ pafitiones habuerū finem. Multum ad fūndandas Martini atq; Ludouici de Tattalia ſuspitiones momēti habuit, tunc quod Sfortia ad opprimendū Bracchium properanti adiungere se Tattalia noluerat, sed separato fēmper agmine diſunctis longo intervallo caſtris inceſferat, tunc quod capitio Tattalianos remittere, Sfortianos ad remigium ablegare Bracchii per eos dics instituerat.

Dum hæc Auerfa agerentur, Neapolim tandem Alphonfus valida cum claſſe ex Sicilia expeſtatiſſimus aduenit, in eunte tum Maio. Anni tempus, noui Regis, hæreditis, liberatorisq; pafentia ciuitatem suo nutu ad delicias pronā in omnem effudit licentiam quæſiti cultus, amantis hilaritatis

plebes, eques, proceres, miles, Regina ipsa, quanquam iusta omnia obsequia, in patre ſecuritatis publica videri poterant, in omnem adulatioñem effusi. Ita Maius actus, ita adoleuit Iunius. Secundæ inde iam cura in bellum veræ, quod bellum ſe pafente diu trahi, Hispana indignum maiestate rex arbitrabatur. Bracchium proiacte cum veteranis exire iuſſit, vt populabundū Sfortiam, vel ſemel opprimeret, vel paulatim carpēdo, ſenſim deleret. Precipitatā Iunius, maturæq; fruges prædatorem vndiq; Sfortia per pagos villasq; Campania disperferant. Palante, vt Bracchius opprimeret, inuitata celeritate filens agmen eduxit. Ea de re certior ab Neapoli per amicorum literas, perq; exploratores factū mature Sfortia, eos qui Auerfa reliqui erant milites eodem momento collectos, ſub signis raptim eduxit, ſimulq; deletoſ eſt fideliſſimi aliquot, permicib; equis impositos, circum per Campanum misit agrum, ad ſuos condicium in locū vndiq; cogendos: ibidem ſe inſtructis cum copiis in tempore adſuturum. Nihil horum Bracchium latebat, quippe qui exploratore frequentiſſimo, ac fidissimo trebatur. Mutauit ergo cōſilium, populatoribus omisſis Auerfam conuerit signa, vt ipsum Imperatorem Sfortiā viribus iam tanto imparem vrbe ac mēnibus excluderet. Id ipsum qua erat rei militaris prudentia futurum Sfortia diuinarat: eo maxime, quod nullus vspianus hostis apparebat. Quare vbi plerasq; predatorm coactas iam ex praefcripto turmas, hostem nullū vidit, nihil cunctatus, pradā omnem medio recepit agmine, Auerfamq; confeſtis ordinibus cōtendit. Posteaquā appropinquare Bracchium attulere praecurſores, copiarum Duces aduocauit, breui oratione edocuit, luſſe alias ſe pro gloria, nunc demū de ſalute decernere, hostem adeſſe: nihil ſe velle præterea addere, ne corū fidem virtutemq; parum habuiffe perſpectā videatur. Breuius illi Duces animorum pleni responderunt; Ageret tandem ipſe quod ſemper, ſe futuros quales ſemper. Addidit ex iis promptiſſimus; Aut remunerabere quod ſoles viuentes nos Imperator, aut mortuos laudabis. Proſpectabat ē proximo veteranorū hostium ferox agmē Bracchius, adeoq; ordinis constantiam, & interritam quandam incedentium ſecuritatē veritus est, vt quatuor agmina in qua copias ante diuiferat, in viuū cogeret, ne nimis firmū hostem impar ipſe, ſi aliter feciſſet, certo ſuo periculo incurſaret. Signa inde cani iuſſit, & impetum in Sfortianos facere. Nihil minus animorum apud hos erat, ſpes etiam maior, quod Regem armata cum cinitate auxilio affuturum ſperabant, nec vana ſpes fuit. Posteaquā continenter pugnando multum via dēlis ordinibus euecti vrbis mēnibus ſuccedere, aperit ſe repente portis Auerfanos rex Gallis nobilibus immixtis in transuerſum hostem effudit. Eam ad procellā dum Braccianorum animi oculiq; auertuntur, pradā omnem inco- lūne Sfortia cornu ſimilioris agmina celeriter producta in vrbem intulit. Ea cura liber, inexpectatus hostem à tergo inauia. Moiū nec opinata vis Braccianum primo, tum turbauit, deniq; auertit. Quare fugienti magis quam cedenti ſimilis, Duce fruſtra contra nitente, Neapolim retrocessit.

Eum vero prudentia, iudicique militaris tenorem vñque ad vitæ exitum constantissime tenuit, vt non temere quicquam in rei bellicæ negotio decerneret, nisi accito, vel in uno quoque centurione, & milite veterano, vt exquisitis separatis omnibus sententis, quod patrandum fore, multorum iudicio probaretur. Sed id tanta dissimulatio expetebat, vt semper alienis exordiis, & fabulis animi propositum celaret: atque apte demum ad id, quod vñlet in instituto nouo sermonem deferebatur, quoniam eo pacto nunquam prolatio interiore animi decreto, authoritatem suam egregie retineret, nec ob id persuasione prudentia animi ducum minorum inflarentur: quando ijs alia semper de causa vocatos, & fortuito demū sermonem in grauorem consultationem incidisse humanitate Duci facile existimarent. Verum illos confecto negotio, iucundus potius quam grauiter in corona laudabat, qui feliciter in disputacione diuinassent: & id quidem iucundiora gratia, quod liberaliter, & nullo fastu gloriam communicare vidererunt.

Ingenio natura fuit candido, adaptatoque potius quam latebroso & callido. Vnde cum dolis, occultiisque aulæ artibus parum valerer, facile in insidias præcepserunt: sed statim inde alienatus fatali quadam virtute, & diuino fauore resurgeret. Stata autem ætate, propter occultas homi-

nui voluntates, atq; ora fictitia, itemq; ad eludendos speculatores, cohibere linguam, iram stenare, ac opportune, apteque, varia persona vi diicerat, ita tamen, vt si quid simulatus faceret, aut diceret, à familiaribus atque domesticis facile nosceretur. Natura siquidem eos oderat, qui animo anticipi essent, multosq; recessus, & variis anfractus haberent, dissidente præterim fronte, in qua præclare apud generos ac probos, & fides, & pudor habitarent. In eo etiam supra quam credi par est, admirabilis rerum acnimum memoria viguit, tanta felicitate, vt cum nullis commentariis inniteretur, non modo militum suorum, verum & equorum nomina à multis annis repereret, nec in persolvente itipendia villa in re vñquam falleretur.

Litteras Latinas nequaquam arrigerat, sed admirabatur, secutus literas, atque vernacula, quæ ex vñ militari commodiore videbantur. His necessitate quadam rotum id otium, quod ex negotio supereret, vehementer addixerat, vt historias calceret, quas è Graci Latinisq; scriptoriis traductas lecitare erat solitus, inuitatis liberalitate ad id munus suscipiendum literatis, in quibus fuit Porcellij pater, ob tralatos Casare & Salustium, honesta domo cum horis donatus. Quod autem litteras nesciret, perurbane sese excusabat, quandoquidem vna, atque eadem manu librum simul, & gladium tenere minime didicisset.

Non caruit urbanitate in dictis, plerumque falsus, & capte, scireque reponens, si quis prouocando lacesteret. vt tun accidit, quoniam à Sergianno magno fenechalcho, ad exprobrandam generis nouitatem, ligonis fabula obiectatur: tu hoc, inquit Sfortia, vñ video, stirpis origine pars sumus, quoniam Adamus in mortalium primus, terram & ipsæ foderit. Sed ego certe quod inre diffiter non potes, illo meo ligone multo nobilior eris, quam tu tua pena; & pera: quo securitate lepide admodum hominem transfixit, quoniam in eo tanta cum inuidia dignitatem stupro quasitam, & patrem eius ad Prætoris tribunal, ignobilem scribam, adulteratoque restamento, falsi damnatum, scitissime notaſſer. Quoniam infideli armisque Pauli Vrsini exterritus, excessiſſer vñbe Roma, & in Algidio castra posuſſer, ad eum à Pontifice Cardinalis sancti Angh Legatus venit, vt fidem interponeret, confirmaretque hominem, ac in vñbem reduceret, inter multos autem fermones, Cardinalis quem dixisset: An Sfortia Vñsum timebis, quoniam si sub Columna tutissimus? Exemplo respondit: An non tibi Pater omnino infanus videbor, si dum fruſtra à ſurdō marmore operi nuplo, bellua ingens, dente ac vnguis ferox, ac hunc a ſepereffus incedens, mutuū inimicis fit formidanda! Non illepide, remota, & patrum expedita Columniorum auxilia designans, & Pauli Vrsini ingenium, præſentelque vires aptissime depingens.

Ladislao Rege magnis viribus Tudertum oppugnante, quoniam Braccius repentina & graui eruptione, Paulum Vñsum vñtem in inimicum suum adortus, ita copias eius cæcidisset, vt statione, & totis denique castris ipso Duce pulso, & fugiente pellerentur, non dubitauit Sfortia, quoniam circumuento & pene capto opem ferre maturarer, quoniam sibi in sua castrorum parte locum designatum tueri, ac inimici cladem otioſe spectare, optimo militia iure licuerit. Descendit enim ab acclini loco instrutis turmis, atque cohortibus, tardauitque impetum insequens, atque vi eto-ris hostis, adeo, vt longo, ac acerrimo certamine edito, Braciani intra portam compulsi, non mediocri accepta clade, terga dare cogerentur, vociferante, atque irridente Bracio, quoniam Sfortia communem inimicum, quem interficeret debet, clementia & stulta lenitatis nomine conseruasset. At Paulo inter metum & pudorem Sfortia gratias agenti, ille alta voce, vt omnes exaudirent, respondit: Non est, Patre, quod parem referre gratiam cogites, quoniam hodie cum signis, & copiis meo insigni beneficioſis conseruatus, quando id, quod strenue & peropportune factum ridetur, id rotum Regis, & publice omnium dignitati datum sit, nescilicet in oculis Regis ac meis inexplicable delictis admitteretur. Tu vero nibilo fecis inſtillari & persequi, venatis etiam tels me ipsum perges. Ego certe inimicis acceptis abs te inuriis, probe & strenue vñcias, quoniam emibifortuna, que nunc socium facit, aliquando hostem obtulerit. Id factum, dicuntque Ladislauus magnopere commendauit, Sfortiae que doio dedit equum phalcatum, atque item laciniam

ex purpura auroque insignem, argenteis squamosam bræteis, qua ille in ptiliis vñ soleret, vt palam in Sfortia, virutis, simul & clementia de cus reſtaretur. Is ipse ad extremum, Belliger graue Maris opus dum Sfortia tractat Sfortia magnitudinem gloria prima Ducum, Terri & opem rapidis merito generosus ab vñdis Dūmpuero, ingentem liquit in amne animam Hac memorant. At vera magis Polyhymnia magni Facta ducis fame tradidit, atque obitum. Scilicet vñdum dum sanguinet ingit Aeternum. Hasta atque armis conficiens equo, Commotum flum numen, voluisse nitente. Pollutis illum mergere voracibus. Ut fama & rapta Heros tumulatu honore Aeternus tanto funere Aeternus eat.

P. Iouius in vita Sfortiae, Antonius Franciscus Rainerius. Hec de Sfortia, Romana Ecclesia vexillifero, prælia Domini pugnante, isthinc referre vñsum, pari libertate atque necessitate, quaduini scriptores, in factos Ecclesiæ sanctissimos retulere, Moyſis, Iosia, Davidis, Machabæorum, & alio tum fortissimum Ducum, res fortiter & præclare, pro domo Domini geftas: ne scilicet aliquis aulæ manceps, me, quasi extra linea calamus produxissem, criminatio ne acerba, an barba opus habeat fuggillare.

Cafum Sfortiae edocitus Martinus Pontifex, grauissime tulit, quod tantum sanctioris maiestatis propugnatorem, in ipso rerum summo discrimine, amissit. Erant qui Martiam Francisci indolem, multis apud Pontificem extollerent, parem aliquando patri Sfortiae futurum, sive veteranum militem magnis tentamentis exercitatum, eius imperio ille subiiceret. Non deret autem Pontifex, sed aquilam potestare, quam pater obtinuerat, copiis derelictis præesse voluit, maxime cum intellexisset, iuuenem, postquam nonnihil doloris dedisset, ingenti animo ad milites dixisse, vt quemadmodum haec tenet sub patre Sfortia magna cum laude omni tempore meruisse, iisdem animis, eademque fide secum perseverarent, quæ bene inter se consentientium animorum fama, siad Romanum Pontificem, & ad Ludoicum & Ioannam Reges, siad hostes denique ipsos proficeret, nihil certe quam antea inferiore loco, & Sfortianum nomen, & res eorum omnes futuras: præterea stipendia commeatusque, ac vñbium & populorum gratiam, facile sibi comparatuſos. Quod si seculis fensissent, & diuersas in partes distrahi cuperint, tum demum & hostibus, & amicis, æque ludibrio fore. Probavit ista uti auspicio Pontifici optimam indolem Franciscus, ita vt dignissimum iudicauerit, qui paterno exercitu præcesset, qui nondum tertium & vigesimum ètatis annum excessisset, vñbium item populorumque omnia qui Sfortia paruerant imperio, administrationi succederet.

Perseuerabat interea obstinato animo in Aquila obſidione summo conatu Braccius, post Sfortiae interitum confidentior factus, contractiſque vñdique viribus, ad vñbem castra admouerat, omnique fere commeatu interclusam machinis quatiebat. Quod cum Martinus Pontifex, & Ioanna moleſtissime ferrent, & Philippus Mediolanensis Princeps, mihi non augeri Braccii vñres cum Flórentinis sentientis cuperet, haud cunctandum quin labantibus extremo periculo, & iam in 13. mensē producta a grauissima obſidione auxiliū implorantibus Aquilans subdūruntur, rati, iuſtūrunt omni ex parte exercitum cogi, & aduersus hostem, ad liberandam obſidione peritura vñbem, summa celestiter duci.

Martinus Pontifex inter hec, diras contra Braccium Ecclesiasticas iterum pronunciavit, ac triduanis supplicationibus, diuinam opem poposcit, vt exercitu piorum contra tam immanem tyramnum, pro re Ecclesiastica, tanta quanta est Regnum Neapolitanum, Sedis Apostolicae patrimonium, dicitacatu, vires & robur addere, deque Diuum & hominum contemptore, victoriam concedere dignaretur. Misit deinde Franciscum Piccolpafium Bononiensem, qui postea Mediolani geslit Archiepiscopatum, cum Pontificis signis Legatum, qui exercitu vñiuerſo suprema cum potestate intercesset. Conuenierunt vñlum in locum, qui sub Pontifice merebant,

Castra
victorii
dilecta
ponita.Prælium
ipitut.Bracciani
superantur.Bracchius
fuga salu-
tem quæ-
rere inten-
dit.Bracchius
ex equo
deciditur
& ad Fran-
ciscum in
castra de-
fetur.

bant; Franciscus Sforza cum Michaeli Attendulo, duo Ludotici, Sancti Seuerinas & Columna, Jacobus Caudola, & alij copiatum ducis. In huius bellū euentum, variis voris to- alij copiatum ducis. In huius bellū euentum, variis voris to-

vndique medici, magnis propositis præmiis, nihil inter- tatum persanando illi reliquuntur, viuere cun posse pro- dicentes.

Etiam triduum à suscepso vulnera supererat, quum Andreassus Castellus, tum quindecim annorum adolescens, alacer accurrens ad spectaculum, non immemor iniuria sua quondam à Braccio illata, styllo è chirurgi mani- bus extorto, cerebrum expiranti, ac toruis adhuc & micantibus oculis Braccio intuenti transfudit, omnibus qui aderant, in adolescentem animum admirantibus. Ex ea recenti plaga, Braccius, ad vesperam expiravit.

Itaque Kalendas Iunii Aquilaniorum furies ingeffi, haud longius ab urbe quatuor passuum milibus castra po- suere, ab hostilibus vero castris non amplius duobus.

Mons quidam haud magna altitudinis, sed transitu perdifficilis inter vtraque castra intercedebat. Ardebat propinquiores facti paribus animis in prælium pariq; fiducia utriusque exercitus, iamque Bracciani insolentius iactabundi vicitoriam in manu habere se existinabant, nihilque magis veritum Braccium ferunt, quam ne paruo detinente hostes cerneret profligatos. Is ut erat bellandi prælani- dique scientissimus, de hostium aduentu certior factus, montis eius summum, quod hostibus impendebat, duobus munierat castellis, & in iis magnas pedestres copias collocarat. Ad radices autem montis, qua hostibus in cam- pestrem planiciem defensus era, omnia quis ex proximo Aquila fluvio deductis in stagni similitudinem compleue- rat. Inde ipsius castra incipiebant, equitibus supra quatuor millia, robustis quidem & exercitatis, permunita, quos in quatuor & viginti ordines instruxerat, & quo magis hostes contemnere videbatur, misit in pectorum castra cum litteris tubicinem, quibus Duces omnes & hortabatur, & pro- uocabat in prælium, addebatque, per se eis licere, sine villa porsus vel molestia, vel impedimento, & montem ascen- deret, & ex eo in æquum campum descendere. Idque iure- iurando inviolatum fore affirmabat. Ibi Franciscus Sforza, conuersi ad tubicinem oculis, cum reliqui silentium tene- rent, permittente Pontificis Legato, *Dic, inquit, Braccio, nos pro voluntate nostra, in eum velinuitum, & in suam quidem rem na- luan venturos.*

Itum est postridie eius diei qui fuit 11. Iunij, in ho- stem, octo amplius horis varia fortuna pugnatum, ad extre- mum, sive diuino vt creditum est auxilio, sive ducum mi- litumque prudentia effecitum est, vt vno tempore vnoque momento vniuersa Ecclesiastica manus ingenti vndique sublato clamore, confertissima acie monceretur, ac ferretur in hostem, nec posthac quisquam amplius hostibus terga reverteret. Hunc tantum Bracciani imperium ægre sustinere ceperunt. Tum Pellinus Cotignolensis ingenti animo vir & manu promptis medios per hostes iter ferro apierens per Bracciana penetravit signa, eaque mox audacissime hu- mi prostrata deuoluit. Hunc Ludovicus Sancto Seuerinas, Paulus Cathena, & Fridericus Matelicensis fecuti, hostes acriter perturbarunt, eos ingruentibus vndique aliis re- repellentes, sternentesque palam magna cæde. Inclinata igitur te Bracciani territi animo deficients, loco cedere incepit, tum demum Braccius se errasse animaduertit, quod minus æquo iudicio hostium virtutem dimensus es- set, ab contempto hoste insperatam sibi cladem inferri clara voce obtestatus. Itaque desperata suorum fatute, omniem spem in fugæ auxilio ponens, in proxima sua ditionis oppida propterea contendit.

Viderat eum in fugam equum intendentem Franciscus, qui ex quo pugnari ceptum est, vigilansissimis eundem oculis assidue obseruabat. Ea igitur re perspecta, suis qui proximi essent, vt se sequerentur iussit, factoque agmine obuio quoque iam perterritos proterit, vulnerauit, prostrauit, viam viaperuit, & vertentem iam terga Brac- ciū, qui ne agnosceretur galeam abficerat, cum perfin- numerabilia occurrentium vulnera infsequeretur, effe- ctum est, vt ille fugiens, ab expedito & audacissimo Sforziano milite, cui Fulginato erat cognomen, sapienter ut se dederet, Franciscique fidei permittere, admonitus, nihilque respondens, in occupi laethali vulnera percute- retur, & ex eo præcepit in terram corrueret. Profligato Bracciano exercitu, ipse Braccius semianinis clypeo in castra relatus, quamquam amicis mitissimisque verbis Franciscus ad respondendum inuitaret, ille tamen nullum, seu grauante vulnera, seu indignante animo emisit. Acci-

tae effusione etiam le- tia & ga- tie Deo- polvra- riua adi-

Hactanta vicitoria parta, eiusque per loca finitima ve- lociter rumore perlato, non modo Aquilani obsidione & imminentissimo periculo, & Martinus Pontifex item ac Joanna Reginā maximo metu liberati sunt, sed vniuersa etiam oppida atque yrbes, quas in Piceno, in Umbria atque Etruscis Braccius obtinuerat, rebellionē concitata, in pri- stinam Pontificis Ecclesiæq; Romanæ potestatem rediere. Hæc pugna, que sanc acerrima & cruentissima fuit, vbi pri- mum Roma nunciata est, Martinus Pontifexta latitia affectus est, vt incredibile dictu fuerit. Cumque etiam in argumentum publica lætitia per omnia templū vbiq; aræ personaissent, tanta fuit exultantis multitudinis vociferatio, arque tumultus, vt vix plerumq; sonitus ille audiretur. Exsatiata post hæc omnium lætitia, decreta est ab eodem Pontifice tridū per vrbem supplicatio, vt faustatum rerum fautori inprimitus Deo honores ac laudes haberetur: cui ipse gratias ingentes agere non cessabat. eo enim ipso die quo dimicandum erat, Eucharistia sacrificium celebranti sibi, Deumque Opt. Max. multis lacrymis oranti, vt se Ecclesiastique ciuius à Tyranni immanis & hostis insolentissimi manu liberaret, quod piæissime orauerat, ex sententia enuit.

Bracchii cadaver, Pontificis iussu Romam delatum, in commune sterquilinum, Verano in campo, extra portam Næviam proiectum, vix leui cespite, sine villa exequiarum vel sepulta honore semitumulatum est, quod Braccius Ecclesiæ ac Romani Pontificis declaratus hostis, dicitur Pontificis non semel deuotus, nullo penitentia signo edito interficetus. Ita Ecclesiæ hostium acerbissimum vltus est Deus, eo memorabilior exitu, quod quamvis vix illus Pontificiorum inimicorum leni absumpcio sit fato, vix tamen aliquis, omnium adeo coniuratis Dei hominumque odiis sublatus est. *Iohannes Simoneta verum gestarum Sforzis lib.*
2. Julius Roscius Hortinus in Elogiis militaribus, ex Corio histor. Mediolan. parte 4. Infixa in nos diariis. Iouius in Elogiis. Eius im- agini Iouius Feroldus subscriptis carmen adiunctum elogio Iouiano.

Bracchius Dux ille fortis atque pugnacissimus,
Hostium quis sepe fregit armis felicissime,

Atque

Arque summum perfecitus est Sacrorum Principem,
Quique multis imperiis vitorum oppidis,
Ac potissimum occupauit ciuitatem Romam
Quique Regibus, tyrannis, vrbibusque liberis
Italum fuit pavori maximo & formidini
Hac representatur hostes, qua vides imagine.

Accelerasse Braccio fatalem horam, Corius memorat,
Andreas Castellum, cognomento Seniorem vindican-
dum in iuria & contumelia, qua ante aliquot annos, Brac-
cius, maiores suos aut sustulerat, aut affecerat. Perusia sub-
acta tyranus, cum ad totius Umbriae dominum imme-
di cupiditate aspiraret, Tudertinos sibi in primis in præ-
dam destinauerat. Proceres Castellæ familiæ ante alios, ea
ditione vniuersa, propter opes amplissimas & clientelas
numerolissimas potentissimi, obstant tam vasto defi-
cio, aliena, & presertim Ecclesiastici iuriis obtinendi. An-
dreas Quintus, eius stirpis illustrissimus, huius Andreassi
de quo dicimus annis, principem id temporis locum apud
Naharticos Guelphos, autoritate & imperio ornabat.
Hunc oportunum iniuria existimauit Braccius, sed quem
ad modum hominem opprimeret, tam facile non videbat.
Excoxit tandem plenum perfidia, atq; sauitia. Arcem
Colle Lunæ, nobilem in agro Interamnæ in primis ac mu-
nitam, Andreas id tempore, à Bonifacio IX. Pontifice iu-
re fiduciario possidebat. Placuit, illo incautum doliq; sim-
pliçem per speciem colloquij euocare. Habere se animum
vna cum illo & quadam in rem vtriusq; conferre, & genio
aliquantum indulgere. Fuit Andreas fraudis ignarus, Brac-
cius porro, vt & filios acciperet, impetravit. Tres omnino,
Iannottus, Galeotus, Paulus, vna cum patre Colle Lunam
venere. Ibi tyranus, non ditionis tantum, sed etiam san-
guinis humani sitiens, nec quicquam obsecrante Andrea,
in cotam oculis frustra clementia & sanguinis iura implor-
antis, crudeliter in modū tres illos filios iugulauit, patrem
postea suam orbitatem lenguineis fere lacrymis deplorantem,
laqueo gutturi innexo exanimauit, deinde ad extir-
pandam Castellorum vniuersam prolem, Iannotti filios,
quos ex Nicolao Monte Mariana vxore suscepserat, omni
studio inuestigauit. Aliquis minorita puerum Andreassum,
cum sodalibus extra portam vrbis ludo tempus fallentem,
ad primos rumoros Braccianæ diligenter, pallio quo am-
etus erat, religioso contextit, quæsitorumque ex oculis sub-
ducuntur, vibrasset enim illum repulisse statim, atque
obliquo vulnera medio illum gurgite traieciisse, pauloque
post ad pedes mortuum iacuisse. Id se iterum, id tertio
videti vidisse. Certa fidei auctor non erat, carter res
ipsa somnum probasse videretur. quippe media in pugna,
hortantis fidentisque militem, voce cognitam minens iu-
gulo quum sequeretur primus omnium mucrone primum
gutture, deinde ceruicem exhaustus.

Tradit insuper Legatos Perusinorum in castris quum
adescent, & hostium audirent aduentum, narrando aliquid
vt affoleret, quæsisse à Nicolao Picinino (erat is turmarū du-
ctor, pugnante corpore, sed ingenti animo) quid ei
futurū ex hoc bello videretur, illum secum cogitabundum
diu hæsse, respondisse tamen, omnia sub incerto euentu
esse, nec se diffidere de militum virtute, aut Ducis animo,
neque tam hostium terri numero, quam vereri, ne inu-
da diurna felicitati fata, cursum eius Imperatoris ab-
rumpendum statuissent. Id se ex conjectura videri coni-
cere, mutatos esse subito Bracchii mores, ex leni & comi du-
rum ac morosum factum, consilia veteranorum militum,
quibus ante id tempus vti plurimum consenserat, aut pro-
ficiens, aut reicere salutaria, & deteriora perni-
ciosaq; deligere, paulo ante, etiam in mulieres (inauditus
facinus) citra bellū iura & eius consuetudinem esse sequitum,
superos, primum ingenia mortalium in pœnam peccati,
deinde opes & fortunas euertere consueisse.

In sterquilinio Verrani agri cadaver cum esset semiu-
lum, paucis post annis, Nicolao Forrebracchius, cum
Romam & ipse (veluti deuocum huic familiæ) pulsò inde
Pontifice occupasset, patrui olsa collegit, & Perusia de-
portauit. Perusini, exquisitio christiano more, publico luctu, fu-
nebre pompa celebratis, grauiora inferorum supplicia
damnata animæ accumularunt, sibiq; notam non ignotam
affin-

dis, & Diu Valentini Episcopi Martyris Interamnæ
Tutelaris sacro corpori inuendo. Erat illi Sacerdos, quem
à facris faciens honestissimo loco domi habebat. Iuit ali-
quando Nicolaa in eam Basilicam summo diluculo, rata,
qua Sacerdos iam præiuisset, & diuinæ hostiæ litanea cau-
sa ad altare accessisset. Is autem plus solito tardius venire
sue neglexit, sue nequituit. At Nicolaa statim acque Basili-
cam intravit, Sacerdotem, eodem plane habitu, motu,
modo, ritu, specie, quo suus familiaris fuerat, ad altare repe-
rit, sacram Missæ sacrificium illo ipso recitante audiuit, di-
uinissimam Eucharistiam ex manibus illius ipsius desum-
psit, & religiosis officiis exsolutis domum reuertens, pro-
prium Sacerdotem, ad templum properantem, mora-
que excusantem, atronita reperit, dubioque procu-
fanciūtum fuisse Valentini tutelarem censuit, qui officio
functus fuisset. Quoad vixit, id secretum esse iussit Nico-
la, magna apud Interamnæ opinionem sanctitatis.
*Ex mo-
numen-
tis SS. & BB. Interamnæ, & aliorum qui ibidem cum
opinione sanctitatis obierunt, & Franciscus Zazera Neapolitan. de
nobilitate Italæ.*

Et quidem Braccius, ad illum modum extinctus fuit.
Ioannes Vrus sepe postea dixisse fertur, se quin illud bel-
lum gereretur Prætorem in Piceno fuisse, venisseque Af-
culum frequenti stipatum populo virum natu grandem,
promissâ & cana barba Mathematicum, & prælagium fu-
raturum rerum profitement, hunc se rogatum, effete vi-
ctor fuisse, Braccius, Aquilano bello, si hostes ad præ-
lium venientes, quæsisse ad cogitandum tempus; postridie
vero ad tribunal reuersum respondisse: Si Dux ipse bello
non interesset, vietorem futurum Braccianum exercitum,
sin præsente Duce congligeretur, minari stellas superiorum
hostem. Quæ res ut ante pugnam vtrvana neglecta, ita po-
stea ab euentu rei, & omnium de his infarto iudicio est
comprobata, interpretantibus illis vaticinium hunc in
modum, nisi prohibitus esse miles descendentes in con-
uallem hostes capti profligasset, coepisset, vñsusque in
pugna fuisse, etiam peditatu.

Erat etiam in hostium castris gregarius, & infirmæ sor-
tis miles, qui post factum Perusie tumultum, pulsosque se-
ditionis auatores in exilium, vltro cum plebeis exierat. Hic
se per somnum vidisse aiebat, Bracchium sublimi equo cir-
cumiectum magnam cædem hostium edere. Quum vero
ad le interfiendum vibrasset ensem repulisse statim, atque
obliquo vulnera medio illum gurgite traieciisse, pauloque
post ad pedes mortuum iacuisse. Id se iterum, id tertio
videti vidisse. Certa fidei auctor non erat, carter res
ipsa somnum probasse videretur. quippe media in pugna,
hortantis fidentisque militem, voce cognitam minens iu-
gulo quum sequeretur primus omnium mucrone primum
gutture, deinde ceruicem exhaustus.

Tradit insuper Legatos Perusinorum in castris quum
adescent, & hostium audirent aduentum, narrando aliquid
vt affoleret, quæsisse à Nicolao Picinino (erat is turmarū du-
ctor, pugnante corpore, sed ingenti animo) quid ei
futurū ex hoc bello videretur, illum secum cogitabundum
diu hæsse, respondisse tamen, omnia sub incerto euentu
esse, nec se diffidere de militum virtute, aut Ducis animo,
neque tam hostium terri numero, quam vereri, ne inu-
da diurna felicitati fata, cursum eius Imperatoris ab-
rumpendum statuissent. Id se ex conjectura videri coni-
cere, mutatos esse subito Bracchii mores, ex leni & comi du-
rum ac morosum factum, consilia veteranorum militum,
quibus ante id tempus vti plurimum consenserat, aut pro-
ficiens, aut reicere salutaria, & deteriora perni-
ciosaq; deligere, paulo ante, etiam in mulieres (inauditus
facinus) citra bellū iura & eius consuetudinem esse sequitum,
superos, primum ingenia mortalium in pœnam peccati,
deinde opes & fortunas euertere consueisse.

In sterquilinio Verrani agri cadaver cum esset semiu-
lum, paucis post annis, Nicolao Forrebracchius, cum
Romam & ipse (veluti deuocum huic familiæ) pulsò inde
Pontifice occupasset, patrui olsa collegit, & Perusia de-
portauit. Perusini, exquisitio christiano more, publico luctu, fu-
nebre pompa celebratis, grauiora inferorum supplicia
damnata animæ accumularunt, sibiq; notam non ignotam
affin-

affinxerunt, quod ossa profani hominis sublimi ac dignissimo templi loco reposuissent, tumuloq; insummo templi fastigio substrato, signis militaribus, & aureis torquibus suspensis, metnoriā seruulis seruitur ad posteritatis notitiam transmittere aliquando voluissent, vel adeo transmittere tolerassent.

X.
Dein uasore alieni thor & pena se-
cuta ac Bracchii laetitia.

Antequam Braccianis factis denarrandis finem impo-
suerō, auctarii loco vnum vnicum subiecero, vel ad eius sa-
uittam, vel ad alieni thori inuasorum penis, vel ad præte-
rito iure desumentiam vindictam calus memorandos co-
gnoscendos. Produxit & S. Antoninus Florentinorum Ar-
chiepiscopus, istud facinus in exemplar, sed paulo compendi-
o sius, quam descripsit Campanus, scriptor vite Brac-
cianæ. Res est. Bracchius in Tuderitimum aliquando contem-
dens, deducta ex hybernis parte copiarum circumfedit ho-
stem, ac breui deleuit. Sed vbi ex militia & labore secutum
est domestici otium, cogitatio animum incēsūt ducendā
vxoris, & sibolis procreandā defiderū, quod & Cives,
& amici omni studio persuaserunt. Nicolam Berardi Ca-
merti sororem desponderi placuit. Nuptiis patrio more
celebratis, ne nimis vxoris centeretur, in Tuderitimum
colligendi sui ab cibilibus studiis gratia concelesserat, quin
horrendum & atrox facinus nuntiatur.

Fulginci, & Nuceriae, præterant tres fratres. Ex his vnu-
quum saepe Nuceriam pergeret, in arcem diuertens, forte
in custodis vxorē oculos coniecit, nec multo post verba fa-
cta excepunt. Custos Dominum in adulterio deprehēdit,
in tempus itam dissimilat, & quo altior caderet vindicta,
tres simul fratres interficere cogitauit. q; vt efficer posset,
tyrannos, & cum aliquot Cives venatum ad saltus Nucer-
inos inuitauit. Duo fratres, Nuceriam, magna canum turba
contenderunt, tertium Trebulani (nam illi quoq; imperi-
tabant) ad feliciores ludos inuitauerant. Forte, & Berardū
Cameriem, qui paucis ante diebus Fulgineū venerat, Nu-
ceriam secum compulerunt. Quoniam vespri ad vrbe atq;
in fidias peruenissent, adulter frater, & Berardū intra arcem
recepti, diuersis in cubiculis dormitum iuerunt. Custos,
prima vigilia adulterum occidit, Cameriem in vincula con-
iecit. Peracta ade, alter frater qui ad am cum nocte in vr-
be diuenterat, prima luce tanquam à fratre accitus in arcem,
codem quo ille telo interimitur. Fulginates qui vna vene-
rant, pati sceleri, & ipsi vinciantur: facinus in occulto erat.

Inter ea tam nefanda cædis auetor, quo populum ad re-
bellionem excitaret, primores vrbis ad concionē pro fori-
bus vocatos hortatus est, vt ad libertatem recuperandā ar-
ma caperent, simulq; docuit, duros tyranos in vinculis te-
neri, eos se paulo post necaturum, non ausus quicquam de
cæde faceri, antequā populum concitasser. Cives contem-
pta hominis temeritate atq; perfidia, ne tantū facinus agi-
taret, neq; à fide deficeret, ad monebant, præsto fore tanti
sceleris vltorem Nucerinū populum, nec tam procul inde
Fulginatum fines esse, aduentur subdio reliquum fra-
tem, nunc locum esse pœnitentia, intercessus se pro ve-
nia, si consilij tam temerarij pœnitent. Ille vbi vidit frustra
de rebellione tentatum, duos ex satellitibus emisit, qui ne-
ficio quam reliquiam familiā, extra Fulginatum & Nucer-
inorum fines alportarent, veritus, ne scelere patefacto, ty-
rannus faciunt facultatē haberet. Illi tamen rei atrocitate
permoti, primum incerti quid acturi essent, multis vltro ci-
troq; agitatis, tandem tenui omnem ad tertium statrem de-
creuerunt, turius rati, liberos tyranni gratiam inite, quam
obfessos in arce omnī in se odia conuertere, nec discriminem
vllum esse perfidæ. quippe, si cōtinuiscent scelus! communi-
nem Domini, sin aperius! custodis fidem violandam.
Nondum à Trebulā redierat, satellites ad eum recta ierūt,
& rem omnē ut se habeberet patre fecerunt: duos fratres
occisos, Berardū, & Fulginatum atq; vñctos esse. Ille
celeriter Fulgineū, sine frēno, sine sella retersus, Bracco,
tam nefariam cædem, & Berardi periculū nuntiavit orans,
obtestansque, vt ad sceleris vltorem auxilio veniret.

Bracchius nouitatem exempli grauitate commotus, simul
quod amicū tam in graui periculo defenderint non essent, mil-
iti qui aderat subitam edixit præficationem, reliquos è sta-
tionibus euocari, & se celeriter sequi iussit: Ipse non ex-
pectato militum aduentu, cum paucis, Nuceriam profectus,

misso ad custodem caduceatore percontari iussit, cuius
hortatu, aut quanam causa tantum facinus admisisset. Ille
nullius hortatu, sed suo impulsu fecisse respondit. Causam
vero si nulla subesse alia, katis magnam esse, suorum que-
sse libertatem, & cum publicam omnium, tum priuatim
suum iniuriam vindicasse. Bracchius totum triduum in ob-
sidione commoratus, dum reliquæ conuenirent copie,
omnia quæ ad oppugnationem vñli videbentur futura, sca-
las, trabes, machinas comparaverat. Ornata erant varia op-
pugnationum instrumenta, vt si vno non proficeretur,
multis simul diuerso modo, diuersis locis oppugnationem
tentaret. Quarto die arcem vndique simul adortus, adiu-
uit muro qua præparauerat. Ibi profilentes inter primas
munitiones milites, custodis parentem, & præterea no-
uem & triginta satellites qui pro mænibus pugnabant, fu-
bita vi corripuerunt, ac manus & pedes reuinctos in fo-
rum traxerunt.

Tyrannus fratrū interfectoribus prospectis, rabie ma-
gis quam ira concitatus, parentem ante oculos occisum
canibus dispergit, satellites vario supplicio diuersis in lo-
cis aucti imperauit. quippe statim alij in cruce sublati, ali
equis distracti periēre, nonnulli subito ferro trucidati, ple-
riique quatuor in partes sceti expositique per triuia, & sua
perfida, & tytanica crudelitas fuere exemplum, ocu-
losque hostiles spectaculo faciuerūt feedissimo. Sed inre-
tiorem arcis ambitum, quamquam defensotibus vacuum
aliores muti cingebant. Custos vbi deiecit propugnacu-
lis suffodi ad radicem cuniculum, & turrim ferro excidi co-
gnouit, vt omni ex parte vltus moreretur, vxorem suspi-
cientibus hostibus suprēmo turris fastigio præcipitauit.
dubium tamen, ne in potestate tyranni deueraret, an vt
sua tam grauite exceptæ libidinis pœnas fueret. Iam ho-
stes cuniculo in turrim edito inferiore superauerant re-
studinem, fratres superne se accrime defendebant. Stri-
ci erant in subeunte gladij, nec comportata in eum vltum
deuerant saxa. Illi parieres, illi recta euula deieciebant. In-
gens militum sine mercede discriminē regniores affecerat
animos. Tum Bracchius magna strue lamento & stipu-
lapum comportari iusta, flamma atque fumo interiora tur-
ris complevit atque incendi. Simul oculi caligine fuman-
te defecerant, simul tabulata accepto confagabant igni.
Hoc malo subactus custos, quoniam iam nec incoctos lapides
vellere, nechostes intueri possit, Bracchij pœstati se arbitrio
permisit. Sic milites occupato cacumine, iusserunt
custodem, fraremque, quod illi paulo ante in muliere
docuerant, lapsu altissimo præcipitare. In mortuos quo-
que à tyrrano stœvum. Sic crudele facinus, nescio an cru-
delius punitum sit, monimentum illis, qui per adulteria vel
supra, calamitates grauissimas sibi accersunt. *Campanus in
vita Bracchii lib. vltimo, & quinto.*

Conradus Trincius fuit, Fulginatum tyranus, qui
vna cum Bracco cædem fratrum adeo atrociter vltus est.
Is ipse Braccianarum partium factus, Ecclesiæ Romanae re-
bus semper fuerat infestus. Contra eum Martinus Ponti-
fex, hoc anno, Franciscum Sforiam, cum Ecclesiastico ex-
ercitu destinauit. Sforia porro, iam à Martino, dilectus
suis Ecclesiæque alma filius sepius appellatus, & magnis
tum stipendis, tum pollicitationibus inuitatus, sine mora
iuit. Vbi Fulginatum primum agros passim popularis,
multa non tam municipia, quam oppida, partim per vo-
luntariam ditionem in potestate redigit, partim per
vim metumque capitur: deinde ad extremum castris admoti-
tis, Conradum omni spe auxiliū constitutum, ad has condi-
tiones compulit, vt Pontifici Ecclesiæque Romanæ deinceps
pareret, & quas Pontifex leges daturus esset, accipe-
ret. *Simoneta lib. r.*

Maius est, quod ab eodem Pontifice contra Aragonenses
missus, Neapoli patravit. Alphonsus Rex in Hispaniam
discedens, Petrum fratrem, Neapolitanis rebus præfe-
rat, & Iacobō Cardorē copiarū curam reliquerat. Philippus
Vicecomes, Guidonem, Torellū, cum clafe instruta Ioan-
nae Reginæ submisit. Recuperata hic Caieta, & nonnullis
maritimis vribus, quæ exemplum Caieranorum se-
cata, Regina se dediderat, classem Neapolim vñq; produxit.
Eodē tempore Franciscus Sforia copias vrbi admouit. Ea

dum, hinc Francisco terra, inde Genuenibus mari acriter
vrgentibus, brevi in magnas angustias adducta est, vt multi
duces cum cohortibus quas fecerunt habebant vrbe ex-
cesserint. At Caldora res ad iniqua inclinatas cernens, au-
xiliis ab Alphonso plane desperatis, sibi consulendum, ac
quod futurum erat, cum suo emolumento adiuuandum ra-
tus, occulta colloquia per internuncios cum Francisco fe-
dere coepit de Petro, ac Neapoſi deferenda, ſi stipendia ſibi
ab Alphonſo debita perſoluerentur, paucisque commuta-
tis verbis, res conuenit: postulatisq; ſtipendiis ex are con-
federatorum principum, Ioanna Reginæ, Philippi Duci,
& Martini Papæ perfoluti, quæ ingentem ſuminam con-
fecerunt, Caldora ſimulans, Petrum infantem pernicioſa
conſilia in ipsius caput occulta ſtruere, ipsum ſc. capiendi,
& carcere concludendi, cum copiis ipſe quoque ſuis Nea-
poli excedit. Quare Petrus infans, ſe ab omnibus fere
desertum, cernens, in arcem nouam ſe recepit; Franciſcus
autem & Torellus, pontificio & Reginæ nomine, vrbe, ſi
ne certamine potiti ſunt: Gotalanorum, Hispanorumque
& Siculorum domus direptæ, & ſi qui comprehensi, pro
captiuis habiti: nec quicquam præter arces ſuperfuit. Qui
arcem Capuanam tenebant, paulo poſt ſalutem paci, de-
ditionem fecerunt. Oſbidebat arx Regia, cui res frumen-
taria ceperat deſſe, magnus enim hominum numerus in
ipſo capte vrbi tumultu in eam confluerat. Sed eam in-
opiam vnius nauis interuentus ſubleuauit, que violentiore
vento de industria expectato, plenis velis ad arcem delata,
frumentum, quo erat in habendis delectibus, contrahen-
diſque copiis occupatus erat, cui poſtquam renunciati est,
amulſa Neapoli arcem obſideri, dignitas ſua ſtaruit eſſe,
fratrem quamprimum obſidione liberare. Itaque Artalem
Lunam, cum parte clafis, qua Catalaniā vñctus fuerat,
Neapolim confeſtim proficiſci iuſſit, & illi expoſit, qua
fratrem imperaret efficeret. Is ſecunda tempeſtate vñſus,
paucis diebus Neapolim appulit, cumque Genuenſium claf-
ſem, quæ prohibete potuerat, diſceſſiſſe reperieſſet, & ar-
cem famis periculo, & Petrum obſidione liberauit. Ad e-
ius clafis conſpectum Neapolitani confeſtim armati mæ-
nia compleuerant, ſtationibus opportuſis que locis diſpoſiti.
Ea res cum Petrum non lateret, ac poindit ſe ciuitatem ea clafe recipere poſſe diſſideret, omni ex arce
turba inutili ſublata, inde clafis conſecdet, ac Siciliam re-
petiuit. Clafis porro Genuenſium, poſt Neapolim cap-
tam, omnem oram Neapolitani Regni circumuecta, qua
dubia erant, Reginæ conſirmauit, qua imperium detrac-
bant, partim vi, partim meu ad ditionem adegit.

XII.
Pet. Ara-
gon. Boni-
fac. vrbe
in Corſica
interce-
pere tentat.

XI.
Conrad
Trinc. ful-
gina. Ty-
ran. Poſt
& Eadē
Fran. Sic-
ſubiguit.

XIII.
Genuenſi
tunc tem-
poris im-
perium.

XII.
Alia à Pa-
Neapoſi
conta-
ragona-
pacta.

XL
dum

Dum hæc in Regno Neapolitanō agerentur, Petrus Al-
fonſi frater inde ſolvens, ne nihil omnino contra Genuen-
ſium egisse videretur, Corsicam illorum ditionis insulam, ve-
xare conſtituit. Clafe itaque extemporaria inſtituta, cum
Bonifacium vrbe, olim ab Alphonſo oppugnatam præ-
teruereretur, ſubiit animū cogitatio expediendi, an, quod
frater tantorum laborum, & pecuniariū impenſis aperta-
vi aſſequi non potuerat, id ipſi furto inſidiarum ſuccede-
ret. Igitur omnia ſe apud Bonifacianos, vt in nulla ſu-
ſpectare, ſoluta & neglecta offenſurum ſperans, copiis non-
dum certa luce ſilenti in terram expofitis, vrbe aggref-
ſus est, ac parum abſuit, quoniam eam primo impetu caperet,
cum bono militum pars iam in illam irrupperet. Ceterum
Bonifaciani ſe riputo auditio, ex omnibus vribus partibus in
eum locum accurrentes, omnibusque viribus conniſi, Ara-
gonenses, non ſine ſuorum ſanguine, retro compulſos vr-
be eicerunt.

Eo tempore Genua, quamquam diurnis inestinis
malis laceraſt, tamen ditissimis commerciis, ac
late in multas Oſtientis partes extenso imperio florebant.
Nam in insula Cypro Famagusta celebre emporium po-
ſidebar: ad hæc insulam Chilum in Aegæo, ac Peram vrbe
in Bosphoro Thracio obtinebat, cuiusque in imperio Amaſtris
vrbs Ponti, & Bithynia, atq; in Taurica Chersoneso Cem-
balum, Soldana, Caffa (qua veteribus Theodosia fuit)
ſubiuncte erant, quæ etiam, palude Mæotica penetrata,
Tanam vrbe ad fluuium Tanaim, qui Europam ab Asia
diuidit, dicto audientem habebat. Ad hæc in vribes Sino-

pem, Trapezuntē, Sebaſtopolim, compluresque alias
dominorum voluntate föderare ſibi coniunctorum Conſu-
lēs mittebat, qui iurisdictionem inter Genuenes exerce-
ret, qui negotiorum cauſa, ſedes & domicilium, in illis
multis alii Orientis vribib⁹ collocabant: ex quibus etiam
longe lateq; Iux Euangelica claritat⁹, in variis infidelium
vel Schismaticorum prouincias, per religiosos Prædicato-
res & Minores, quorum illi ingenis fuerat numerus, ma-
gno cum ſalutis animarum prouento diffunderetur.

Quoniam vero indies magis acer Alphonſum,
ac Martinum bella recrudeſcebant, quæ etiam æque vt in
illum, ſic etiam in Ioannam Reginam, Philippum Viceco-
mitem, ac Genuenſis illius per id temporis imperio ſubie-
ctos, ſed Apostolice confederatos parabantur, placuit ex
communi confederatorum ſententia, Carmaniolam, qui ha-
bentus nomine Philippi rerum urbanarum administrationi
Genua præferuerat, ea cura liberare, atque bellicis denuo re-
bus admouere. In eius locum Iacobus Isolanus, titulus S.
Euſtachii cardinalis, communib⁹ illorum ſuffragiis ſubſi-
tutus est: vt ciuitatem ad reſ nouandas factione Thomæ
Fulgoſi ſollicitatam, in officio & in fide ſociali conſineret.
Quamquam non defuerat, quod communiter omnium
Genuenſium animos, praefidente Carmaniola, offendeter,
& ad defectionem incitaret. Is Franciſcus Carmaniola,
bellica virtute, rebusq; geſta eis tempeſtate celeberrimus,
Duci Mediolanenſium nomine, reipublicæ Genuenſium
adminiſtrande datum legatus, non ſatis habuit in ſubtem
exercitum vrbi impoſuſe, & Castelleti arcem, ceteraque
loca Ligūſtici imperii ex pacto obtinuisse, voluit præterea,
citra omnem conditionem Genuenſibus præſe. Itaque
cum non ignoraret, agre ac diſculte Rempub. proper
ſubſecutas conuerſiones retineri poſſe, niſi abſoluta quan-
dam & plenam in eam ſibi potestatem vſurpasset, nihil ha-
buit antiquius, quam vt ad reſindendum omnes futuras
moletias atque ciuitiles contentiones, ſenatum per ſuos in-
ternuncios & adminiſtratores affideſſe ſollicitare, vt totius Rei-
publicæ imperium, citra aliquam exceptionem, vel po-
tentias reſeruationem ſibi permittere: multisque largitio-
nibus & beneficiis, preſtantilium quemq; & optimum
ex Patribus, aliiſque primoribus ſibi promoveri ac deuinci-
re ſtudebat. Hæc etiam munificencia & mirifica liberalitas,
vñque adeo Senatum, aliosque patricii generis viros inſer-
xit, vt neglecta Rempub. priftina dignitate, poſthabitoque
publico bono, quaſtu priuato inſeruent, Rempub. ipſo
Carmaniola in hoc plurimum allaborante, eius arbitrio ac
voluntati omni ex parte ſubiecerunt. Rebus ad eum mo-
dum ex animo ſequentibus, voluit Carmaniola, ad reliqua
grauiorā manu admouere, & vexilli Georgiani, ſolitam,
longoq; vñſu receptam cærimoniam conturbare. So-
lenne fuerat, re aliqua præclare geſta, vexillum illud expli-
citum, magna pompa ouationis, ad Baſilicam S. Georgii
tutelaris deferre. Iſtud, Neapoli capta, & clafe viētrice
Genua reduta, cum Senatus ex more facere imperasset,
Carmaniola prohibuit: ſc. vt omnem priftinæ libertatis i-
maginem penitus extingueret, huic veteri conſuetudini ſe-
ſe fortiter oppoſuit, ratus, hoc modo principis ſui dignita-
tem longe cum maiori exiftimatione in Rempub. conſerua-
ri, atque ab omnibus ſuicis debere. Hæc tamen ſanta illa
aduersatio impeditio non potuit, quo minus magna ci-
uium frequentia vexillum implicitum in eadem vñſq; Geor-
gianam de more comitaretur, & populari applauſu, pro-
pter rem Neapolitanam feliciter geſta, Rempub. congra-
tularetur, quod quidem Mediolanenſium principis ani-
mum adeo exacerbavit, vt ſtatim, re intellecta, non ſine
maxima totius ferme ciuitatis indignatione ac fremitu,
vexillum ipſum ad ſe perduci iubet. Et quia ita natura com-
paratum eſſe videmus, vt ea ciuitas, qua diu aliquam li-
bertatis ſpeciem atque imaginem apud ſe retinuit, maiori
contumelia affici nequeat, quam ſi, opprefſa libertate, pe-
nituit vñuerſis ſuis veteribus inſtitutis atq; imaginibus ſpo-
lietur, idcirco populus Genuenſis, grauiffimis de cauſis cō-
motus, licet ſe vñtro, ſub certis conditionibus Mediola-
nenſium principi ſubieciſſet, nil ilominuſ tam, cum ad-
huc certa quædam præteritam victoriū memoria ſub-
inde omnium animis ingereretur, plane fieri non poterat,

quin dudum compressa indignatio & dolor erumperet :
que sanc temporis decursu , tensum accedentibus nouis in-
iuniis , maximas turbas in eundem principem excitatura vi-
debantur , vt itaque defectionis ansae præciderentur , opus
fuit Carmaniolam submouere , & cardinalem Isolanium re-
bus admouere : vel etiam hac de causa , vt ea vrbs , in qua
tantum momentum belli aduersus Alphonsum suscepiti
inerat , tantisper in sinu pontificio , seu vclut pignus fidei
Philippine remaneret , seu vclut à Philippi præfectis op-
pressa resiparet . *Bizarius lib. II. Foleta lib. 10. h. 8. Genuen.*

X V.
Florentini
Philippo
incommo-
dare studē-
etia exerci-
tu contra
eum missio.

Florentini
bis profi-
gantur.

XVI.
Florentini
legationē
ad pontif.
mittunt,
sed ab eo
contēmni-
fūr.

quin dudum compressa indignatio & dolor crumperet :
quae sanc temporis decursu , sensim accedentibus nouis in-
iuriis , maximas turbas in eundem principem excitata vi-
debantur , vt itaque defectionis ansae praecedenterunt , opus
fuit Carniolanam submouere , & cardinali Isolani re-

bus admouere : vel etiam hac de causa , vt ea vrbs , in qua tantum momentum belli aduersus Alphonsum suscepiti inerat , tanisper in sinu pontificis , seu vclut pignus fidei Philippine remaneret , seu vclut a Philippo praefectis oppresia respiraret . *Bizant. lib. II. Foleta lib. 10. b. fl. Genue.*

federatque recuperandarum, quæ propinquiora verbis effent, curam, ceteris rebus præferre. Quod legatum attineret, displace sibi, si, aut in partem ducis inclinaret, aut Florentinis iniquior esset. Scripturam se, vt in neutram partem declinaret.

Hærebant sc. animo Martini , cantilenæ illæ Florentinæ;

*Papa Martino, Signore di Piombino, Conte di Urbino, non
vale un lupino, ha, ha, ha.*

Braccio nostro padre valente ; rompe ogni gente ; ha, ha, ha.

Recenti quoque tenebat memoria, Martinus, Braccio pecuniam in stipendia in castra submissam; Ottoneum eius filium mercede conductum, Petrum Aragonium contra Genuesos excitatum, Alphonsum Regem contra se irritatum, à Florentinis: adeoque ab iisdem, seu iisdem auctoribus, seu incensoribus, pacem Italie turbaram, dictio-
nem Ecclesiasticam vexatam, Regnum Neapolitanum infestis armis laceratum, pontificiam maiestatem contem-
ptam, schisma Ecclesiae Catholicae propemodū extinctum, iterum restitutum, opera Alphonsi Regis in Aragoniam reducis. Quæ omnia cum grauissima essent, non potuit Martinus, non moueri, ad quem pertineret, publicæ vni-
tatis & tranquillitatis turbatores coercere. Notæ diariae Sfor-
ziane. S. Antoninus tit. 22. c. 8. §. 3. 4. 5.

rant: cum etiam ipsi alii ex parte, exercitum contra Philippum misissent. Ad sex millia equitum, & tria millia pedirum conduxerant, sub signis, Pandulphi & Caroli Malaestiarum, Vrsi ex familia Vrsinorum, Ludouici Obitii, Nicolai Tolentinati, & Arditii Cameriti. Carolus summa cum potestate exercitui praefectus, ad Forolivium directionis pontificie ciuitatem, infeliciter pugnauit. Florentini profigari, Vrsus ac Ludouicus in acie casi, Pandolfus & Nicolaus fuga dilapsi, plures desiderati, multi capti, ipsis Carolus inter eos vincitus, Mediolanumque ducitus. Clade tanti exercitus Florentia nunciata, Florentini non animo conciderunt: sed Ottone Braccii filium, cum magna equitatus paterni parte ad stipendia merenda conduxerunt: & quod is per aratam copiis ducendis nondum potens esset, Nicolaum Picinimum, qui cum ala equitum sub Bracco militauerat, illi consultore adiutoriisque dederunt. Hi quoque in valle Lamonis contra Ludouicum Manfredum Vicecomitis amicum & socium, infasto marte dimicarunt. Otto, incursione in eam vallem inconsultius facta, ab agrestibus interclusus, ut neque regredi, neque progreedi, neque pugnam conferre potuerit, interfectus, reliqui aut capti, aut dissipati, Picinimus intercepitus.

XVII.
Florentini
legationē
ad pontifīcē
mittunt,
sed ab eo
contēmni-
tur.

Post hanc secundam cladem, Florentini, Raynaldum Albitium, ac Verrium, Oratores ad pontificem tunc demum destinarunt, qui peterent, *urbes à Duce captas recuperare*, cum ipsis quoque auxilia fidei Apostolica ad id opportuna subministrare desiderarent. Dicebant, sublata esse Bracci ruper occisi impedimenta, facilissimum fore, si animus intendat, Ducus copias Flaminia pelli, camque in Ecclesia ditonem restitui. Conquerebantur præterea, nimios fauores per legatum Bononiensem contra Florentinos, hostibus scil. suis impendi, quibus equi, arma, vestes, comineatus, libe- rum iter subministraretur, suis vero haec omnia interdici: ac propterea plus odio in se quam adulterii ostentari. Periniquum videri tantas spes suppedeari illi, cuius pater, patruus, annus, progenitores semper hostes se Romanorum

pontificum ostendissent, eorumque ciuitates ac prouincias occupassent, oppugnari autem eos, qui omni ope, impensa, furore, Romanam Ecclesiam defendissent, quarum rerum recens adhuc extaret memoria. Rogabant ad extremum pontificem, ut legato imperet, si aut nequeat, aut nolit Florentini adesse, faltem ab initia abstineret: requirent pontificis honorem, ut se aequum iudicem, nulli fauientem parti, inter armis decentantes praebeat, quamquam aequus videretur, & pontificis officio dignius, his

fatere qui pro restitutione rerum suarum arma sumptu-
serit, quam cum eo sentire, qui bona Ecclesie usurpasset.
Hac quoque legatio a Martino pontifice contempta est,
asperente; Quamuis Braccius sublatus esset, Perusii tamen
ceteratumque virbitum, quas ille inique usurpauerat, pos-

Mari- ferat ad decimum calend. Iunias, ipso Pentecostes fest-
tis, insen- die, etate grauis, atque adeo nonagenarius. Iam videba-
terur, schifina; omnino esse sublatum. Iterum opera A-

phon⁹ excitatum est , vt haberet aliquem antipontificem
quem Martino opponeret . Duo qui superficiant annos
cardinales , Iulianus Dobla , & Carthusianus , rati ad se
lectionem pontificis pertinente , Egidium Munotum Ba-
cinonensem canonicum , nominatione temeraria in dico-
functi locum subrogauere , & Clementem Octauum dixi-
re . Vile erat ac nihili , quod ad eas fordes abiiciebatur .
plum Egidium nutantem , atque aduersus consensum co-
bis terrarum oblatum honorem suscipere recusante , A-
fonsi Aragonius rex confirmasse ferrur , incundique po-
tificatus auctor extitisse , nimirum Martino pontifici aeg-
facere cupiebat , ad Ludonicum Andegauenensem prope-
so , ab Alfonsi rebus Neapolitanis aduerso ; qui Ludo-
cum ante Regem Neapolitanum , Romanæque Ecclesiæ
beneficiarum nuncuparat , & nuper abdicataam à Ioan-
Regina Alfonsi adoptionem probassæ videbatur , viresq;
contra illum & confilia participassæ .

X. X.
Refellitut
Paulianus
de obitu
Petri Lu-
ia.

Ludouicius Pansanus, ciuis Hispalensis; atque è familia A-
fonsi Carrilii cardinalis sancti Euſtachii, pro certo affi-
mat in proprio Commentario, Petrum Lunam vene-
fuisse peremptum, infectis nebulis dulcioris quibus in
cundis menis liberant vesciebatur, à Thoma monach-
quo is multe & familiariter utebatur, de confessio ate-
conuicto sumptum supplicium, corpore in quatuor par-
discrepto. Consiliu auctorem cardinalem Pisanum ad
piendun Petrum Lunam in Aragoniam legatum, Der-
la, ubi tenebat operi intentus, aufugisse metu Roderi-
Alivianorum patrum. Petri Lunæ indigenam cedem vlc-

Haecque patet , et certum est , inquit , quoniam easdem vias
parantium , legati haud dubium capite , nisi celeriter I
spania finibus discessisset , re ex sententia patrata , nec
dissidio tamen complicito . Sed , si Alamarinus Adimari
Florentinus , quem *Pisanus* cardinalem Pisatum (eo quod
Pisatus Episcopus esset) appellat , ex testimonio Claci
ni Hispani , Tibure , xiv. calend. Octobris anno Domini
M. CCCC. XXII. diem clausit extremum , quomodo per
tuit anno 1424. venenum Petro Luna miscuisse ? An
pus fuit veneno , ad extingyendum capularem nonage
rium senem ? Quomodo id ante totis xxx. annis , qui
nomen pontificis usurpauerat Petrus Luna , & quo
do Pisanus , nonnisi sexto legationis anno , (si tamen
annis legationem obiit , is qui ante bienium obierat
non inita statim legatione tentauit . Impostura sunt P
sani , quibus vel Martinum pontificem , vel Adimari
cardinalem , homo liuidus voluit aspergere , parum i
mor , mendacia , leui obducta esse velo , & non difficu
lere transpare.

Mortuus est Petrus Luna, senio, & calamitibus g
uisimis confectus. Apud homines prodigiis in star fuit
maxima rerum varietate, tantisque procellis, tamdi
tam produxisse. Cadaver in eius arcis templo comp
Vniuersitatis Louaniens. facies & ad- ministratio- nis forma.

Rector.

Carol. V. Imp. loco ceclit & la- tus Rectori texit.

Promotor.

Conser- tor.

Louanium ingressus; principatus ibi de more suscepit. Quia vero Leodienses obstatant, ne qui in Academia Louaniensi studentes fructus prebendarum suarum integrum perciperent; Nicolaus Prunius, ac Henricus ab Hougardia Doctorum Leodium profecti, Bullas Martini pontificis, quae id assentirent, cōmonstrarunt. Missus Romanum Henricus à Mera Doctorem, ut Theologiam in Academia prailegi impetraret. Ceterum cum Leodiensis nihil continebit portuit, Episcopos Romanum appellauit: Praesidesque Academias, obstantes, exsqueentesque in canonicos Leodienses sententiam bullæ pontificie, excommunicatione percussit. *Diuinus rerum Brabantiarum lib. 19.*

Is est Nicolaus Prunius Iurisconsultus, qui in primis auspiciis Academias Louaniensis, quando velut in possessionem missi professores sunt, magno in procerum conuentu publice perorauit, initiumque Academias fecit, tanta felicitate, ut nemini vniuersitatum orthodoxarum ea schola cedat, viris eruditione illustrissimis, doctrinae, in primis catholice puritate, ordine pulcherrimo, & autoritate præstantissima.

Lipsius eius vniuersitatis lumen, faciem, & administrationis eius formam ostendebat. Rector, & Senatus sunt, qui regunt, & Dux Ioannes, huius cuius proxime meminimus Philippi frater, monitus Martini pontificis, omne ius suum in eos contulit, ac liberam potestatem in studiosos permisit. Rector à Senatu Academicu creatur, idque sanguis semeltristis, ut nunc res haberet. Antea reperio, trimitemodo dignitatem fuisse, atque id durasse ad annum M. CCC. XLVI. id est per viginti circiter annos. Atque inter primos illos fuit Joannes Eechoutius nobilis vir, è maioribus Lipsi, qui patris eius auunculus major, in Burgundica aula postea vixit obiitque. Magna est hæc dignitas, & splendorem ei dant Accensi, siue Bedelli, vt vocant: quorum vnu, prelato grandi argenteo sceptro semper præcedit & dicit, famulis sequentibus, interdum & octo præcent, cum suis quisque sceptris, sed in solenni processione, aut die festo. Obuerunt omnes ora, venerantur & cedunt, atque alius qui quis ciuicus vel politicus honor fasces huic submittit.

Aiunt Carolum quintum Imperatorem, cum forte Louanius esset, loco cœfissile, & latus Rectori texisse, raro humanitatis exemplo. Amplius, Rector insigne potestatis purpuram gestat, & in humeros extensam epomidem reicit, cuius oræ per illius variegatis prætexuntur. Caputum vocant, nec abs re. nam olim caput eo velare solent, & sic gestare. Hoc palam liquet ex pontificio diplomate, in quo Rector deficibitur, & ornatur: estque à principum imitatione & exemplo, quorum talis ille olim cultus. Hic Rector, ut tetigisti, ius omne in scholasticos habet, causas audit, decidit, mulctat, puniit. Cui rei Promotor etiam est, (sic prætorum schole appellant) qui iubente aut consentiente Rectori, neque alteri, manus inicit, in custodiam & vincula etiam dicit. Grandioris noxæ conuictos punit, vel capite, si visum est. Sed raro visum: & omnis ista iudiciorum sceleritas in pecuniaris fere mulctas desinit, mitigatq; crimen, vel atas adolescentia, vel & fauor qui studiis debetur. Si ciuis cum studio agat! rei forum sequitur, id est ad Rectorem venit. Si studiosus in ciuem! aliud huic rei tribunal repertum est, neque ad Urbanum aut secularis magistratum itur.

Est enim Conseruator (nomen illi, quia iura Academias seruat & tuerit) qui tribunal suum habet, & Adfessorem iurisperitum, ad quem causa habe tales coiiciuntur, & aguntur, imo licet ad eum è tota Brabantia euocare, etiam as aut aliud debitum petere: magno studiorum commodo, qui domo se, aut certe oppido non mouent. Quod si aliquis non pareat, hoc tribunal cum Ecclesiasticum sit, potest fulmen aut telum excommunicationis exerceat, quod item Rector. Singulare hoc ius est, & olim ac nuper late obtinuit: nunc pernicacia oppidorum, quæ si uentur, itemque remissione & frigore Academicorum, restringitur: & causas alias non dico. Si tamen sic pergitur, breui non nisi nomen & memoria eius erit. Huic muneri solet præfici aliquis Antistitutus, & fere Abbas Gertrudanus, qui in vrbe agit.

Est & aliis in Academia honos, super illum conservatoris, quem Cancellarium dicunt. Is iurisdictione abstinet, duntaxat titulos & honores, exactis studiorum spatiis, auctoritate pontifica conferit, dico Magisterii, Licentia, Doctoratus, ut Academiarum mos nunc habet. Hoc munus vindicat præpositus diuini Petri, & illo absente Decanus, ac proximum à Rectori in cōuentibus publicis locum tenet. Senatus qui omnia ad gubernat, quinque sunt classes, sive ut loquuntur, Facultates, Theologia, Iuris canonici, Iuris ciuilis, Medicina, Artiumque. In has Doctores omnes veniunt, adsciscuntur & aliqui non Doctores, ut prudentia aut ysus ab iis suadent, in illam artium præcipiū magistris. Hæc & Decanum habet, scorsum in confessibus honestandum. Hic Senatus, ut dixi, Rectorum creat: idem omnia moderatur & temperat, & Rector, & si nomen magnum, tamen potentia fere ut Venetorum Dux est, & à Senatu suo pender.

Hæc administratio & regimen est Academias, quæ studiorum ratio, fundamenta, aut adiumenta dicam. Primū, est publicus locus, vbi tres primariae scientiae docentur, Theologia, Jurisprudentia, Medicina: prima inferius, superne duas reliqua, & sunt auditoria in vniuersum quinq; Præter hoc Athenæum, quod liberis auditionibus seruit, (nemo enim adigitur) sunt etiam Pædagogia quatuor, vbi strictior disciplina, & pueri vel adolescentes in primis artibus, atque ipsa Philosophia maxime, instruuntur. Egredi, aut abesse, sine venia non fas: & præceptores ius suum tenent, & tempus non temere dispensant. Sunt ea quatuor, Liliu, Falco, Castrum, Porcus, ita enim nomina ab insignibus suis habent. Denique tertius est locus, linguarum notiæ destinatus, quem àre vocant collegium trilingue: nam Hebraica, Græca, Latina illuc præceptores suos habent. Alio nomine Busidianum dicitur, nimirū ab auctore Hieronymo Busilio, præposito Arien, gratio apud Carolum quintum viro, & qui moriens opes suas in hos studiorum vsus reliquit.

Est & aliud Collegiorum genus, vbi non tam docetur, quam alitur iuuentus, & subdia studiorum in certos annos habet. Primum omnium quod Theologorum dicitur, institutus Ludovicus Riickius, Louaniensis patricius & principis Questor. Ipse, inquam, institutus anno M. CCC. XLII. sed alii auxerunt, & fundamentis ab eo factis, ut sic dicam superstruxerunt. Divisum est, & vt facilius regimen esset, alterum factum, quod paruum appellant. Accepti Besstionem cardinalem, magnum in Græcis virum, hic fuisse, & hospitio exceptum, memoriam sui reliquise, Biblia manuscripta. Id fuit anno M. CCC. LXIII. cum legatus à S. sede in Belgium esset.

Eminet iisdem Theologiæ studiis dicatum Collegium pontificium, ab auctore Hadriano sexto, postea pontifice, sed cum ceperit, Decanus hic in aede diuini Petri erat. Alii etiam auxerunt, & industria ac probitate præsidum incrementa cepit, ac nunc capit. Alia sunt, sacrae facris etiam studii, sed minoria. In iure primum fuisse opinor, quod diuini Ieronimi titulo dedicarunt, & Collegium Iuris appellarent. Robertus à Lacu præcipius auctor, alioque deinde studii eius Antecessores, anno M. CCC. LXXXIII. Successit quadriennio posterius S. Donatianus, quod nomen ita habet, quia primus auctor, Antonius Haueron, præpositus eius adis Brugis erat. Ille cepit, & dominum, ac vestigia aliqua dedit, sed tenuiter: postea Ioannes Carondeletus, Episcopus Panormitanus, apud Cæsarem gratiosus, repaurauit, ornatuit, auxit, sic luculent, ut merito alter conditor habeatur. Est & tertium Winckelianum, iuri dicatum, & si (quod mireris) à Doctore Medico Ioanne Winckelio, anno M. CCC. LII. Ab his exempla alia successerunt, aut & quedam præierunt: ex quibus duo sunt adficiis conspicua, Sabaudianum, & Dalianum: atque illud iuuentute etiam frequens satis est, & floret, hoc modice, sed ob splendorem principis sibi in palatium legit, & Louanium venient, eo diuerterit. Nouum Leodiensem, & si perfectum non est, tamen affectum, & surgit auspicis serenissimi Ernesti Bauari, magnanimi principis, & literarum velut parentis. *Lipsius lib. 3. Louanius. 2. & seqq.*

Volui ista producere, tum propter gestorum Martini V.

Cancellarius.
V. Faculta- tes.

Studioru- ratio.

Collegium trilingue.
Collegium Theolo- gorum.

Collegium pontificium.

Tria Iuris collegia.

XXXV. I. Hiems omnis frigoris expers.

Collegium Sabaud. & Dalian.

Colleg. Leodiensem.

CHRISTI MARTINI SIGISMUNDI
1427. PAPAE V. IO. REG. ROM. 17. Ecclesiastici.

SIGISMUNDI MARTINI CHRISTI
REG. ROM. 18. PAP. V. II. 1428.

ANNO CHRISTI 1428.

Martini Papæ V. Sigismundi Regis Romanorum
Anno 11. Anno 18.

Pontificis, quo auspice Vniuersitas Louaniensis condita est, commemorationem, tum propter ordinis hierarchici in Ecclesia Catholica ostensionem: in qua vt nemo sibi honorem nisi vocetur vt Aaron, ita nemo sibi arrogat aut minus docendi, aut honorem Doctoris, nisi mittatur, aut constitutatur ab eo qui est super vniuersum Ecclesie corpus, in quo quidem Deus posuit, alios quidem Pastores, alios autem Doctores, in confirmationem eiusdem corporis mystici, sed non sine Ministerio illius, cui iniunxit, Pasce oves, Pasce Agnos.

Non multum à Louanio absunt Hallæ, oppidum, vel cultu Diue Deiparentis Marie, apud eius iconam insigne. ab eius hospitaliticis invocatione, hoc anno, puerum quemdam diu animalium, & in voragine mortuum repertum, item vitam recuperans, idem Lipsius narrat, his verbis ipsiusmis quæ adiungo.

Cantipratum pagus est in Cameracensi tractu, atque ibidem religiosorum catus cum Abbat. Vir inhabitabat, cui nomen Iohannes Bidau, atque illi puer bimulus, nomine Martinus. Dies Dominicus erat, & vt cum vxore mane facis operari christiano more, ad Templum eunt. Emanent, & alibi apud amicos prætendit, nec nisi a meridie, secunda hora, domum remeant. Statim problema suum oculis & affectu requirunt (nouimus parentes) non reperiunt. Quarunt in vicinia, & ab ipsis vicinis, si quis vidisset, negare omnes, pater percelli: & rogare igitur, sese in quaerendo adiungent, sic ubi forte puer (ne longe tantillus poterat) aberrasset. Eunt, reliquum diu illum & totam noctem questionis donant, addunt diem alterum in vesperam. Tunc vicini desperantes inuenire, & bona fide alibi periisse arbitrati, patri valedicunt, & vt idem filio lo faciat, suadent. Domum quisque suam redeunt, etiam pater ad noctam vxorem, eo uesterque noctis quod frigidissima forte tunc aura erat, nec tenellus puer sub dioscibus esset, posset subfondere. In hoc doloris astud Diuam Virginem, qua Hallis colitur, animum & precies pater vertit, & votum peregrinationis addit. Statim in somnum soluitur, & viso monetur querere etiam puerum, certo inueniendum. Luce orta vicinos iterum adit, & rogar secum eandem operam dare. Haud facile inducuntur, & Irritati, a iunt, spem fuisse, nonne biduum iam pœne quæsiuimus, inuenitus esset, si esset. Tamen instantem sequuntur, & omnes agros, dumeta, fossas, scrutantur, donec ipsam sub meridiem ad voraginem aliquam, limo & aquis obsitam, ventum. Pater instincu aliquo interno. Erhit, ait, perquiramus. Illi negare puerum eo pedes tulisse, quo ægre ipsi possent. Eunt tamen, ecce iacentem, & cœno atque aquis obvrum, repitant. Triste spectaculum, nec audent tollere, nam sponte, aut casu mortuos tangere, nisi Iudice permittente non licet. Ille igitur aduocatur, venit, indulger, puerum deinde ad templum deferunt, mox vt putabant terræ dandum, sed patrem spes non deserit, & Diua Virgo excitat, atque internum robor adicit. In altari igitur problem collocat, ante ipsam Diuæ illius imaginem, & prolatus in genia, calidis precibus lacrymisque opem poscit. Ad stabat turba hominum, ipse Abbas Cantipratanus Nicolai, & puer (ò mirum) statim vitam & vocem recepit, surgit, cum patre dominum abit, cum eodem mox Hallas venit, gratias acturi, & laudes Diuæ meritis propagatur. *Influs Lips. in miracul. D. Virg. Hallen. c. 20.*

Antequam vltorius progediar, id etiam obiter anotare licuit, nempe hoc anno, hyemem omnis & glaciei, & frigoris experiem fuisse: quodque non caret admiratio, mense Decembri passim arbores floruisse, quin & fructum protulisse adiungint, quæ sane aeris virulenta exercet, mox etiam terras & maria pertugata est. *Bizars hist. Genes.*

lib. 11.

* * *

Proxime narravimus, præcedentis hyemis incredibilem intemperiem, atque elementiam. Ceterum æstate huius anni, ingens & insolita Italia, siccitas inter prodigiosa certe habeti posset, ab iis præcipue, qui assiduitate imbrum, inundationes fluminum, & quicquid modum excessit, inter prodigia numerant. Nam cum ab exitu Junij usque ad 7. Idus Decembres, nullus, ne minimus quidem imber terras perfudisset, non torrentes modo, sed vberissimi quoque fontes proflui exaseruerunt. Plus ramen metus, quam calamitas ea res attulit. Nam præter pestem aliquantum locorum, & præfertim Romæ graffantem neque agrorum sterilitas villa, neque annona caricas ob id fecuta est. Porro, ut hoc in presentia breuiter dicatur, hæc diuturni squaloris causa contententer referri potest, in illam ineluctabilem naturalis vicissitudinis legem, quod, alternata contrariorū permutatione, rerum successio constet. Sic enim & in homine diuturnas febres, nativi caloris dissipatione sequitur hydrops, sive & hydrope intercedente putredine febris: vnde & magnam siccitatem magni imbrevis sequi solet. Sic & pluviis diuturnis, calores immensi redent, & aperta serena, quod vt per continuatas pluvias densata tellus, tum vaporibus, tum attrahenti calido via intercludit: sic inter qualiores assiduos, aliunde per asperantes venas attracta vaporum atque exhalationum copia perennis pluvias circuitum præstet. Omnia porrò hæc, illa æterna sapientia operatur, quæ attingit à fine usque ad finem fortiter, quæque influentia sua vitali, omnes abditos secundarum cauillatum permeat ac temperat recessus, agendi que modos, vt vincat malitiam humanam, vltore afflatus omnipotentis virtutis. Sed hæc obire. Grauita sunt, quæ hoc anno pertulit, Italia, Bohemia, alia prouincia Europeæ, & in primis ipsa Ecclesia.

In Italia, bellum non tantum Florentinum, verum etiam Neapolitanum rerudescere videbatur. Cum enim Philippus Vicecomes, Dux Mediolanensem, Brixia posse fuisse exciditer, refaci Ligustica sub eius imperio supra modum fluctuare, vt contra tot hostes potentior foret, Florentinisque ac Venetis negotium faceſeret, Mariam Amedei Sabaudiani Ducis filiam sibi matrimonio iunxit, simulque interim Alfonsum Aragonum Regem ad Neapolitanum Regni recuperationem summopere est adhortatus, ad eam promouendam ipsi omnem suam operam & studium pollicitus, confisus fore, vt ab utroque aduersus hostes in bello iuaretur.

Præter hæc, Jacobum Isolanum Cardinalem è Pontificis voluntate Genuensis Præfectum submouit, & Bartholomeum Capram Cremonensem, eundemq; Mediolani Antistitem, sufficit, Martino Pontifici non obfusus in dictis inquietor, quod eius de pace inter se ac Florentinos & Venetos Legatus, Nicolaus Cardinalis Albergatus, magis in partem Venetorum inclinasse vifus esset. Ille idem Cardinalis Sancta Crucis, iussu Pontificis, ad componentem inter dissidentes pacem, Ferrarie, cum Oratoribus eorum quorum bellum intererat, subfiterat.

Florentini diuturna impensa exhausti pacem optabant. Sabaudia Ducis, qui iam cum Philippo affinitatem contraxerat, Otatores pacem suadebant, haudquaquam Philippi postulata improbabiles, maxime cum talis videbantur, quæ omnem bellum timorem excuterent. Veneti inter se in eternum dubi, hinc maiorum rerum appetitus, ad bellum continuandum eos urgebat, ceterum periculum dubium euuentus bellici, eos seuocabat: potissimum, quando videbant Philippum defectione vallis Camonica (quæ 4. Kal. Decembri Veneto se permiserat) motum, maiore apparatu bellum instruere, magnisq; præmiis Sigismundum Cæsarem, ut in Italianum profectus ipsum tueretur, aduocare.

Re pacis, contentionibus variis protracta longius, Veneti, initio Februario huius anni, Franciscum Barbarum Oratorem ad Nicolaum Atelstylum miserant, petentes

Pax inter Venet. & Florent. ex

vna & Philippum Du-
cem ac eo-
rum socios
ex altera
partibus
conficitur.
daret operam, ut pax an bellum futurum esset, quam pri-
mum decerneretur: eumque monuerant, quibus maxi-
me conditionibus initam cuperent, Nicolaus Marchio
non immemor lexitatis, qua quidem plurimas iniurias ul-
tro acceptas vindicandi cupidus Philippus fide deceperat,
nonante negotium suscepserat, quam ex ipso cognoscet,
iis quae semel probaster, deinde statuunt. Pace per multos
dies agitata, cum interim Atestinus Venetorum par-
tes constanter tueretur, & si quid inexplicabile incidisset,
eius cognitionem ad Cardinalem reiceret, tum Legatio-
nis munere, tum probitate sui neutrif suspectum, tandem
virtute eiusdem Legati, auctoritateq; quintum post men-
sem constituta est his conditionibus.

Brixian, eiusque agrum omnem Veneti retinerent. iisdem
traderetur Bergomum cum iis finibus, qui pertinent ad Adurnam. De
oppido & valle Martiniana Cardinalis cognoscet, num sit iuris
Bergomatis Ecclesie. Si effe conseret, tum ea cum fide restituerentur.
Castellum in agro Cremonensi capta, Philippus dimitteret. Rolandus
& Antonius Palauincius Venetis sociorum effent numero, eodem in-
reverteretur Alfonius Verminus Carmanola beneficia posse deret sua. Phi-
lippus si quid in eiuris aut dominij quacumque ratione sibi vendi-
carent, de eo Cardinalis effet iudicium. Milites utriusque imperio sub-
iecti, nullo edicto prohiberentur, quo minus priuatis pradis in al-
terutra effent ditione, arbitratu sua, ut ante fruerentur. An Tur-
ricella Venero deberetur, idem Cardinalis statueret. Hetruria &
Flaminia Philippus in posterum abstineret. Florentiu liberata fo-
rare per Genuenses maritima navigatio, propriaque in nauibus in-
signia sustollerent, qui Pisani olim clasibus prepotentis populi re-
xilla geflarent. Flisci & Fregosi in Florentiorum fide qui essent,
cum bona Philippis gratia castello suis potirentur. De pars belli tem-
pore, Cardinalis indicaveret. A Kalendis Maiis iudicium effent, qui quid
ante eam diem nactus fuerat, id sibi haberet. Seprimo die Philippus
Bergomo cederet. Intra sexaginta, amicos atque socios vierque profi-
terentur, quos pacis commode frui volueret, modone quem post caputum
bellum socium, aut in clientelam receptionem ederet.

Dicunt à Venetis socii, Mantuanus, Ferrariensis,
Palauincius, Montisferrati Marchio. A Florentini socii,
Senenses, nonnullique extremae Liguriæ Domini. De
Paulo Licensium tyranno, nullam in partem astum est,
verbis tantum significatum pro amico ab utrisque habe-
ti. Finium designandorum arbiter, Ferrariensis designatus.
Nonis Martij, Cardinalis Legatus, Ferraria Mediolanum
profectus, pacem à Philippo ratam habitam litteris
suis significavit, certumque tempus Bergomo tradendo
postulauit.

Pace 14. Kalend. Iunij promulgata, Veneti in Basi-
lica sancti Marti, rem diuinam ingenti celebritate, ob eam
causam fecerunt. Philippi tamen magis magisque indies-
sese efferentis inquis ingenium, propter vires atque ex-
istimationem imminentem minime quieuit: sed ad Alfon-
sum, ad incommodandum Martino Pontifici, eam quam
dixi Legationem, magno tamen suo potius incommodo
misit. Cum enim Alfonius Neapolitanam expeditionem
dies noctesque meditaretur, simulque ad eam perficien-
dam Genuensem opes, ac potentiam maritimam, sibi ma-
ximo vni & adiumento futuram prospiceret, ubi pri-
mum Philippus gratias egisser, ut eos sibi arcta benevolentia
obstringeret, splendida atque honorificam Legationem
ad senatum habuit. Oratores fuerunt Bernardus Co-
natiensis, & Andreas Bibius, Illustres Equites, ac singu-
lari prudentia rerum vsu exercitati, quibus etiam
Berengarium Clauellum, insignem iurisperitum &
praelaris dotibus ornatum adiungere placuit. Hi omnes
Gentiam appulsi, moxque in Schatuum intromissi, & cau-
la Legationis sua exposita, breui post, eiusdem, aliquorum
que Ordinum decreto, inscio & inconsulto Praefide, qua-
tuor viri creati sunt, quibus renouanda cum Rege pacis
Cardinali de Fuxo, quas responsiones per Dominum Rog-
gerium Adurensem Episcopum cum litteris Domini no-
tri Papæ, & faci Concilii Dominorum Cardinalium,
vna cum littera patenti Apostolica bullata, per quam Do-
minus noster Papa Castrum Paniscola, cum villa & perti-
nentia suis ipsi Regi & successoribus suis concedebat,
Idem Dominus Cardinalis de Fuxo, prefato D. Aragonum
Regi transmisit, dictusq; D. Episcopus Adurensis de men-
se April, anno praescripto cum eodem D. Rege Aragonum

Philip. in-
quietus.Alphon-
s Rex Genu-
ses in suas
partes tra-
hit nulla
Philipp.
Duc. facta
negatione.

da Républica, retinerent. Quæ sane usurpata licentia,
quamvis Philippianum, usque natura magnum & ex-
celsum, haud parum offendere, ipse tamen ingeniosus si-
mulandi atque dissimulandi artifex, a quo animo, ut pra-
senti temporis conditioni commodius inferuiri, ferre vi-
debat.

Enimvero non defuerunt Genia noui Reipublica
perturbatores, ac præter ceteros, Barnabas Adurnius, hu-
ius factionis facile Princeps, qui ea tempestate incertis fe-
dibus vagabatur. Is sane, cum propter Ducalem poten-
tiam aperto Marte configere non auderet, opera cuiusdam
Sacerdotis, cuius fidei atque amicitia plurimum confide-
bat, vrbis arcem, in quam ipse liberum accessum habebat,
occultis arque clandestinis consiliis occupare studuit: ea
tamen proditio per exploratores Ducali præfecto paterfa-
ctafuit, ex quo omnes qui ad occupandum castrum pro-
cesserant, magna quadam calliditate ac stratagemate com-
prehensi, & maior pars in crucem acti, laqueo vitam finie-
runt. Adurnium paulo post, Praeses, missa contra eum haud
penitentiam manu, inchoata expeditionem, nec sine ali-
qua clade, parique euentu quo paulo ante Fregosum, re-
linquere coegit. Lazarus hif. Genuens. lib. 11. S. Antoninus
tit. 22. c. 8. §. 11. Poggitus hif. Florent. lib. 6. Pigna hif. Atestin. lib.
6. Sabellius ennead. 10. lib. 2. Folieti hif. Genuens. lib. 10. Blon-
dus decad. 3. lib. 3.

Intra hæc, dum Alfonius Rex Aragonum, prehen-
saretur, & prehensaret, Cardinalis Fuxus, Apofolica Se-
dis Legatus ex Aragonia in urbem, die 8. Ianuarij redit, &
quid pro Sede Apofolica perpessus fuisset, quidue cum
Alfonso Rege pro extirpando schismate, pro quo concor-
dia in eundam constitueret, Martino Pontifici, & Patribus
expofuit. Hæc omnia, auctor gestorū hoc anno Cardinalis
Fuxi, ordine & verbis quæ adiungo, breuiter descripti.

Post Epiphaniam Domini die tertia, quæ fuit octau-
ia Ianuarij, Anno Domini 1424. Dominus Legatus urbem
ingressus est, a cunctis Dominis Cardinalibus obriam sibi
ocurrentibus, & pluribus Curialibus, usque ad pallium
Dominum nostri Papæ, ab eodem Domino nostro Papa sibi
ocurrente cum gaudio gratio, & benigne fuit receptus
& a cunctis Dominis Cardinalibus prædictis cum tubis la-
tante & honorifice usque ad domum propriam solenniter
associatus fuit & receptus. Itaque per ingressum viris
Reuerendissimi Domini Cardinalis de Fuxo finitus est Lega-
tio, de qua supra, in quidem Dominus Cardinalis multas
iniurias, damnæ, pericula, & expensas gravissimas, ago-
nizando, ut bonus miles Christi, & cercando semper inui-
etus ad honorem Dei & sanctæ Romanæ Ecclesie, pro ex-
piratione schismatum Paniscola existentium, & pacifica-
tione Dominorum Papæ, & Regis Aragonum, usque ad
exinanitionem vita propria, & corporum pro Dei Eccle-
sia passus est, & aquanimitate tolerauit, eum suis fructum
patientia obtinendo.

Demum idem Dominus Cardinalis captata die oportuna
Domino nostro Papæ, & facro Collegio de cunctis
plena relationem fecit, & super Capitulis per eundem
Dominum Cardinalem, cum Domino Rege Aragonum
tratatis, & receptis, idem Dominus noster Papa deliberationem
facete voluit pleniorum, Dominis Cardinalibus
Placentino & Nouariensi visitationem prædictorum Ca-
pitulorum, & vteriorem communicationem huiusmodi
negotiorum, cum eodem Domino Cardinale de Fuxo fieri
commissit, & post aliquot dies iidem Domini Deputati,
coram Domino nostro Papa & facro Collegio suam
fecerunt relationem, postquam de mense Februarioj, Do-
minus noster Papa prædictis Capitulis singulariter singu-
lis in scriptis respondit, & responsiones tradidit Domino
Cardinali de Fuxo, quas responsiones per Dominum Rog-
gerium Adurensem Episcopum cum litteris Domini no-
tri Papæ, & faci Concilii Dominorum Cardinalium,
vna cum littera patenti Apostolica bullata, per quam Do-
minus noster Papa Castrum Paniscola, cum villa & perti-
nentia suis ipsi Regi & successoribus suis concedebat,
Idem Dominus Cardinalis de Fuxo, prefato D. Aragonum
Regi transmisit, dictusq; D. Episcopus Adurensis de men-
se April, anno praescripto cum eodem D. Rege Aragonum

in ci-

Proditio
detrecta.VI.
Card. Eu-
xus Romi
ex Aragon.
redit &
quid ege-
rit Pont.
& Patribus
referat.VIII.
Bellum in
Italia duo-
bus in lo-
cis recu-
derat.

in civitate Valentia in crastinum festi sancti Georgij fuit,
& promissa presentauit, dictus Dominus Aragonum Rex
de mense Iuli, Dominus Adurense Episcopus responsio-
nem expectanti, verbo respondit, & attento quod Dominus
Adurense non habebat protunc redire ad Rom. Cu-
riam, idem Dominus Rex per Præpositum de Eiusla fa-
miliarem suum transmisit, suam intentionem præfato Do-
mino Cardinale de Fuxo & Vicecancellario suo in urbe
existenti. Super quibus responsis diuersi tractatus cum Do-
mino nostro Papa tenti sunt, dicto que Domino Regi re-
missi, & per eundem Dominum Regem, super singulis da-
tae responsa, & propter distantiam terrarum Domini Regis
Aragonum ab urbe, & pestem, quæ in Roma viguit multo
tempore, in qua, Domino Cardinale de Fuxo, plurimos per-
didit familiares, percussos pestilentia vita functos & ipsius
absentia oportuit, hinc inde per loca & castra peragri,
dilata sunt hæc negotia conclusionem oratram recipere,
viisque ad festa Natalis Domini Anno M. CCC. XXVII.

Rebus cum Alfonso Rege constitutis, cum nihil amplius, in Italia turbationis timeretur, duobus in locis eo-
dem anno bellum recruduit, alterum Bononiense, alterum
Lucense.

Bononienses, qui in illius vicini tot potentatum
belli temporibus maximas opes cumulauerant, nouos
concurrent motus, prorsus detestandi, quos accepta à Ro-
mano Pontifice maxima beneficia, à rebellionis sceler
nequinerunt deterrere. Erat Ciuitatis pro Pontifice Gu-
bernator, Ludovicus Alamanni, patris Sabaudensis, Ro-
manæ Ecclesie sub titulo sanctæ Cæciliae Cardinalis, quem
dum aduenit Arelatensem Archiepiscopum fuisse ostendimus. Is, statim arque pax inter Philippum ac Venetos
& Florentinos publicata fuerat, metu omni liber, Ludo-
vicum Columnensem sexcentorum duces missos fecit.
Columnensis, eti repulsa ageretur, quod tamen Pon-
tifici sanguinitate iungebatur, nihil molesti ad ultionem
meditatus est. Seuerinas, cupidis rerum nouarum Bononiensis animis fecit, & opem tulit. Causa rebellioni
præterea breui explicabimus.

Bononia multis ante seculis, in Schæciam Maltraversiamque factio[n]es bipartita fuit. Prima, quæ ab insig-
nibus familia Populorum capit nomen, in tres scissæ est
partes, Bentiuolios, Zambecharios & Cannitulos, quo-
rum Bentiuolij origine nobiliores, à Ioanne qui per an-
num vrbi dominatus, & à Duce Mediolani primo Ioanne
Galeacio Philippi genitore superatus est, incrementum
accepterunt. Zambechariorum familiam doctissimum
Iureconsultus Carolus Zambecharius, potentiorem pri-
mus reddidit. Cannituli vero à majoribus nullam acce-
pere populi sequelam, sed Ecclesia Ioannisque Vigesi-
mitri Pontificis Romani pecunia fauoribusque dita-
ti, nouam & ipsi sectam quisiuerunt. Antonius Bentiuoli,
patria exul, Roma, apud Martinum Pontificem ho-
nestissime habebatur. Fratrum ex Cannitulis quatuor
Baptista erat natu maior, ex Zambechariis fratribus quinque,
Cambiis natu primus apud Philippum Mediolani
Ducem arario præter, ceteri quorum Bartholomæus
Abbas maior erat, Bononia habitabant. Primus Baptista,
qui opibus afflueret, & se se fortunas ferre nequeret,
Zambecharios rerum inopes, & pompa splendorisque
appetentissimos pellexit. His ciuium, qui & Legati mo-
res fusi direxerunt, & opes alienas diripere cuperent, fauor
confidentissimus, rebellionem contra Pontificem poten-
tissimum suscitavit. Spes, quam postmodum inanem repre-
sentavit, & se se ac fortunas ferre nequeret, Zambecharios
rerum inopes, & pompa splendorisque
appetentissimos pellexit. His ciuium, qui & Legati mo-
res fusi direxerunt, & opes alienas diripere cuperent, fauor
confidentissimus, rebellionem contra Pontificem poten-
tissimum suscitavit. Spes, quam postmodum inanem repre-
sentavit, & se se ac fortunas ferre nequeret, Zambecharios
rerum inopes, & pompa splendorisque
appetentissimos pellexit. His ciuium, qui & Legati mo-
res fusi direxerunt, & opes alienas diripere cuperent, fauor
confidentissimus, rebellionem contra Pontificem poten-
tissimum suscitavit.

Tirubauit illico Flaminia, rebellaruntque cum Bo-
noniensibus ea Prouincia, nisi magna adfuerit diligentia
Dominicus Capranicensis electus Firmanæ Ecclesie Epis-
copus, cui Martinus Romanus Pontifex, acceptas à Phi-
lippo Forumliuj & Formicorinelij ciuitates dederat gu-
bernandas. Is namque non modo fatuscentem Forocor-
nelij cumulatum compressit, sed etiam circumferentem ar-
ma recipiendis Petrio & Bolognesio castellis, populo Bo-
nonensi obstitit, copiis fretus raptim vnde contagi-
atis, quasque Carolus Malatesta fidelissimus Ecclesie &
Pontificis in Arimino Vicarius sibi misit. Erat, vt supe-
rius diximus, mortuum Bononie principio, in agri Bononiensis finibus Tolleninas, pace sociorum Veneti & Flo-
rentini populorum cum Philippo constituta, Florentiam
accessurus. Hunc, quia requitus Bononiensium sequi
stipendia recusasset, improbus impetit Seuerinas, pu-
gnaque pro tempore acriter conservata est, Seuerinate ob-

praedam impigne vrgente, Nicolao ob salutem viriliter resistente. Tandem, quod assolet, minorem maior pars superauit. Nicolao enim cum paucis equorum velocitate fretis, fuga prolapso, Seuerinas ingentem equorum armorumque & impedimentorum pradam perduxit Bononiensium. Ab hoc facinore Tollentinatis patrato, Bononienses, elatiore certe rem suam gerere occuperunt.

X.
Mart. flo-
rentem ex-
ercitu con-
tra rebel-
les immi-
tit & Bo-
noniensib-
s sacris in-
terdicit.

Sed Martinus Pontifex potentatus Ecclesiæ vires exercens, contractis vndique copiis sex million mercenarij equitatus, peditatus quartuor million, florentem immisit exercitum, & prouincia Gubernatorem electum Firmanum, copiis autem exercituique Ducentorem Iacobum Caudolam prefecit. Addidit etiam Pontifex castris Autoniu[m] Bentiuolum, cuius ope & gratia, agri oppida nullo cum negotio recepta sunt. Bononiensis eriam Pontifex facis interdixit, ceremoniisque omni diuinorum rerum beneficio ritu[m] è ciuitate sublatis, cuius interdicti ea ratio fuit, vt quicunque ex incolis arma induerent, haud sacr[us] intercesserent, ac pro putrido & abiecto ab Ecclesiæ membro haberentur: eademque labe inquinandas censuit eos, quicunque ex alienigenis auxilio Bononienses aut ope aliqua prosequerentur. Etsi vero qui inveniunt Ciuitali rebellium studiosi, spiritualem sententiam ea peruvicacia spernerent, qua dominium Pontificis abiecerant, maxima tamen populi pars paruit interdicto, nec era amplius pristina ciuitatis forma, & ob eam sacrum rationem, & propter multa quæ ibi nefaria committebantur: quippe in qua multi occiderent, relegarent plurimi, ac omnia vbiique latrociniis fodarenrur. *Blondus dec. 3. lib. 3.*

Alius ad hu-
ius rebel-
lionis co-
gnitionem in
pleniori
narratio.

Carolus Sighonius, addit aliqua ad huius rebellionis cognitionem pleniori. Postquam, Nicolaus Cardinalis sancta Crucis, ad 15. Kalend. Maii constituisset, ac mox pridie Nonarum, pacem factam, maxima cum populorum letitia publicasset, inde idibus sese Bononiam retulit, atque in loco extra urbem semoto, ad sanctam Mariam Valoris viridis sedis, ut commodius reliquum controvries posset componere. Ita 15. Kalend. Junij, exercitus vtrinque dimissis, miserae ciuitates aliquando tandem à diuturnis bellii calamitatibus respirarunt. Interim Nicolaus audiens gladios passim impune à ciuiis in urbe gestati, ac quodammodo civili tumulti perniciosum aditum aperi- ri, vicem ciuitatis sue sollicitus, Kalend. Augusti in urbem se summo mane recepit, ac rei diuinæ opera data, opportunam opem diuinum numinis implorauit. Hora inde noctis sequentis secunda, Canerulus Ecclesiæ aduersarij, iam pridem in patriam restituti, cum factione sua armati sese in forum prouiperunt, coeque occupato, ad terrorem aduersariorum, ignem in quasdam tabernas ligneas iniecerunt, & Palatium cum Legato capere constituerunt. Quare recepta, Bentiuoli, signo campanæ regioni sue dato, continuo se cum patre Pontifici compararunt, arque in forum procursare aduersus Canerulos instituerunt. Quod vt Nicolaus accepit, imminenti seditioni, ac cruento certamini occurserit, & statim seruare Ecclesiasticum propterea, sese illis obuiam ad aedem sancti Donati tulit, atque eos orare pro salute patriæ, & liberoru[m] suorum incolumente instituit, vt paulisper conceptum animi impetum inhiberent, nec nqi quicquam vsque ad redditum ad illos suum tentarent. Nam se Canerulos ad ponenda arma, & saniora capienda consilia deducturum. Inde in forum progressus, Baptisam Canerulum, factionis Principem se nuncauit, ac multis verbis factis, denum rem ita cum eo composuit, vt Antianos crearet, & publicis quibusdam vangelibus eos ad sumptus necessarios sustinendos instrueret. Pontifex centum equites, totidemque pedites conductos haberet, qui Legato sacramentum dicerent. Officia Vrbana ac Castrensa ciuib[us] ipsis patenter, atque in has conditions, Baptista, & socij, se ab armis discessuros, ne que aliud in urbe molitorios, fide interposita promiferunt. Inde Palatium adiit, vt haec pacta confirmari Legati ipsius subcriptione curaret, atque ad fores progressus, ipsas sibi ac suis aperiri à custodibus iussit. Has patentes vt attenti Caneruli cognouerunt, repente in eas fide violata imprefectionem fecerunt, ac stationibus incassum obnientibus

Qua perfida
Baptista
Canerulus Palatiū
Legati oc-
cupauerit.

superatis, ipsam ianuam occuparunt. Comites autem Nicolai, cum periculum, indignitatemque viderent, ipsum exanguem, ac proprie in illa turba elisum à foribus retraxerunt, ac domum (ne occideretur ab infestis capit[us] eius Canerulus) reduxerunt. Interim Palatum ab illis captum, & fæde direptum, & Legatus in custodiam datus est. Quæ vt Bentiuoli acceperunt, haud ultra sibi conandum rati, poeta S. Donati vrbe se præcipites effuderunt.

Nonis inde Augusti, Magistratus, quibus Respubli-
cafatur commissa, pro certo habentes Martinum ira ac-
censum, urbem armis oppugnaturum, atq[ue] hanc iniuriam
vi quacunque prosecuturum, Centum & Plebem Castel-
la fibi eo bello accommoda futura putantes, Nicolaum ad
se venire iusserunt, eo nimurum consilio, vt ab eo castra
illa repererent, & si abnueret, potestatem hominis naeti,
præbere compellerent. At ille edicti superbia, atque eu-
identi rei indignitate permotus, qua Episcopalis & Cardi-
nalitia dignitas in ordinem redigebatur, se iturum nega-
uit, ac mox infidias eo nomine sibi patari sentiens, sub no-
tione assumpto Fratris Predicatorij Ordinis habitu, uno
cum Comite Monasterium sancti Dominici adiit, ac po-
ste his se fluebibus exierat, summo mane per portam
sanctæ Mamæ vrbe excessit, atque Carthusam, & inde
Mutinam abiit. Inde 10. Kalend. Septembri Legatus,
qui apud Canerulos seruabatur vrbe electus, quarto au-
tem Ides Septembri familia Episcopi Episcopio pulsa,
postridie vero consilio aduocato, ac multis verbis in Epis-
copum, & Martinum Pontificem, pro cuiusque ingenio
aclibertate acerime dictis, decretem est, vt in loco Nico-
laei alias Episcopus ederetur, ac statim Bartholomæus Zam-
becharius, Caroli filius, Abbas sancti Bartoli Ferratiensis
est nominatus, qui professus se Centum & Plebem popu-
lo traditurum, continuo ad Episcopum, nullo comitante
Canonico, sed fisi Magistratus prosequentibus, abiit.
Inde Canonicus, vt eum eligerent, imperatum. His se eli-
gere posse negantibus, quia populo fuisse electus, Vexil-
ifer respondit, populi nominationem esse, Canonorum veri electionem. Huius rei iudicium cum ad Iuris consul-
tos Canonici retulissent, illi responderunt, non vacante E-
piscopi Sede, Canonicos electionem celebrare non posse.
Verum tamen Bartholomæus se pro Episcopo geslit, & Vi-
cario constituto, ius per annum integrum dixit.

His rebus cognitis Martinus Pontifex, vehementius inflammatu[m], 6. Kalend. Septemb. edictum promulgauit, in quo grauissimas derestationes in Canerulenses, & acro-
rum interdictum in Ciuitatem explicauit: quod Legatum suum, & ipsum vrbi Episcopum & Cardinalem, turpiter in sui contumeliam exigilent, his verbis: *Nam dilectum filium nostrum Nicolau[m], tituli sancte Crucis in Hierusalem, prebiterum Cardinalem, perpetuum Administratorem Bononiæ: si Ecclesiæ, auctoritate Apostolica deputatum, suum concuem, & patrem anniarum suarum, taliter pertraherunt, contra omne debitorum charitatis in proximum, & reverentiam tantipatris, quod praefatus Dominus Nicolaus Cardinalis coactus est claudisse, & tanquam inco-
guitus excedere ciuitate, & diocesis suæ predicitis, neque eo modo quo de-
cebat Cardinalem in edere, sed mutato habitu (qui inde rece-
dere aliter nullatenus permissem), eundem libertate priuarunt, in deducere & opprobrium nostrum, & Apostolica Sedis vilipendium & contemptum.* Carolus Sighonius in vita Nicolai, capite II. & 12.

Georgius Garnefelius Carthusianus, in vita eiusdem Cardinalis Nicolai, memorat, hanc indignitatem in Nicolau[m] admissam: quod cum i[us] qui Bononia summa renum prætererat, Nicolaum, quem studiosissimum Ecclesiasticarum patrum, atque ex ea re suspectum, suisque mutationibus aduersissimum existimabant, euocandum ad sese suis consiliis decreuerint, eam operam necio cuiquam vilissimo homini injunxerint. Ea levitas atque velania ciuium, in stuporem & in aerorem ingentem Nicolau[m] adduxit. Continuit tamen sese, & nuncio nihil graue, aut indignum, neque quicquam magis, quam occupationibus distineri, ne accedere valeret, respondit. Hanc suorum Ciuium stoliditatem secum indignanti, aduenire ad eum sex ex primoribus ciuium nunciatur. Quare cum vereretur, ne quid violenti fieret, euocari

fami-

familiam omnem iussit, vtq[ue] ciues ingressi sunt, fores claudi. Iam ad conspectum sui Pontificis aderant, & propone-
re, necio quæ, velle videbantur. Verum Nicolaus prior ad
illos conuersus, dure atque aspergime, vrbes & culpa exige-
bat, exemplo Thomæ Cantuariensis increpare illos ad or-
tus: *Exsistare se, inquit, omnino mente alienatus est Bononiensis*
cives seque ob id summo dolore affl[i]ti, cum eorum cura illi credita sit.

*Confusus filios ad patrem ire, Ciues ad Praesolem: contra naturæ &
iuris ordinem esse, neque vñquam audire, vt ad inferiores superior
accusat. Bononiensis, cum simplex illorum Episcopus esset, de-
betis illi honore semper exhibuisse: nunc cum Cardine etiam apice
fulget, & Legationis etiam potestate praemineat, in tam stolidam res-
pectum illos adiuctos, vt per vilissimum nuncum euocare ad se non
erubuerint. In iuriam hanc non tam sibi, quamquam & sibi, quam
Apostolica. Sedi illam exsistare, cuius vices in dignitate atque
Legatione sustineret. Sprecum se esse à Bononiensis, non sibi proper-
se, sed propter eorum errores, ac peruersos prefaci actosque mores cordi &
cœurs esse. Vereretur se, ne iuriatum Deum breui vñorem sentiant, atq[ue]
propterea, vt ad rectam viam, & saniores se mores conuertant, hortari.*

Hac atq[ue] huiuscmodi cuti summa grauitate atque au-
thoritate paterna que charitate monuit, qui aduenerant
Ciues muti & elingues effecti sunt, vt nec verbum vul-
lum ex ciuium ore prodierit, sed vt venerant declinatis
ceruibus abscesserint. Sic olim gartulus & procax Philo-
sophus, loquentे Spiridione Episcopo, in Concilio Nicæ-
no obmutuit. Paulus post, cum mutato habitu periculo se-
cripuisset, Bononiensis, de ea re certiores redditi, miris ex-
agitari furoribus occipuerunt, inque contumeliosas voces
erumpentes, hostem publici, ac patriæ illum proditionem
appellarunt. Non destiterunt tamen, quin Oratores ad eum
Mutinam mitterent. At Romæ, vt nunciata est Bononiensium
defectio, Pontificis & Ecclesiasticorum animos graui-
dole ac perturbatione affectit. Cumq[ue] Nicolai opera pos-
se labentibus rebus adhiberi remedia Martinus Pontifex
consideraret, confessim ad illum raptim perscriptis literis,
ne Romanum redire, neque iniussu suo regione egredere-
tur, strictioribus mandatis iniunxit. Eam ob rem cum Mutinæ
plerorū mefies moram traxisset, neq[ue] moueri Bononiensium
indutus posse animi viderentur, componendæ con-
trouries gratia, quæ occasione Cremonensis & Bergo-
nensis agri finium exorta fuerat, Ferrariam venit, atque ea
congrua execuzione sedata, consulto primum Pontifice
Romam redit, biennioque apud Martinum in Curia fuit,
vita sanctiorum, consiliorumque grauitate præcipus.

Garnefeltius cap. 12. & 13.
Leander Bononiensis, ista addit. Cum Bononiensis Ci-
uitas ab Ecclesiæ defecisset, & Martinus Pontifex ad eam
obsidem exercitum misserit, dirisque Ecclesiasticis re-
belles deuouisset, tunc F. Dominicus Magacosta Prior Pre-
dicatorij Conuentus, mandato Pontificio obtemperandu[m]
e[st]e suscit. quapropter vrbe electus, exultare compulsus est.
Cum autem P[ro]t[er]ix, Sacramentis Ecclesiæ ciuitatem mul-
tate decreuisset, neque repetiretur, qui inhibitionum ac in-
terdicti apostolicis litteras introferre aderet, tunc B.F. Cö-
radinus Brixiensis Dominicanus, suo sanguine omnino iu-
ra Ecclesiæ propugnaturus equum intrepide ascendit, atq[ue]
vrbe egrediens Pontificis Legatum qui cum exercitu ade-
rat. Ille viso sancti Patris F. Conradini consilio fideli,
Apostolicas litteras diuinorum inhibitorias ipsi publicandas tradidit. Eas acceptas, quo facilius manifestarentur, ha-
stæ affigens, in urbem reuenerit, & ad forum deueniens vo-
ce contenta clamare caperit: *Ecco vobis, Deo & Vicario eius re-
bellibus, vniuersa diuinorum sacramentorum.* Nullus quan[us] os-
cillatione tergitur sibi poterit. *Igurasse nemo audire.* Litteras inspicere,
errorem corrigit. His dieis, & auditis a multitudine ciuium,
illico F. Conradinus capit[us], & carceri manipulatur. Cuncti
excandescentes coniurati, mortem illi machinabantur. Ex
illis autem quidam in medio surgens ait: *Necem huic fratri
infrendo, nihil diuidacemus, quam optatam illi pro Ecclesiæ mortem*. Ab
hoc consilio, inter primores variatum sententis. Alij di-
mittendum, alijs perimendum dicebant. Praualuit illorum pars,
qui liberandum, & e carcere educendum edixerant.
Sanctimoniam vita fuisse certum est, quæ illum periculo
mortis, & tandem vinculis exemerit. Eductus ab Ergastu-

lo, neq[ue] minis, neq[ue] terroribus auocari potuit, quominus in contra Re-
publicis declamationibus, Pontifici esse obediendu[m], &
Ecclesiæ sanctæ subiiciendum populum, complurimi rationibus ostenderet. Istud vero, rebelles, in viueros Do-
minicanos adeo inflammauit, vt omniem annonam eorum
diripuerint, inq[ue] militem distribuerint, ac præterea editio
promulgato vetuerint, ne quis, ali quid ad viatum necessa-
rium, illis iam extrema fere fame laborantibus, vel com-
modato, vel gratu[m] concederet. Tunc licet humano vide-
rentur desituti suffragio, diuino tamet minimè priuaban-
t. Plures enim ciues Deum magis, quam scelerum ho-
minum minas veriti, clam, vel sub vestibus defetentes, ali-
quid anno[rum] illis subministrare nitabantur. Beatus autem
F. Conradinus, neq[ue] istis animo deiectus, veram Pontificis
æxilitatem defendens, neq[ue] aduersa corporis pertimescens,
populam quotidie palam, vt Ecclesiæ obediret ad proponebar,
propter quæ in carcere denudo retrusus, ibi etiam subsidio
vitæ priuatus est. Torsis illis diebus, quibus in carcere deri-
nebatur, nihil prorsus comedit, solo duntaxat Eucharistia Sacra-
mento satiatus, quod eo die, quo carcerali custodia
mancipatus fuit, præsumperat. Ibi ad orationes cum se fe-
tum contulisset, meditationiq[ue] diuinorum ardentissime va-
cavat, in aerem eleuatus visus est à custodibus carceris, & ea
propter à Magistratu[m], qui id compererat, liber dimissus.
Leander de viris illustribus Ord. Pred. lib. 5.

Aliud bellum in Italia, id temporis exarit. Florentini enima, cum viderent rem Ecclesiæ per Bononiæ rebellium in Flaminia titubantem, imprimis Castellionem oppidum, quod sub Apennini jugis vallem Anomonis in Flaminia claudit. inuadere & occupare aggressi sunt. Possede-
rat illud permissione Romanorum Pontificum multis ante seculis gens Manfreda, & superiore Philippensi bello Ludouicum Manfredum, qui cum eo oppido in Florentinorum partibus fuerat, quia Philippo bene cupuisse insi-
mulatus erat, Florentini in carcere conelerant: nec tam aduersus id oppidum natura loci munitissimum quicquam molesti prius intentauerant, quam pace sua cum Philippo firmata, res Pontificias in Flaminia nutantes conspexit. *Blondus dec. 3. lib. 3.*

Lutetia etiam bellum, nullis id suspicibus, subito, eodem anno exorcum est, ex cuius occasione, inter Philip-
pum Mediolani Dicem, & Florentinos nupera pax consti-
tuta, irritata fuit. Causa eius ea fuisse memoratur. In missio-
ne equitum pediutumque, quæ post pacem fieri consuetuit, Nicolaus Fortebracci Florentinorum equitum turmæ
prefectus, coactis militibus qui missione ægro ferebant a-
nimō, magna manu agrum Lucensem populabūdus intra-
uerat. Occupabat eius urbis tyrannidem Paulus Guinifius, qui in bello Philippensi nulli hærens, præcipue extra pacis
federa, relictus est. Nicolaus, siue sua sponte prædandi
causa, siue quorundam Florentinorū quibus bella quæstui
fuerant, sua in illum arma monerat. Is porro improviso
bello lacefuit, addubitus in id Florentinorum consilio
fieret: per Oratores suos Nicolai questus iniuriam petuit, vt
se veluti amicum auxilio tuerentur, ac si id graue videretur,
ne h[ab]ili pecunia, ope, subdicione fanerent. Scire enim se
non esse vnius equitum Praefecti vires adeo validas, vt diu-
tis in armis possent suis opibus perfistere. Responsum am-
biguum datum est, neque tyranno fautores se, cum feedere
exceptus esset, neq[ue] inimicitan[us] armati, & ad bellum para-
ti Fortebrachij in se velle suscipere. Quicquid Nicolaus e-
gerit, vltro & nullius impulsu egisse, nec esse auctoritatis,
ab incepto dimouere eum, qui sui iuris esset, & Floren-
tini amicus. Ratus quod futurum erat Guinifius, veritufq[ue]
Florentinorum calliditatē, qui alieno nomine fecerit, cer-
tarent, ad Mediolani & Venetorum Ducum, itemque ad
Pontificis Maximiaures Nicolai iniuria exposita, subsidiū
postulauit. Nicolaus, captis nonnull s[ed] de Lucensi agro ca-
stellis, cum Guinifio vires ad defensionem decessit, Flo-
rentinos hortauit, est ad eum urbem illi epipedum: facile
quidē id fore in ciuitate nullo praesidio suffulta, se quidem
si pecunia fauore, assisterent, intra paucos mensis urbem
illis traditurum. Re Florentiae inter paucos primum, bel-
lum aduersus tyrannum sumendum esset, & talis vrbs in
potestatem redigenda, sepiusq[ue] quæstus consiliis discus,

XV.
Legati Apo-
stoli indu-
stria tres
maximi
exercitus
contra ha-
reticos in
Bohem, du-
cuntur.

Catholici
victi.

Thabori-
tarum pro-
gressus.

variis sententiis disceptabatur, partim noua reprobantium bella, quietemque suadentium, partim id probantium certamen, ex quo ciuitas opulentior tali subacta vrbe esset futura. Major populi pars, Guinisi perdidit odio bellum affectabat, prudentiores senioresque, vt rem difficultem in honore quam abhorrebat. Raynaldus Albitius ex equestri ordine populi partes securus, oratione ad voluntatem illius accommodata, bellum pro comitio sua sicut. Nicolaus Vzonus, qui quietem armis præferebat, dissuadere conatus est: vel hac potissimum ratione, quod non satis pataret, an Martinus Pontifex, qui diutius infensum animum in Florentinos grauissimus de causis geslerat, pateretur, eam Vrbem Florentinorum Imperio subdi, neque etiam satis liqueret, an Philippus Mediolanensis Dux esset copias suas Guinisi subministratus, & an Scenenses de sua libertate solliciti fibi timentes, pro defensione eiusdem Guinisi Florentinis arma inferrent: sperandumque sit, Deum magis fautorum repellenti iniuriam quam inferenti, magisque prospecturum saluti eorum, qui se iuste defendunt, quam qui oppugnant iniuste, ac proinde, iniustaarma, rara comitur Victoria, infamia, opprobrium, dedecus, sequatur plerumque. Ea & alia huiusmodi Vzonus dicebat, neque tamen persuadebat, Florentinis ad arma potius quam ad pacem intentis. Haec statim atque Martinus Pontifex intellexit, datis ad Florentinos litteris, eos à bello inferendo, modis omnibus quibus potius dehortatus, simul admonuit, vt Castellionem Ludouicu Manfredo restituente, ipsumque Ludouicum è vinculis dimiterent. *Poggiius histor. Florentin. lib. 6.*

eum admonerent iterum arque iterum, & ad sanam mentem reducerent. Rebellenem enim moliens, nouo Sacramento Lithuaniae omnem adigebat, & arcis finitimas Poloniae vniebat. Sic et enim ambitio, ut modum prorsus nesciat, si semel ei habens laxaueris. His responsum à Vitoudo datum, quæ ille præ se ferebat, non nouandarum, sed stabilitarum rerum suarum causa ea se facere, ne incitatus ab hostibus opprimetur: propterea, quod acceptissit petuisse à Rege Bohemos, ut se per Poloniam in Prussiam & Lithuania exercitum ducere patetur: ac de eo se prætermore à Rege celatum esse. Rex, vbi nulla ratione Vitoudum de sententia deduci posse animaduertit, simulq; maturari coronationem prefutura ad decimoseximum Calendas Septembres diem didicit, negotium dedit Ioanni Zarnicouio Succamerario Posnaniensi, nobili & impigrd homini, ut ad confinias Poloniae & Saxoniae, vbi possessiones ipse luculentas habebat, obseruerat, atque internuncios Cæsaris & Vitoudi, per Prussiam, vltro citroque comineantes, interciperet. Nec male successit Zarnicouio negotium. Etenim Baptifam Cigalam Iureconsultum Genuensem, & Sigismundum Rothum Silesium, à Cæsare ad Vitoudum proficentes copit: ex-cussoque inconsulte dimisit: Scripturas ab eis ablatas, ad Regem attulit. Missa autem erant ij, ut Vitoudo dubitationem omnem eximerent. Dubitabat enim is, an Cæsar, siue vt vulgo loquuntur, Rex Romanorum, qui Imperatorum diadema nondum adeptus est, potestarem habeat noui Regni instituendi. Veniebant præterea, vt diplomata Cæsarea, quibus in Lithuania Regnum constituebatur, & Vitoudus Rex creabatur, ipsi deferrent, ac diadema ad tempus allatum iuri ab aliis Legatis promitterent. Habant & alia quædam mandata, de fæderibus & societate Prussiensium arque Liuonienium Cruciferorum aduersare: vt hac ratione Vladislauum Regem & Regnum Polonie, ad inicium committeret. Intelligens autem Vladislauum, quorū Cæsaris & Vitoudi conarus & molimina (narrat Cromerus, quid ex ea occasione accidit,) & noua cum Cruciferis Prussiensibus arque Liuonienibus fœderata inita spearent, anno presenti, qui fuit post Christum natum millesimus quadringentesimus, trigesimus, Comitiis Lednam (pagus hic est in tractu Lublinensi, venationib; tantum nobilis) inditæ, vt Polonorum voluntates beneficis suis, sibi, liberisque suis obstringeret, Regique successionem alteri de filii suis, vtrum ipse post se edidisset, stabiliter, veteres priorum Regum ac Principum donationes, & immunitates confirmaret: permulta Equestris Ordini, nonnulla etiam Ecclesiastico, pauca oppidanæ rusticaneque plebi induxit, ac de pensionibus & oneribus remisit. Horum præcipua his fere capitibus continentur. Honores ac Magistratus, sacri iuxta ac profani, vt nonnulli indigenis, in suo cuique tracu mandentur, neque quicquam eorum cuiuspiam, priusquam vacet, promittatur. Arces, & Praefecture, ne cuiquam Ducali genere orto, neut exterrite. Non omisere tamen Poloni longiorum custodiæ: quæcum suspesta esset Cruciferis, suorum sibi consiliorum & conaturum consciis, misit Paulus Rusbordius Magister perquisitum ab iis, hostes ne eos an amicos ducere deberet: responsum est: nihil eius referre, si ipsi intra fines suos armati, rerum suarum curam habeant. Si bellum illarum sint, indicatos id esse prius. Aegerime hæc tulit Vitoudus, vbi rescripsit: sed tamen dolorem apud hospites ad celebritatem inuitatos, sedulo dissimulauit, & ad finem Septembres eos apud se retinuit. Fuerunt autem ij, duo Magistri Cruciferorum, Prussiensium & Liuonienium, cum primoribus Commendatoribus: item, Moschorum, Tucherium, & Odoioviensem Raflorum Duces, & Princeps Tartarorum.

Forte tunc antracem morbum, siue ex angore animi, seu qua alia ex causa, Vitoudus contraxit: neque tamen quicquam de ambitione sua detraxit. Cum autem inuitis Vladislao & Polonis, voti se compotere fieri posse desperaret, arte sibi tentandum esse duxit, quod aperta vi poragere non poterat. Sciebat Vladislauum hominem non malum, haud difficulter se exorari posse, si cum in Lithuania, cuius visenda desiderio teneri cum nouerat, extraxisset. Quod si qui forte Proceres Polonicum cum eo venissent,

eos quo-

Cæsaris &
Vitoudun
missi inter
cepti.Polonie
nobilitas
armatur &
vias obli-
det.Legati Cæ-
saris pro-
gredi non
audient.LXXVI. Vitoudus
arte tenta-
re quæ-
rit quod
aperte con-
sequi se
non posse
videt.

eos quoque vel blanditiis deliniri, vel munieribus corrumpi, vel metu denique compesci posse. Itaque misso ad Vladislauum Legato, præterita excusat: iam se omnem de Regno cogitationem depositisse ostentauit, ac Regem in Lithuania ad venationes inuitauit. Cupiebat Rex ire in cum aliquanto octuagesimum annum excessisse: Princeps impiger, & vegeto ingenio: abstemius in omni vita, nihil præter aquam bibere solitus: in vicu temperans, temporis perparcus, ita ut supra mensam iudicaret, & responsa Legatis daret: ceterum in Venerem proclivior: in extenuos liberalis: fuos vero metu magis quam beneficentia in officio concinere solens. Habebat in more, ut procuratores bonorum suorum rapinis ditatos excuteret, atq; expilarer, rursusque præficeret. Memorant & illud de eo, quod fontes, vel pellibus virorum conteos, molossis laniando obiiceret, vel illos ipsos ad induendum se fuisse, quo gulam frangerent, compelleret.

Præbuit tunc Sbigneus, aliud iniuncti animi inter Lithuaniae exemplum. Dimittebat illum Vladislauus in Poloniæ, comiter & liberaliter acciperet, vnum Sbigneum negligebat. Vbi Vilnam peruentum est, instabat Regi Vitoudus ornatō, ne sibi Regium diadema inuiderer. Negabat ille, licet id sibi concedere, Polonis reclamantibus: sibi seruare: si quid autem humanitas sibi accideret, vt ad cultum diuinum eam conuerteret, assensus non est: ne rei alienæ contactu, aut noxam, aut noxa famam incurrit. Incidit etiam tunc Vladislauus in discrimen, ab eodem ipso Sutrigellone, quem impense diligebat, quemq; Ducem Lithuaniae præficere cogitabat. Homo ille nihil, & ebriosus, & præcipitis itacundus, conciliatis sibi largitione non nullis, nequequam expectata Regis autoritate, principiatus inuaferat, ac pro Duce se iam gerebat. deinde magis ac magis insolescens, assentatoribus frigidam, quod a iuri suffundentibus, oblitus omnium beneficiorum Regis, fratrnæque necessitudinis, contumeliosus eum tractare: carceris, & exilio veteris memoriam reficere: veniente tempus dictans, cum vlcisci eum probe posset: Polonus, qui cum Rege erant asperius appellare: Internuncios, qui à Rege in Poloniæ, quive ex Polonia ad Regem mittebant excutere, epistolæq; restringere: & ad extremum, cum Podolia Prefectum, qui eam prouinciam Vitoudi nomine administraverat, in vincula à Podoliis coniectum, omnemque eam prouinciam dominationi Lithuaniae exemptam, intellexisset, homo violentus & impotens, in Regem fremere, & maledicis cum Polonoque incessere, palamque vinculauit necem presentibus intentare, ita ut excubare omnes die noctuque circum Regiam necesse haberent: donec is Podolia à Rege extorquere potuisset. Non intermisit tunc Martinus Pontifex, statim atque detineri Vladislauum Regem in Lithuania celeri nuncio accepisset, ad Sigismundum Cæsarem, & ad Sutrigellonem de liberando Regem scribere. Enimvero creditum est, Sutrigellonem, non infcio Sigismundo tantum scelus ausum fuisse: namq; is Vitoudum aliquando meruens, ad Sigismundum profugerat, cumque eo in multis consueverat. Cromerus de rebus Polonia lib. 19.

Addit Albertus Krantzius, rerum Vandalicarum acutatus scriptor, quæ adiungo.

Vitoudus, per hæc tempora (qui & Alexander) Dux Lithuaniae, pollicitus est Romanorum Regi Sigismundo, si se Regem declararet, certum expeditorum millia per annum integrum suis impensis (quæ in ea gente nō magna sunt) in Bohemiam militaturos mitteret. Sigismundus conditione compatabat, quum cuperet Bohemis fœnum iniicere, misit Archiepiscopum Saltzburgensem, cui adiunxit Guntherum Magdeburgensem, qui eis vice coronationem solemnitatem implerent. Sed inuidit fortuna tantis successibus. Quenam essent in itinere Archiepiscopi, magna iam parte peracta, occurrit illis Nuncius, Vitoudum iam emigrasse de mundo. Itaque re infecta vertetur iter retro. Per quæ tempora, Christianus Kobanth, Martinus Pontifici iam diu commendabilis, factus Olbiensis Episcopus, Ecclesiastum suum visitavit: arque cernens Fratrum de Ordine Theronicorum moliticem, inde ad Ericum Regem Danicæ declinavit, quum haberet nonnulla eius negotia.

Atque ita quidem Sbigneus, non sine magna ipsius Vitoudi admiratione: cuius interim morbus inualecebat, ita ipse desperatione vita sue cogitationem omnem de Regno abiiceret, & ad mortem, uti Christiano Princeps dignum

LXXXVIII.
Aliud Sbignei
Constantiae ex-
emplum.Rex in ma-
gnam dif-
ficiem in
Lithuania
incidit.

LXXIX.

Christia-
nus Ko-
banth Of-
ficiensis E-
piscop.Sss
tia, apud

LXXX. Obitus Othonis de Zegenhan Archiep. Treuer. & eius laudes.

LXXXI. Post eius obitu multa mala in Eccle. Treuiren. subeute.

LXXXII. Italia turba.

tia, apud Sedem Apostolicam promouenda. Coram eo questus est, Ecclesia sua pressuram ab eo Ordine: simulque roganit Regem, ut absente se Ecclesiam suam dignaretur habere commendatam, qua in mari, & ad mare magna ex parte esset. Magister porro Thentonius Cruciferorum, veritus, ne Rex protectionis titulo sibi aliquid incommodi adferret, aut eam offam è fauibus eriperet, Diacecum Osilicem ingressus, omnia eius praesidia in ditionem accepit, firmavitque suis impositis militibus. Krantzus Vandali libo vnde cimo capite vigefimo secundo.

Quo anno, in Germania, obiit Otto de Zegenhan, Archiepiscopus Treuirenensis, Treuiri, ante altare Beatae Virginis, in Ecclesia maiori sepultus: homo certe magnificus (verbis sicut Trithemij) & in Deum singulari deuotione preditus, qui Ecclesiam suam optime rexerit, & multa bona fecit. Caput S. Matthiae Apostoli, quod multis annis in castro Erenbreitstein, iuxta Confluentiam, inter Pontificum thefanores sexuum fuerat, ad maiorem Ecclesiam Treuirensem cum ingenti deuotione transstulit: quod in eadem Ecclesia vsq; in præsentem diem seruatur in magna deuotione & honore. In eadem Ecclesia Treuirense, Missam de Beatae Dei Genitrici semper Virgine Maria instituit, quæ perpetuo post matutinas ibidē solenniter omni die à Choralibus decantatur. Amator & benefactor erat pauperum, atq; debellator superborum fortissimus. Ipse primus, Ordinis Cisterciensis monasteria circa Treuiri, cum multis laboribus & impensis reformatum: in quod sanctum opus Ioannem Rhodem de Carthusia extractum, Abbatem Sanct. Matthiae instituit.

Ottonem mortuo, multa in Ecclesia Dei apud Treuiros mala subsequuntur sunt. Nam Canonici in Electione discordantes, maior & pars senior elegit Iacobum de Sirck, maioris Ecclesiae Scholasticum, Heribopolensemq; Præpositum, virum bonum, & omni honore dignum. Alia pars infirmior, videlicet Fridericus de Cracoua Præpositus Treuirenensis, & quidam alias Canonicus, dictus de Pittingen, elegerunt Vdalricum de Manderschit, ex qua dissensione Treuirense Ecclesia magna suscepit incommoda. Vdalricus enim, & si iure infirmior, tamen armis potentior, auxilio suorum, Comitumque de Vireberg, & aliorum nobilium, castella & munitiones Archiepiscopatus contra laborem, viribus imparem, obtinuit, & à subiectis hominibus consueta homagia suscepit. Hinc Iacobus compulsus, auxilium summi Pontificis inuocauit. At Papa, citatis partibus, audiens causis, electionem factam reprobauit, & vtroque abiecit, Archiepiscopatum Treuirensem Rabano de Helmstat Episcopo Spirensi, promotione Ludouici Comitis Palatini Rheni, assignauit. Hinc orta sunt infinita mala: & Ecclesia Treuirense plusquam in cccc. m. florenrum damnum suscepit. Totius enim patria Comites, Barones, & militares, Vdalrico adhærentes, Apostolica mandata spernabant: & contra Rabanum saeuentes, Vrbem Treuironum quæ illi saepe, biennio ferme obsederunt, lapides & bolos & vicinis montibus in eam frustra iacentes: sed tandem re infecta confusi abiuerunt. Denique Papa intelligens mandata sua contemni, terram diaecesis Treuirense Ecclesiastico interdicto supposuit ferme per iv. annos. Tandem Conradus Archiepiscopus Moguntinus, Theodosius Archiepiscopus Coloniensis, & Fridericus Episcopus Vormatiensis, vices suas interponentes, finem contentionibus per amicabiles tractatus impostruerunt, & secundum Rabanum pronuntiaverunt. Vdalricus non potens illi resistere, Româ profecti statuit, veniensq; Thurgeum morbo corruptus interiit: vnde in posterum Rabanus Episcopatum pacifice gubernauit. Chron. Sponheimer.

Hoc ipso anno, Italice res aliquantum turbata, nonnulli hil molestie attulerunt Martinum Pontifici. Philippus Mediolani Dux, quamquam Principem Senatum Venetum per causam matrimonij sui Mediolanum initiasse, (quod quidem visum est parum congruens eius ordinis gravitati, ac proinde negatum pectus pestilentiae in urbe gliscere) multisque alii obsequiis eos permulcerent, dolore tamen pacis paulo ante facta, quasi indigne & inique sibi imposi-

tae, ac desiderio amissorum oppidorum incitatus, dubiam ac labantem Lucensi motu Italæ pacem maiore diffidij mole concutere annus est. Ante per aliquot dies, sed aliquanto serius quam oportebat, vt pote iam tradito ex patre Bergamo conatus fuerat otium conuellerere, pertinaci or in afferendis Cremonenorum finibus: cuius controuerse & ipse, & Venetus, arbitrum sumperant Nicolaum Atestinum. Ea via, quæ plane recta videri poterat, cum res non succederet, obliqua inicit, vñus opportunitate tumultus Lucen, quippe à Gallia citeriore Florentiam reuersus Nico lus sorore Bracci Stella natus, cui ex eae Fortebracij cognomen fuit, quodiam diximus, Lucensem inualerat: ac deinde Florentini, à quibus is fuerat sollicitatus, bellum in illos, nec quicquam dehortante Pontifice decreverant. Fortasle Florentinos impulerat spes propagandi imperij, sub ea popularitate, quod vellet ciuitatem seruatu Pauli Guinisi subtractam libertat adiungere: vel priuatum in Guinisi odiū, quod Philippi amicitiam iporum societati præstulisset: vel facultas denique nullo negotio parrandæ rei, quod inter foederis participes Guinisi nomen exprefse relatum non fuerat, fed verbo tantum ac sub fide ei cauatum. Ergo, cum Fortebracius belli initium fecisset, Philippus quoque Franciscum Sfortiam dimisit, palam iactans, tem fœsi patris amulacione libertatem illibatum conferuare velle, quoq; modo libuisse sine cuiusquam respectu agere. Is ergo ex Gallia in Hebruriam transiit instructus suis & compluribus voluntariis militibus, quos prouincia quietia leste non poterat. Sfortia adueniuit, Fortebracius a Luca mænibus in Pifanos fines concessit, Guinisi autem veritas, ne deducto exercitu ipse præda esset, cum Florentinis qui illud bellum ex professo suscepserant, clam coepit agere de Urbe ipsis pecunia tradenda, quod subdoratus Sforriam Guinisi cum liberis ad Philippum in vinculis misit, libertatemque Lucensibus restituit. Eam datam, cum armis extorquere vellent Florentini, Philippus eam turbandas quietis ansam artipiens, Genuenibus, ut cum Lucensibus Societatem intrent mandauit, atque ab se Nicolaum Picinnum ducem postularent, iniunxit, belli Florentini occasionem, socie tuendæ Urbi prescriptio ne habiturus. Cum autem Genuenses, libertaris, & rerum suarum solliciti, de iis omnibus, Atelini, & Venetis fecissent certiores: atque ille quo sum legario eorum, nimis ad conspirationem in perniciem ipsius spectaret, Genuenibus pariter impetravit, vt ea ab Venetis peterent, quibus negatis, quemadmodum non erat dubium futurum, animi vtrinque irritarentur. Summa postulaturum Philippi exitit, fas ut esset Genuenibus tueri Lucenses, aduersus Florentinos. Ita existimauit, per causam Genuæ, quæ in fide ipsius esset, pace neglecta, ex traecto ex Hebruria in Galliam togatam belti incendio occasio nem sibi non defore tentanda Brixie atque Bergomi. Curauit Martinus Pontifex ipso statim initio belli illud restinguere: quandoquidem Guinisi una cum suis auxiliis illius implorasse. Carterum nec quisquam monendo, oblecendo, exsecrando, exsecrando à Florentinis impetrare potuit, studio proferendi imperij inflammatum. Vulgata fuere in publicum, atque à vulgo decantata nonnulli Florentiae haec verba: *Ave Maria, gratia plena: habita Luca, adiutor Sena,* quibus etiam verbis non obscure bellum ab iisdem Florentinis denuntiabantur Senensisibus. Sollicitabant Florentini Franciscum Sforiam, vt explero tempore quo Philippo fœsi addixerat, apud illos stipendia mereretur. Verum tamen is deficeret à Philippo recusauit: maxime quando iam Martini Pontificis opera, a Philippo, cui nulla virilis seboles fuerat, in filium adoptatus, & in antiquam illufreumque Vicecomitum familiam cum omnibus liberis posterisque infernus fuisset: & quo maiore studio, maioreque beneficio obstringeretur, gener delectus esset, Blanca Maria unica filia adhuc puella desponsata, vexilloque in quo erat depicta panthera, oppidisque tribus, Castellatio, Bosco, & Fregarolo Alexandrinus agri non ignobilis donatus, quo tempore, Nicolaus Atestinus, magnum seueritatis dedit exemplum, cum Vgonem no-

cu

Nic. Are stini ma gna in fi liu m feuer tas.

cuiuspiam coniuge in adulterio de precebas, ex prescripto legis necaser, eo maiore in tanta calamitate animi pœnitentia, quo filium vehementius amabat. Tantam tamque exanimam animi firmitudinem, simulque seueritatem extollit Decembrius in eo Dialogo, quem de litteratum excellenti conficerat, sub persona Leonelli, ipsius Nicolai filii. Pigna libro 6. monatib. 2. Sanct. Antonius t. vii. 22. cap. 9. Orlando Malafesta his tor. Serens, libro secundo par te 3.

Bononienses interim ad officium Sedis Apostolicae, opera Nicolai Albergati Cardinalis Episcopi redierant. Is enim antequam in Gallias Legatus proficeretur, imponentiam Bononiensem fregerat; remque eo adduxerat, vt Martinus Pontifex, Lucido de Comitibus Cardinali Ostiensi, vniuersam pacis tractationem permiserit: isque post multa vltra citroque perpolita, tandem ad has conditio nes, Bononienses induxerit, vt Bartholomeus Zambeccarius Episcopatum Nicolao dimitteret: Pontifex vero Abbatiam Sanct. Bartoli Bartholomeo, ademptam reddi à Marchione curaret. Cives, Magistratus urbicum arbitrio suo legerent, idem Cives, omnes agri Bononiensis praefecturas, haberent. Legatus Pontificius, alteras claves portarum Urbiis retineret. In suffragiis ferendis, aliquem vnum authoritate sua destinaret, alterum Antiani quos vocauit proponerent, è quorum sententia omnia dependenter. Legatus in Palatio Urbico, Antiani in eo quod Notariorum dicebatur habitarent. Item 300. equites, & 200. pedites: nec pauci, nec plures iisdem Ancianis ad Urbiis circulam conducerent. Antiani, tres ex suis Cives Pontifici proponerent: ex quibus ille vnum Prefectum Iustitiae designaret. Stabilitis iis conditionibus, tum de mun Cardinalis Lucidus Bononiam ingressus, sacra Urbi restituit: ceterum non diu post, Cannetulorum furto, Urbiis ad rebellionem asperit: & Episcopo Torpen si, quem ad Urbum reuocaro Lucido, Martinus Bononiensis prefeccerat, necessitatē emigrandi imposuit. Ponte pons Vizani lib. his tor. Bononiens. Carolus Siganus in vita Nicolai Card. Albergati c. 12.

Eodem anno, Martinus Pontifex, concessit Fratribus Augustiniensibus corpus Sanct. Monicæ matris Sanct. Augustini, ut illud Romam, ad sui cenobij Ecclesiam, ab Ostia Tyberina portarentur intenderet.

Dedit ea de re diploma, quod legitur apud Iosephum Pamphilum Episcopum Signum, in Chron. Ord. FF. Eremitarum S. Augustini, istis verbis conceptum.

Martinus Episcopus fenus seruorum Dei. Vniuersis Christi delibus presentes litteras in specturis. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Pia caritas atque deuotio, quæ ex Christiana professione & Passionalis officij debito, ad sanctorum reliquias afficimus, nos impelli, vt circa Sacra Reliquiarum conseruationem, earumque venerationem, omnistudio & diligentia inuigilemus: quo fides nostra, sine qua nemo salutem consequi potest, in magnitudine sue maiestatis conservari, & spirituali incrementum suscipere vallet. Super sequendum venerabiliter fratre nostro Petro Episcopo Eleventh. Apostolica Camera Sacraria, & Confessore nostro, pro parte dilectorum filiorum Augustini de Roma Prioris Generalis, & universorum Fratrum Ordinis Sanct. Augustini, cuius ipse Episcopus etiam professor existit, nobis supplicante, corpus Beatae Monicæ Sancti Augustini Matris, exercitus prius reflectibus & cauis, preferimus, quia corporis dicti sancti ipsius Ordinis fundatoris in quadam Ecclesia Papies dicti Ordinis venerabiliter prout debeat reconditum existit, à loco Civitatis nostra Ostiensis, ubi sepulturam & reconditum fuerat, ad Ecclesiam Domus Fratrum dicti Ordinis de urbe transferendi, & in ipsa Ecclesia recondendi & sepeliendi Gratiam concessimus: cuius concessione autoritate prefatum corpus in dicta Ecclesia debitis ceremoniis & condigna reverentia, ibidem die nona Aprilis, que fuit Dominica Palmiarum, translatum & reconditum existit. Nos itaque, Episcopi, Prioris, & Fratrum predictorum denotionem huiusmodi religiosis personis convenientem approbantes, atque considerantes, quod ob translationem predictam de sanctitate huius corporis, maior apud Christifideles natitia haberipotest, quam si in quouis alio loco reconditum fuisset: translationem & repositionem huiusmodi ratus habentes & gratias, eas ex certa

scientia, auctoritate Apostolica, tenore preservium confirmamus: & ut erga dictam Sanctam Monicam magis inflammetur fiduciam ipsorum deuotio, quasi pars precepcionis ad omnium necitiam eas deducit volumen per presences. Nulli ergo omnino hominum licet habeat paginem nostram confirmationis & voluntatis interfingere vel ei autem temerario contrarie. Si quis autem, &c. Datum Roma apud SS. Apostolorum, Kalend. Maij, Ponificis nostri anno xxi.

Fer idem temporis, Martinus Pontifex, Studiorum Academiam in urbe S. Andreæ apud Scotos instituit, quam Iacobus Rex frequentissime inuisit. Interfuit nonnumquam Studioorum disceptationibus, quibus mirum, in modum delectatus, plurimi eos priuilegiis donauit. Inter cetera hoc fieri voluit, vt Theologia ac Decretorum Doctores optimos quoque ad fæse semper mittere pectentum Magistratus Ecclesiasticos: reliqui viti Schofasci ad minoria faceidotia, quæ ad Regiam pertinebant donationem. Itaque eo vivente plurimi literati facerdotia & a amplissimos honores, labori præmia adepti sunt. Ad hæc edixit, ne quisquam, nisi ve minimum Baccalaureus, seu Theologia, seu Decretorum, in Ecclesia Cathedrali ad Canonicatum admitteretur, pecterque qui insigni nobilitate clarus: neu cuiquam hereditatem insignem ad eundi ius esset, qui proflus iuriis civilis aut municipalis ignorans esset. Cumque magnum iam templum Abbatiæ Sancti Andreæ perfecte reædificatum magnatum ac Præsum impensis ingentibus fuisset, confectioni illius interfuit. Diutius quoque cultus, hoc Rege, decentibus mirum in modum ornatus est ceremonia, introducendo novo cantandi ritu musico: qua in arte plurimum impetrabat, vicosque domi in ea peritissimos alebat. Insuper quæ vocant Organa, qualia nunc sunt, (ante enim veteribus, & nescio an satia ad saecula harmoniam accommodis cantibus vrebantur) cum primum in Scotiam per eum adducta sunt. Boethius, Scotorum historiarum libro de cimo septimo.

Floruerunt id temporis in Anglia aliqui viri insignes, qui Ecclesiam Catholicam multiplex doctrina, voce & scriptis relictis illustrarunt: Robertus Hundeslaus Monachus Ordinis SS. Trinitatis, varia eruditione instruatus, & integratè morum laudabilis. Scriptis Synodalium Sermonum, librum vnum & Epistolarum ad diuersos librum vnu.

Iohannes Bernegamus Carmelita, Theologus insigniter doctus, scriptis super Magistrum sententiarum libros uniuersitatis.

Vichardus Flemingus, vnu ex duodecim Doctribus aduersus VVicliche errores designatis, & ad Senense Con cilium Orator. Scriptis Orationes aliquot, quas in eodem Concilio magna facundia dixit.

Super hos autem eminuit, Thomas Valdensis Carmelita, confundens, profligansq; errorib; VVicliche, & aliorum hæreterorum, hoc seculo natus.

Hæc est Thomæ VValdensis Carmelitæ vita.

Ex Iohanni. Trithemio, Raphaeli Volaterrano, aliisque probatis scriptoribus, atque ipsiusm Authoris Operibus excerpta. Per F. Nicolaum Aurifiscum, Senensem Carmelitam.

Thomas VValdensis Ordinis Fratrum Eremitarum Beatissime Dei genetricis Mariae de monte Carmelo, natione Anglicus. Patria Londoniensis, ac Prior Provincialis Angliae, Patrem reuocato Iohannem. Matrem vero Methylensem homines claros atque spectabiles. Ab infantia sacram Carmeliticam familiam ingressus, ita in ea vita sanctimonia, morum grauitate, ac disciplinarum omnium eruditione profecit, præstantem vero Theologica, vt non modo inter clarissimos ac præstantissimos tempes statis viros a probatis scriptoribus connumeretur, verum etiam inter beatos. Raphael namque Volaterranus, libro vigesimo primo sua Antropologia de Carmelitico Ordine differens. ita ait: *In quo iam famam consecuti sunt * Andreas Hierosolymitanus. Andreas Presul Felicianus. Cyrus vir Grecus. Franciscus Martini. Gerardus Bononiensis, doctor Parisiensis, Guido Perpinianensis. Genitalis qui postea presul fuit Majoricensis, Iohannes de Bacoone, lo-*

LXXXV. Academia S. Andreæ in Scotia à Martin. Pont. insti tuta.

LXXXVI. Viri docti in Anglia.

LXXXVII. Vita B. Thomas VValdensis Carmelite. Patria. Infantia.

Scientia.

* forsan. Albertus.

Trium lin-
guarum pe-
titus.Henr. V.
Ang. Reg.
confessor.Eius tem-
pore Iohan-
nus V. Vic-
leff. Heresi-
m in Angl.
spaggit.Tho. Val-
den. cōtra
eum cala-
mū strin-
git. & Ang-
lia ab ha-
resiam cō-
maculatā
emundat.
Volumini-
bus suis il-
lis qui con-
tra nosos
hæresiar-
chas scri-
perunt &
methodū
refutandā
hæreseos
aperuit.Alphonse
à Castro de
Tho. Val-
den testi-
monium.Opus suū
aduersus
hæreticos
Martin. V.
Pont. dica-
uit.

hannes Balistari, Petrus de Casa, Petrus Thomas Patriarcha Constantiensis, Thomas VValdensis qui ad Martinum Quintum, contra sciam VViccleistarum scriptis. Qui omnes doctissimi viri scrip-
ta etiam plura reliquere. Duo quoque ultimi inter Beatos con-
numerati. Hæc Raphael. Fuit ingenio acutus, tribus linguis videlicet Hebreæ, Græca, atque Latina optime ins-
titutus, in Scripturis Sanctæ eruditissimus, in Philosophia Aristotelica nobiliter doctus, ad disputandum fatus idoneus,
Conuersatione & scientia insignis, egregius. Verbi Dei declinator ac Henrici Anglorum Regis huius nominis V. Confessor & Secretarius.

Eius dexteritate ac eloquentia plurimum fidens ad Regem Poloniae eum delegavit, cuius legationis occasione Vietnam pertransi, multa ab Hebrewis se didicisse te-
statur, ad Sacramentalem confessionem spectantia. Hu-
ius tempore insignis quædam bestia in Anglia surrexit, Iohannes scilicet VViccleph. Sacerdos Magister in artibus, vir ingenio acer, & eloquens, qui omnium præ-
cedentium hæreticorum impia dogmata exuscitans præfertur. Faxit Deus utique ad sua veritatis maiorem Confirmationem ad manus piorum perueniant & cum iis alia plura quæ indefessus hic Pater scribere curauit.

Moritur autem Rothomagi in suo Conventu Carmeli-
tico honorifice tumulatus sub Sigismund, Imperatore An-
no Martini V. ultimo, nostro vero redemptionis 1430. in-
dictione 8. 3. Nonas Nouembri.

A N N O C H R I S T I 14. I.
Martini Papæ Quinti Sigismundi Regis Romanor. Anno 14. Anno 21.

Hecannus, II. Kalen. Martij, Martino Pontifici, vite po-
streus fuit. Antequam ex humanis discederet, rem-
publicam Christianam aduersus hæreticos, schismaticos,
curare ingentibus ausis conatus, & bellum Sacrum in-
dixit, & concilium Generale, ad præscriptum Constan-
tienis decreti, promulgavit, adque illud Balilex celebran-
dum, Julianum Caesarium Cardinalem Legatum destina-
uit. Quæ causæ vtriusq; decreti fuerint, placet ex ipsiis eius-
dem litteris cognoscere. Ita habet, ea epistola quæ est pro
sacro bello.

I.
MARTINVS EPISCOPVS SERVVS SER-
ourum Dei, dilecto filio Juliano, Sancti Angeli Dia-
ciano Cardinali, salutem & Apoloticam
benedictionem.

In hac terrestri patria gerentes (licet immeriti) rices Christi, le-
manus vigiles, more laetoris, tam mentales quam corporales oculi in circuitu, visuri, quid gregi nobis commisso expediatis, & quid op-
eris impendi debeat circa ipsum: vt illius fulti præsidio, cui cogita-
tiones hominum preparantur, quique arcum fortium superat, &
infirmos robore potenter accingit, nostri partes offici salubriter &
vtiliter apponamus, præsternit ad consilendum genibus, quæ veri-
luminis claritate, siveque Catholica in inuium perdentium tene-
brarum miserasilit deuinariunt, Diabolica fraude decepta: vt do-
gmatib. & erroribus contagiosis Hussitarum & Bohemorum, doctri-
num Christi peruertere molientiam, quibus fidem eundem qua-
sinebilo sumi caligini obfuscare satagant, obuietur, hæreses de
finibus fidelium Christi extirpetur, nec non fideles ipsi, per illumi-
nationis predicationem & seminationem Verbi Dei antidotum, à noxiis er-
roribus huicmodi præseruantur.

Necquidem à veritate aliqua ratione dedit Al-
phonse. Nam vi ipsius Thomas asscerit, innumera fere
huius impij viri volumina vidit, ac legit, ex quibus hæreti-
ca dogmata exhauriens, ea, eo quo videtur ordine conte-
xuit, ac constantissime confutauit. Ut autem præclarum
hoc opus tunc, ad manus Catholiconum omnium per-
venire posset, eoque instar gladij ancipitis aduersus hære-
ticos omnes vi possent. Martino huius nominis V. San-
cta Romana Ecclesia Pontif. Maxim. dicauit, atque ex-
aminandum obiuit. Quo examinato atque Apostolica
authoritate comprobato quod ex pontificali diploma-
te constat, quem antea inuigandum vir modestissimus denegasset, vi typis postea excluderetur permisit. Multa
etiam alia scripsisse fertur quæ vtrinam ad manus nostras
peruenissent. Videlicet.

Super sententias lib. quatuor.

Super vices Bibliorum libros postillam Scholasticam.

& etiam

di loca, iuxta tuam seu eligendorum predictorum estimationem, &
proxima moderatione taxationem fecissent, in hanc expeditionem con-
tribuant, & pariter persolvant. Volumus autem, & sub excommuni-
cationis via precipitus, quod ad audiendum confessio per te
deputati (vt præfertur) ultra viuum medium grossum Bohemicum,
etiam fronte oblatum, ac nulla arte que situm, a constituentibus ipsis re-
cipere non præsumant.

Vero, quia difficile foret presentes litteras singulis exhiberi,
volumus, ac eadem autoritatē decernimus, quod ipsorum litterarum
transumpto, manu publica tuoque sigillo munto, tanquam origi-
nalibus litteris huiusmodi, vbi quietani in iudicio, quam extra firmi-
ter stet, atque plena fides adhibeat, perinde ac si dicta originales
littere forent exhibere, vel ostense. Datum Roma apud sanctos Apo-
stolos 3. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno 14.

Agebat Nurembergæ Julianus Cardinalis, confe-
rens in commune cum Sigismundo Rege Romanorum,
de hereticis partim reprimendis, partim retocandis. Vi-
sum est, superiores Martini Pontificis litteras diuulgare,
& aliquam manum grassatoribus Thaboritis opponere. Er-
go in hunc modum Episcopis scribebat.

Julianus miseratione diuina, sacrosanctæ Romanae
Ecclesiæ sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in Germania Apostolice Sedis Legatus, Reuerendo in Christo Pa-
tri & Domino Episcopo Misnensi, vel eius Vicario, Salu-
tem, & mandatis nostris, imo verius Apostolicis, firmiter
obediebat.

Oportet (vt inquit Apostolus) hæreses, vt hi qui probati sunt,
manifesti siant. Quenadmodum enim aurum in fornace probatur,
ita vir iustus & iunctus Deum, qui se cuorū pro domo Domini
oppónit, in tempore tribulationis. Sane, prob dolor, abominanda
heresis VVicclephistarum & Hussitarum, omnes superiorum tem-
porum hæreses crudeliter superant, diebus nostris in malis: qua tan-
tam cordibus corum oblationem & sententiam invenit, vt more a-
spidis furdo obturant aures suas ad maternas voces Ecclesiæ & san-
ctam doctrinam eius. Ita vt nec actione, ratione aut manifestitudine
vel exhortatione iam scidi posse videantur ac præter pestifer dogma-
ta que omne genus blasphemie proclamant, omnem humanitatem
& pretatem a se penitus exuerunt & quasi belua effetti nihil aliud
quam sanguinem, & predam Catholicorum anhelant. Horum sce-
leres & acrilegia in Deum & homines ac sacramenta Ecclesiæ, &
tempora Deo dicata, homicidia, rapina & omnis humanopolitia sub-
uertenda cupiditas tamnotoria sunt & omnibus manifesta vt super-
uacuum sit nouare per singula. In armis & violentia solum confi-
dunt ferocius & igne erroris suis defendere conantur: Et super omnia
nebulae obitum confiterunt, illibata permaneant & quieta, illa-
que interim sub locorum ordinariorum protectione persistant, ac per
ipsos conceperint auctoritate prædicta tueri: mandantes eisdem ordi-
nariis, vt non permittant eisdem Crucis signatos, contra huiusmodi
statutis & concessionis tenores pro quonia molestari: molestatores &
contradicentes quoscumque ac rebeller, per curiam Ecclesiastici, am-
& alia iuris remedia, appellatione postposita compescendo, intoca-
to ad hoc, stupor fieri, auxilio brachii secularis. Non obstantibus,
si aliquibus communiter vel diuīsim, a dicta sede sit indultum, quod
interdic & suspendit, vel excommunicari non possit per litteras Apo-
stolicas, non faciente plenam & expressam, de verbo ad verbum, de
indulto huiusmodi mentionem.

Ceterum, vt ipsius via crucis signo muniti, aliquæ mit-
tent, reddant huiusmodi remissioni & indulgentiarum ma-
gis capaces & aptiores, tibi, ac eligendis presbyteris idoneis, seculari-
bus vel Regularibus, eadem auctoritate indulgemus, vt confessio-
bus eorum diligenter auditis, ipsi pro commissis, etiam si manus vio-
lentas in Clericos vel Religiosos inuicentes, vel incendiarij Ecclesiastarum,
vel alias Sacralegi fuerint, informa debita Ecclesiæ, absolutionis be-
neficium impendit, ac quilibet per te eligendis impendat, ac iniungat,
vel iniungat penitentiam salutarem, etiam si talia fuerint, pro-
pter que Sedes ipsa foret merito consulenda. Super vero peregrinatio-
nis, seu abstinentie, & alijs votis similibus, que fideles emisissent pre-
dicti, etiam si ultra marina, vel Apostolorum Petri & Pauli eorum
debito ordine in Bohemiam ad extirpationem hereticorum,
si nolint ad gremium reveri fauilla maris Ecclesiæ. Seu cum pia-
preces & orationes ad victoriam plusquam arma valere consue-
rint, imitari debent sanctum Moysem qui pro populo pugnat
in faciliatatem. Ita tamen, quod ipsi, cum quibus tibi, vel eligendis
prosperatis, sic diffundere contigerit, expensas, quas ad huiusmo-
di

muni Leuit. & qui clangendo tubis populum animabant in bello. Oremus ergo sine intermissione suppliciter & denote lacrymisque & precibus impetravimus a Deo gratiam ut exercitus noster Catholicus pro Domino Domini & salute populi certaverit victoriam obtinente de iniunctis fidei. Dehortemur etiam ipsis paginis fidei & Catholicos atque hereticos & discordes ac inimicis inpluribus mundi partibus heretica prauitate; ad huiusmodi heresies extirpandas & Pacem inter Catholicos Principes, & ceteros christianos componendas, animum efficaciter intendamus, super qua requantum in nobis fuit dedimus operam efficacem, tibi nomine, & auctoritate nostris ipsi Concilio presidendi, ac in illo pro tua sapientia illa propoundedi, deliberandi, ordinandi, statuendi & decernendi quae ad laudem & honorem Dei & conseruationem religionis fidei christiana, statum Ecclesie, reformationem quoque totius Cleri, & Ecclesiastici status, in moribus & vita, nec non reductionem Orientalis Ecclesie & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium Ecclesie militantis, ac conseruationem Ecclesiastica libertatis salutem quoque & quietem, & pacem regnorum, Regum, Ducum, Principum & quorumlibet fidelium populorum, noueris pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione prout in tantare conuenit, & omnino proponendi, decernendi, concludendi, exequendi, per quae hereses & idoneos sacerdotes, cum potestate Crucis signandi & absolutionis & afaiciendi que in litteris Apostolicis continentur iuxta formam & tenorem ipsarum (quarum copiam sub nostro filio & manu publica authenticam vobis transmittimus) ordinatis ac deputatis. Datum Nurembergi, Bergensis Diocesis Anno Domini millesimo, quadragesimo vigesimo primo, Indictione nona, die vero vigesimali mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patri & Dominino, Domini Eugenii, dñina prouidentia Papa Quarti, anno primo.

Martinus namque Papa, iam defunctus erat; haud diu enim post editam a se bullam Cruciatæ superuixit: cum tam prius bullam indicte onis Concilij, edidisset, hoc tenore.

II.

Martinus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Iuliano S. Angeli Diacono Cardinali, Apostolicae Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dum onus universalis gregis Dominicæ, superna dispositione inuincitum diligenter attendimus, & quod singulis christiana recipi plie occurrentibus per nos ipsos debitam Apostolicam servitutem, exequi non possumus, animo nostro reuelimus nonnunquam viros fidem ferentes, dignitate ac scientia preditos & rerum agendarum experientiis conficiens, in partem nostrorum & Ecclesie Romane negotiorum assumimus, vi domi tempus postulat, eorum operationibus, vices nostras supplentes, ministerium nobis commissum, divina assistance gratia iuxta vias nobis ex alto concessas exequi valeamus.

S. 1. Dendum siquidem satrum generali Constantiensi Concilium ex certis causis sine expressa statuit & decernit primum generali Concilium, in quinquennium ex tuni proximo futurum, secundum vero à fine illum immediate sequentis Concilia in septuennium, & deinceps de decennio, in decennianam perpetuo fore celebrandum, in loco per Romanum Pontificem, per mensum ante finem causitibet Concilii, approbante & consentiente Cœcilio, vel in defectu ipsius, per ipsum Concilium deputandis & assignandis, vt illa qua circa statum & bonum publicum ecclesia, & Dei agenda & expedienda restabant, matris possente deliberatione completeri.

S. 2. Prout quantum in nobis fuit in Concilio Seni ultimo celebrato factum extitit, in quo per nostros & Sedis Apostolica Nuncios tunc in dicto Concilio Senensi praesidentes, eodem approbante Concilio, Ciuitatem Basileensem, pro loco proxime futuri tunc in septuennium celebrandi Concilii deputata extitit, prout in decreto prefatis Senensis Conciliis & aliis nostris litteris desuper consedit plenus continetur.

S. 3. Cum autem finis huiusmodi septuennii quo Concilium ipsam in eadem Ciuitate Basileensi tenendum & celebrandum fore statutum fuit, instare noscat, cumque propter notoriam agitatem nostram in ipso futuro Basileensi Concilio, Deo autem celebrando, iuxta desiderium cordis nostri interesse non possumus, te vitam integratam & sapientiam preclarum, & magnitudine Concilij consiliarii ac in maximis nostris, & prefatis Ecclesie negotiis diuina exhortatione instruimus & optimis institutis excolamur.

Sacras ad collabentes instauramur. Agrum Romanum latrocinitis infestatum, sciaris & grossis toribus necatis tutissimum reddidit.

Vrbem Romanam ad eam bonorum omnium copiam felicitatemque adduxit, vt Augusti tempora redire videantur.

Regnum Neapolitanum cupidat, ut quorundam eripuit, ac Ioanne Regine vindicavit.

Heresici, Bohemian & circumsicinas provincias sedantibus, vastantibusque bellum sacrum indixit.

pacis definandum prouidimus, & cum supra omnia in ipso futuro Concilio ad reformandum statum Ecclesiasticum, qui hoc tempore indigere videtur, abundantem nequit & frigescente charitate hominum, suscitatis inter fides belis, & discordis ac inimicis inpluribus mundi partibus heretica prauitate; ad huiusmodi heresies extirpandas & Pacem inter Catholicos Principes, & ceteros christianos componendas, animum efficaciter intendamus, super qua requantum in nobis fuit dedimus operam efficacem, tibi nomine, & auctoritate nostris ipsi Concilio presidendi, ac in illo pro tua sapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, statuendi & decernendi quae ad laudem & honorem Dei & conseruationem religionis fidei christiana, statum Ecclesie, reformationem quoque totius Cleri, & Ecclesiastici status, in moribus & vita, nec non reductionem Orientalis Ecclesie & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium Ecclesie militantis, ac conseruationem Ecclesiastica libertatis salutem quoque & quietem, & pacem regnorum, Regum, Ducum, Principum & quorumlibet fidelium populorum, noueris pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione prout in tantare conuenit, & omnino proponendi, decernendi, concludendi, exequendi, per quae hereses & idoneos sacerdotes, cum potestate Crucis signandi & absolutionis & afaiciendi que in litteris Apostolicis continentur iuxta formam & tenorem ipsarum (quarum copiam sub nostro filio & manu publica authenticam vobis transmittimus) ordinatis ac deputatis. Datum Nurembergi, Bergensis Diocesis Anno Domini millesimo, quadragesimo vigesimo primo, Indictione nona, die vero vigesimali mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patri & Dominino, Domini Eugenii, dñina prouidentia Papa Quarti, anno primo.

S. 5. Et contradictores quolibet & rebellis cuiuscumque statutis, gradus, preeminentia, relictione existant & quatuor Ecclesiastica vel mandana, etiam si regali, vel Pontificali prefulgent dignitate auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendi, & super his quots opus fuerit auxilium brachii secularis invocandi, omniaque alia & singula in eodem Basileensi Concilio, agenti, tractandi, disponendi, statuendi, declarandi, decernendi & concludendi qua in primis, & circa ea pro statu nostro, & eiusdem Ecclesie & salute animarum fideliū, extirpatione heresem & errorum de agro Dominico, reductione quoque oberrantium populorum, & conseruatione Ecclesiastica libertatis, & pro quieto statu republice christiane nec non reformatio ne in omnibus membris suis, noueris profutura, plenam & liberam, auctoritate predicta, tenore presentium concedimus potestatem, ratum & gratiam habitu quidquid super premis per te rursum eu dem Basileensi Concilio ordinatum, statutum, deliberatum, & decretum fierit & conditum, idque faciemus auctore Domino vsque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruari.

S. 6. Quocirca circumscriptio in eae per apostolica scripta mandamus, quatenus tibi in iunctum Ministerium laboris huiusmodi, pro Divina, & dilecta Sedis, ac nostra reuerentia, sic in eodem future Concilio dicto nomine pro tempore presidens ad honorem Dei, Ecclesie atque nostram, salutem quoque & pacem populorum fideliū, iuxta datam tibi à Dominopudentiam laudabiliter exequaris, quod ex tuis fructuosis operibus fructus optati prouenant, quos speramus, tuque deinde illam, quipias causas agentibus superna retributione impen dit gloriam consequi merearis felicitati aeterna.

Datum Roma apud SS. Apostolos: Calend. Febr. Pontificatus nostri, Anno decimoquarto.

Hæc ingentia, bono publico totius christianitatis Martinum Pontificem conantem, apoplexia opprescit, extinxitque, certe inter Pontifices Magnos, nemini secundum, qui schismate quinquaginta annorum sublato, pacem & unitatem Ecclesie reddidit.

Romanum reveris, Italicas resturbatas, pace inter dissidentes Principes composita, constituit.

Ditionem Ecclesiasticam, à tyrannis occupatam recuperavit. Pueros rebellis perdonavit.

Vrbem intestinis discordis afflictam recreavit, adficiit exortum, moribus & optimis institutis excolavit.

Sacras ad collabentes instauravit.

Agrum Romanum latrocinitis infestatum, sciaris & grossis toribus necatis tutissimum reddidit.

Vrbem Romanam ad eam bonorum omnium copiam felicitatemque adduxit, vt Augusti tempora redire videantur.

Regnum Neapolitanum cupidat, ut quorundam eripuit, ac Ioanne Regine vindicavit.

Heresici, Bohemian & circumsicinas provincias sedantibus, vastantibusque bellum sacrum indixit.

Concordia, Papense, & Senense inchoauit, Basileense vero futurum renuntiavit.

Sigismundum Regem Romanorum aduersus Eusebi hostes non semel adiunxit.

Obit. Aetratis anno 63. meritorum & glorie plenus. Sepultus ene manifolante ante SS. Apostolorum capita in Basilica Lateranensi, cum hoc elogio.

Martini Papa Quintus, sedit annos XIII. mens I. dies XII.

Obit Anno M. CCC. XXXI. die XX. Februario. Temporum suorum Felicitas.

Falsus auctor Summa Angelica, cuius occasione Canoniste, futilis quæstiones excitarunt, & Petrus Martyr in 2. Samuel. cap. 13. calumniam huic Pontifici inuissit. Nam quod ille auctor in verbo, Papa, Martinum Quintum alii cum sorore sua germana matrimonium relaxasse scribit, impudentissimum esse commentum, vel ex ipso S. Antonino quem citat, conuincit. Ille enim in summa tomo 3. tit. 1. cap. 1. de affinitate in fine dicit, Martinum Quintum post longam Theologorum & Canonistarum de eae consultationem, dispensasse cum quodam, qui consummauerat matrimonium cum germana eius, quam (vloquin) cognoverat fornicarie: germanam propinquam, non sororem vocans. Itaque dispensauerat in impedimento affinitatis, quam ex fornicatione actu contraxerat, cognita prius foro, eius quam possea in matrimonio sibi adiunxerat. Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus hoc in Martino famam redarguisse scribit, quod nimis cupide insisteret cumulationi pecuniae, vt nequaquam dicere valerer illud primi Apostolici; Argentum & aurum non est nihil, quia in celothes favent ea, porcarum pauperum manus. Sed ipsum thesaurum temporalem valde augmentatum, manus propinquorum, præcipue nepotis, Principis Salernitanus (ad quem eo moriente deuenit) stipendiarios & hostes Ecclesie erogantes consumperunt. Platina in Martino V. Genebrardus lib. 4. Chronol. S. Antonius p. tit. 22. c. 7. §. 3.

BREVIARIUM EIVS SECVL.

Pontifices Romani.

Urbanus VI. sedit ann. II. menses 6. dies 8.

Bonifacius IX. sed. ann. 14. mens. II.

Innocentius VII. sed. ann. 2.

Gregorius XI. sedit contra suos competitores ann. 6. mens. I.

Alexander V. sed. contra competitores mens. 10. dies 8.

Ioannes XXIII. sedit contra competitores ann. 5. dies 15.

Martinus V. sed. ann. 13. mens. 3. dies 12.

Reges Romanorum.

Wenceslaus usque ad abdicationem sed. ann. 22. & ultra.

Robertus Bauarus ann. 10.

Sigismundus, ad vique hæc tempora, an. 21.

Concordia.

Romanum sub Ioanne XXIII. contra Husitas.

Pisanum sub Alexandro V. pro schismate extirpando.

Constantiense sub Ioanne XXIII. Gregorio XII. & Martino V. pro schismate & heresi eradicandis.

Papiense & Senense, sub Martino V. pro reformatione Ecclesie.

Patres, quorum doctrina Nouatoribus contraria:

I. Realitatem & transsubstantiationem Eucharistiam, nec non sacrosanctum Missa sacrificium, affirmant. Durandus de S. Portiano in 4. d. 10. q. 1. Ludolphus Carthusianus parte 2. vita Christi, cap. 56. Thomas VValdens, in summa. Et reliqui, qui contra VVicclephum scripserunt, præsertim autem Scholastici.

2. Honorem & invocationem Sanctorum. docent. Durandus & reliqui Scholastici in 4. sent. dist. 45.

quest. 4. art. 1. Augustinus Triumphus Anconitanus, summa de potestate Ecclesiastica quest. 17. art. 3. ad 2. Thomas VValdens, in summa. 3. Vsum ac venerationem sacrarum Reliquiarum & imaginum, præcipue vero S. Crucis, & imaginis SS. Virginis probant. Miracula insignia, hoc tempore patrata. item Thomas VValdens, in summa. Augustinus Triumphus loco citato. Etaли qui contra VVicclephitas, Thaboritas, Orebitas, & Orphanos Commentaria ediderunt.

4. Communionem sub una specie. Patres Concilii Constantiensis Gerson, & alii qui contra Calixtinos & Hussitas dimicarunt.

5. Primatum Romani Pontificis. Augustinus Triumphus in Summa quest. 7. art. 2. Durandus 4. sent. dist. 24. quest. 5. Petrus Paludanus 4. sent. dist. 24. quest. 6. Ludolphus Carthusianus p. 2. vita Christi cap. 1. Petrus Bertrandus Cardinalis in tractatu de Origine & vsu Iurisdictionum, quest. 2. Thomas VValdens in Summa.

6. Infallibile iudicium Ecclesie Romanae in decisionibus, decretis & traditionibus. Patres Conciliorum huius temporis, qui acta sua probari à Pontifice Romano postularunt. Triumphus in summa q. ro. art. 3. Durandus 3. sent. dist. 25. q. 2.

7. Liberum arbitrium. Thomas VValdens in Summa. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesie, cap. 8. Durandus & alii Scholastici 2. sent. dist. 24.

8. Fidem solam ad salutem non satis esse, nisi cum bonis operibus ac diuinorum mandatorum obseruatione conciuncta, speciatim vero cum charitate. VValdens supra. Gerson in pluribus locis. Ludolphus Carthusianus 1. p. vita Christi cap. 66. Durandus & alii 3. sent. dist. 23. S. Vincentius Ord. Prædic. pluribus in locis.

9. Bona opera divina gratia ope subnixa, digna esse ac meritoria vita aeterna. Idem auctores qui supra.

10. Abstincentiam à certis cibis. ac ieiunium Ecclesiasticum, præsertim sacrosancta Quadragefima. Durandus & alii in 4. sent. dist. 15. Ludolphus Carthusianus 1. p. vita Christi c. 22. VValdens in Summa.


II. Calibatum Sacerdotum, ac Religiosorum, vota, & ceremonias professionis Ecclesiastica ac Religiosa. Gerson pluribus in locis. Durandus & alii 4. sent. dist. 37. Ludolphus 1. p. c. 64. VValdens supra.

12. Penitentia Sacramentum, Confessionem & sacerdotalem absolutionem. Durandus 4. sent. dist. 17. Ludolphus 1. p. c. 20. VValdens in Summa.

13. Purgatorium, Preces & Suffragia pro defunctis. Ludolphus loco citato. VValdens in Summa. Durandus & alii 4. sent. dist. 45. S. Vincentius Ferrierus in diuersis locis.

Heretici huius temporis:
Ioannes VVicclephi. Ioannes Huss. Hieronymus Prageni Petrus Dresen. Iacobellus Misnensis. Zischa Dux Thaboritarum. Procopius Raus. Ioannes Rokyzana. Pirkardus Adamitarum pater. Bedricus author Orebistarum. Pragenses. Orphani. Thaborita. VVicclephitæ. Hussitæ. Calixtini.
Schisma Ecclesiæ Quinquaginta annorum,
in quo
Clemens VII. Robertus antea vocatus, sedit annos 15, mens. 11, dies 28.

Benedictus XIII. alias Petrus Luna, sedidit annos circiter 30.
Clemens VIII. antipapa, antea Egidius Munitionis vocatus, sedidit annos 5, donec Martinus V. summa felicitate unitatem Ecclesiæ restituisset, Deo unitatis & charitatis auctore, cui, ac Diuæ Deiparenti, Reginæ cœlorum, Matri Ecclesiæ, Triumphantici hostium, laus sit & gloria, Amen.



APPENDIX.

P. VINCENTIVS IVSTINIANVS IN CONVENTV COLONIENSIS ORDINIS PRÆDIC. SS. THEOLOGIÆ PROFESSOR ordinarius.

EQYO ET CANDIDO LECTORI S.

Dicitur superis diebus Liber Apologeticus pro vita, & morte Ioannis Dunsi Scotti, alias Doctoris subtilitatis, in eiusdem operibus prefissus. Occasione illius opusculi Author nactus est, ex reverendissimis admodum P.F. Abrahami Bzouii, SS.Theolog. Doct. & Ecclesiast. Annalium scriptoris verbis, quibus utrōque tomox. Annalium primæ editionis, in iunctum anno Christi 1294, afferuntur: nimis hoc anno, volens nolens ex humanis abit. Ioannes Dunsi, natione Scotus, ex Minorum Familia, &c. Multis hinc apertis in dictum P. Bzouii inuestigat est Apologomenus ille author, & Bzouium ad ius vocat, inauditus damnat, Actoris simul & Iudicis vice gerens quod equitatis ratio, & iuria caudent. Verum ut recti seruaretur formam iudicij, R. P. F. Nicolaus Ianssenius (quem vt confratrem, ita amicum habeo) defensurus, R.P. Abrahamum Bzouium Ecclesiasticorum Annalium scriptorem, atque illico mentem subiit Tibi eum deberi, qui & indicare posses & defendere. Quocirca quod tacitus expendi, ipsa re exequor: vti videoas me in omnes intentum occasiones, si quo forte symbolo obseruantiam erga Te mean. Tibi approbare possum. Suscite igitur, illustrissime Antistes, quod pleno affectu dico, ET CONSECO pauculas horas reciendi animi gratia, non cruciandi his Animaduerstionibus impedes. Interea communem Deum obtestabor, vti Tuam Illustrissimam Cellitudinem diu sospitem huic virbi fiorentemq; conseruet. Coloniae Agrippinae ex Conventu S. Crucis Ord. Predicorum IV. Kal. Novembris anno à partu Virginis M. DC. XXI.

Illustriss. & reverendiss. Celsitudinis Tuæ deuotissimus cliens,
Fr. Vincentius Iustinianus Ord. Predicorum.

Eiusdem Epistola Dedicatoria
Ad Illustrissimum ac Reverendissimum Dn.
Dn. PETRVM FRANCIS CVM
MONTORIVM, EPISCOPVM NEOCASTRENSEM, Sedis Apostolicæ per tractum Rhenanum
cum potestate Legati à latere
Nuntium,

ILLVSTRISSIME DOMINE,

Inter faustas omnium ordinum appreceptiones, quibus tuum in urbem hanc Agrippinam aduentum gratulanatur, nefas sit me unum obmutescere, qui sub eodem, quo Tu cœlo loqui didicerim, & in alieno constitutus solo hoc datum à natura munus Tibi impendere gestio. Te omnes ut patrem obuiis vlnis accepertis, cuius virtus multis locis cognita atque perspecta in sui admirationem traxerat. Et vero non vane auguratis sunt futurum Te in hoc Tractu Rhenano totius aquitatis arbitrum, qui summa moderatione Neocastrensem ciuitatem Praeful rexeris: atque inde abreptus Pontificis Legati vicem Aunione virbe Pontificia perfundens, ea quidem laude, vt iam minus dolentem Aunionenses à se Pontifices esse translatos. Neque his limitibus virtus tua se inclusit, sed Lutetiam insuper Parisiom pertrugata est, ubi omnibus etiam nunc inhaeret, qualem alieni limis temporibus laboranti Reipublica Te ostenderis, quanta prudentiae commendatione in deciden-

Eadem Illustrissimo Domino
Dn. PETRO FRANCISCO MONTORIO
Episcopo Neocastrensi, &c.
F. NICOLAVS IANSENIVS, BELGA
Ord. Predicorum.

ILLVSTRISSIME DOMINE,

A nimaduerstiones meas pro R. P. Abrahamo Bzouio est, quam id gratum mihi fuerit. Non decebat, vti ego de mea lucubratio incula existimarem, Tibi acceptam aliquando fore: tacita enim mihi inciderat cogitatio, fatis esse, si calumnias viro integerim impositas retunderem ac prorelarem. Quia vero factum est beneficio P. Vincentii Iustiniani (qui non paucas nec leues notas mihi suggerit) vt Te modo ex Iudice Patrem ac defensorem nuncupare possum & debeam; easdem meas Animaduerstiones altera hac editione recognitas, auctoritas, & castigatas nomini Tuо inscribo. Neque aliud hinc expecto, quam vt is qui in illas impegerit, elitis dentibus obstupescat, & referat pedem, — vt præcepit canuto sedit vnde minantes

Inscopulus, & frater redit.
Ita fiat. Antuerpiæ Kalendis Februarii M. DC. XXII.

APPENDIX.

APPROBATIO.

HAS Antinaduersiones, iustasque vindicias R.P.F. NICOLAI IANSENII, vidi & lubens approbavi, ex commissione R.P.F. COSMAE MORELLES, S.T. Magistri, Ord. Pred. Inquisitoris Apostolici in Coloniensi Territorio. Datum in Conventu nostro Prædicatorio Coloniae, anno 1621. 24. Octobris.

F. IOANNES NYS, Domin. & Vicarius
supradicti P.M. Inquisitoris.

R. P. F. NICOLAI IANSENII, BEL
GÆ ORD. PRÆDICATORVM, ANIMAD
uersiones & Scholia

XN
APOLoGIA M VPER EDITAM

DE VITA ET MORTE

IOANNIS DVNS SCOTI,

Aduersus R.P.F. Abrahamum Bzouium eiusdem Ordinis SS. Th.
Magistrum, & Historie Ecclesiastice Scriptorem.

P R O L O G U S.

Quidam, eni nominis parcitum volo, nuper tanquam caballus, freno omni excuso, in immoderata cucurrit scriptioem, quia defensurus Ioannem Duns Scotum a calunnia, vt hinnit, imposita, conutio Abrahhamum Bzouium historia Ecclesiastice Scriptorem, contumelia Ordinem sanctum, ipsumq; adeo Thologorū Phœnicem Angelicum Thomam conutur obtruere. Non opprimit enim uero hic suo cursu. Solet quidemaries muro adamantino impactus ruderia quedam excutere; sed que decussa molipulcherrimæ ornamento potius sint quam dedecori. Ita plane cum summa omaia à summis, fit interdum ut summa a minorib; impetrant, & canes delicatulus molosso lacefiant. Nullus vero detrahet Angelico Doctori, quod illi omnes concedunt, nemo arguit furti, qui sanctitatem eius arbitratu sine felle. Scriptorint alii similia: nullus ea methodo, hoc stilo quo S. Thomas, & puduisse eum ex alio decerpere, cuius nomen supprimere: Magister præterim, vt fugitur, cui nostrū Aquinatem nihil detulit maligius sit, qui asserat, cum id pugnet cum innocentia tanti Doctoris. Sed hoc me ad stuporem vsque defigit, famosum hunc libellum excidisse viro, à quo ipse pridem, omnem procul acerbitate reieci (ita semel extant humana iudicia) & qui de seipso testatur C.A.P. XI. se malle, aliquid proprii urbi deperdere, quam de immodestia vel apparetur notari. Vtrum ex vero, indicabit quisquis modestia studiosus.

Primo igitur in Apologia pro Ioanne Scoto causas præmittit, cur Bzouius non ita benevolus in Doctorem subtillem: nam

CAPITE PRIMO

VT demonstret P. Abrahamum Bzouium certe de causa ad op**probria** & contumelias Scoti (vt ipse minus latine loquitur) impulsum; dubius potissimum incitatum est tamquam ex tripode recusat. Prima, quod Scotus doctrina S. Thomas aduersarius: altera, quod inservit Conceptionis propagator sit precipitu.

A prima censeo fluxisse, vt Bzouius minor laude dignus ducerebatur, non ut maledictis incesseret: quod hic confidenter admodum faciat. Ita ille, qui ceteros modestia oblitus ringitur, in ipso scriptio vestibulo eam exulare iubet. dixerat paulo ante (cap. 5. Vitæ Scoti) si præter intentionem reponso nostra in aliquo ipsum leserit, sibi imputet. Et meminisse eum oportuit illius Iurisprudens maxime: *Omnis vita caret, oportet, qui in aliud paratus est scribere.*

Quam temere in nosmet legem facimus iniquam.

Et vero si in ipso limine tam grauiter peccat, quid porro sperandum? fidelis esse non potest, cuius fides ipso latum principio laborat: vt nesciam, qua ratione lector tot congeta maledicta excusare possit. Porro licuisse S. Thomas, vt à magistrorum sententiis velut ad veritatis sententiam declinet, nulli videbitur mirum qui expederit hunc virum fanfumis electum esse, cui tribueret colsum thesauris sapientia & scientia Dei, cui Spiritus sanctus ad aures insisteret, cuius scholam ingredetur Paulus, quem ipse Christus securum esse doctrinæ sua iuberet. Hac si Scoto contigis-

lent,

APPENDIX.

sent, quot tela & iacula expectasset Bzouius? nescio tam, an plura excuti posserint. Cum ergo non lateret Scota, quanti in Ecclesia Doctor Angelicus haberetur, & omnes existimarent veritati probe consilium, cuius fax clarrisima esset Thomas; eius temporis suppar in tam varia opinione iustitiae, vt Auctor libelli fateatur (cap. 5. Vitæ Scoti) Anno M. DC. XII. Roma excusas theses in generalibus Comitiis propugnandas, que singulæ expressis lancti Thomæ dogmatibus contrarent. Hocce est veritati insistere? Ita, inquiet: cur id Scoto non liceat? Dico, si patitur, & si ne contumelia, alium esse sensum totius pœne Ecclesiæ. & quod affirmit minus vere (cap. 2. Vitæ Scoti) cōstat ubiq; de victoria à Scoto reportata pro immaculata Deiparae conceptione; dicant omnes, qui nec Thomistæ nec Scotistæ, sed veritatem amant, an non vniuersale pro D. Thomæ doctrina contra Scotum usurpari possit. Sed nolim hoc ita asserere, vt mordicus teneam, & idcirco vel Scotistas, vel alii quemcumque conuiit, ac contumelias proscindam. Ceterum desinente vivere Angelico Thomam omnes sibi habebant persuasim nil ultra desiderari in Theologicis, quod non absolutissime & verissime pertractasset, qua opinio cū animos imbuisset fere singulorum, qui Theologie operam dabant (excipio paucos, quos semper in transuersum agit malignitas: neq; enim quidquam ita pulchrum, vt nemini videatur turpe) factum est, vt acris quidam existimauerint de Scoto, hec quippe ratiocinabantur: Si S. Thomas datus fit Ecclesiæ Sol, tenebris erroris dissipandis, stabilendisq; sententiis, quæ cum veritate sunt coniunctissime, ac deinde pronuntiauerit Innocentius VI. vir insigni sanctitate, eos qui ab Angelici Doctoris mente discesserit, sibi semper per veritatem suspectos; non est Scotus, quamvis ingenii acutissimi, ea laude dignus, qui cumulatus suis erat prior doctrinae Thomisticae: cui pleraq; sua sic opposuit, vt eius verbis, teste cap. 5. Vitæ Scoti, celeberrimæ conclusiones è diametro S. Thomæ verbis contraria prælo subiectasint. adeo; liceat Scotus semel aut iterum duntaxat D. Thomæ meminerit (quod is hoc Cap. I. quo Scotum excusat, præclare aduertit se putat) ipso tamen meridie clarissimus est, pugnantissima scribere voluisse. Ne irascatur Scoti vindex à me hic vnum adferri superlatuum, qui tot tamq; acerbos XI. Capitum spatio congregauit. Quod pugnantissima voluerit scribere, testis mihi locuples Caietanus: qui tristissimus fuit in Scoto, & si hoc vñ liceat, vere Scotomastix. Ille in Prefat. ad primam partem: *Complures, inquit, Theologi, neq; adeo contentendi magnum sibi nomen ingenii ac doctrine facturos hinc se se putauerint, si reluti munitionis armis fortissimi duces solent; ita illi Partem banc primam suis machinationibus oppugnarent.* Iohannes vero Scotus regia prater ceteros bac in re laborante, subtilitate & copia, quippe qui SINGULÆ PROPE EIVS PARTIS HERBA LABEFACTARE CONTENDAT. Quid Caietano respondeat Scoti vindex? imo quid libi pse respondeat, qui Anno M.DC. XII. raro sane exemplo, Roma in Comitiis sui Ordinis Generalibus Discordiam concordem discordem esse, ac manere debere assuerit? Theses, quarum epigrapha erat *Discordia concors inter S. Thomam & Scotum*, hoc medio Syllogisticu impugnauit: *Quicunque Thomam Aquinatem Ioanni Scoto in sententia sociare pergit, hereticus est.* O Diu! ergone Constantius Sarnanus, ex Ordine Minorum Cardinalis, hereticus? ille hoc opus magno molimine est aggreditus, vt Scotum cum S. Thomas pacis federe conciliaret. Equidem (ait Franciscus Remondus in funere eiusdem Sarnani) quid ea de reali sentienti, nescio: hoc certe confit, si id efficeret potuit, fuisse admirabilis ingenii: si solum voluit, eximie charitatis. ergo Constantius Sarnanus hereticus? quid sibi respondeat Scoti afferor? maxime cum ad hoc argumentum grauiter exarserit Archiepiscopus Armanianus Hibernia Primas, Scoti amantisissimus? Tacebit hic, & dicet porro:

Bzouius & similium error est ipsi Diuino Thomas iniurius, laudes eius non posse confidere, nisi aduersarios, maxime Scotum primarium eius antagonismus denegent, laccent, iniuriis & contumis onerent.

Vere erat, qui sic sentit. Sed dic mihi, bone vir, ex quo Bzouio hoc promulgisti? ne quidem is somniauit, quod ei appingis. nolo dicere, falso, caluniose, virulente: quod fere contra te soles; nam ex lege tua (cap. 5. Vitæ Scoti) o-

nni vita, (maledicentie presertim) careat, oportet, qui in aliud paratus est scribere. Deinde, fateris hic Scotum D. Thomæ ANTAGONISTAM PRIMARIUM: nonne hoc est dicere q; passim dicitur, Scoto id fuisse consilii, vt contraria D. Thomæ scriberet, qui iam miraculis clarescebat, cuius doctrina folis instar diffundebatur toto passim orbe? videris volens nolens (de quo postea) dicere veritatem. Imo velis, nolis, tibi ipsi cōtradicis, cuius haec sunt verba cap. 4. Vitæ Scoti. *Cum Scotus tam praelatos Scholasticos, Alensem, Vuarrom, D. THOMAM, D. Bonaventuram, Henricum, Agydiūm, Richardum & alios VALIDE IMPUGNAVERIT;* &c. nonne illuc fatearis, quod hic negas? à calamum sui inimicorem!

Sed audi porro, & sis ipsi cui index: neque enim te iudicare constitui, rogo tantum: nunquid hoc est temere ferre iudicium, vbi affirmas Bzouii esse errorem, D. Thomæ laudes non posse confidere, nisi is eius aduersarios contumelias obtuas? Nec Bzouius prudentissimus vir, nec Thomistarum aliquis istud per insomniū assenuit. Quasi vero non splendeat S. Thomas, nisi denigretur Scotus, non rutiler aurum, nisi despicias in argentum. Velim profecto, cōtaffes quo loco Bzouius, vel ei quispiam similis id dixerit. Imo, inquietis id persualium sibi habet Bzouius, qui in Scotum acerrimus sit. Nempe ita lynceus es, ita Pegaseus, vt momento Romam aduolte è musæ tuo Louaniensi, ibi; pertuadas secretissima mentis Bzouianæ. Sed ita sit, & fuerit Bzouius acriter inquietus, vt blateras; non tamen hinc certo colligis cū hoc errore duci, vt putet laudibus S. Thomæ quidquam detracatum iri, nisi Scotum conuiit in secesserit. Ex eo enim, quod ab heretico B. Maria calunniator alienus sit Catholicus, non continuo hic sentit Deiparae laudes non posse vñquam confidere, nisi eundem illum hereticum impetratis arguat, scelustum homuncione apto appetet, maledictis & conuiitis instructissimum maledicto persequatur. Vim argumenti huius percipe, & ruer tuum de Bzouio iudicium.

Bone Lector, cum videretur Scoti vindex posse augurari causam hanc primam exstissem minus benignæ in Scotum laudationis; aliam sibi confinxit, quam ausim afferre nunquam in mentem venisse Bzouio, dum Scoti vitam & mortem scriberet. Extra oleas ergo vagatur hic caballus, atque vt tempore statim de immaculata Conceptione sibi spatio congregauit. Quod pugnantissima voluerit scribere, velut Pegasus aliquis fontem Hippocrenes, ita infit: *Alietur, quod Bzouium & ei similes in Doctorem subtilem commovit, est quod mysteriis facio sancti immaculatisimo Conceptionis MARIAE propugnandi ducem & antequam semper se probaverit.* Si dixisset (commouisse videtur) esset tolerabilis. Sed pro instituto suo pergit, & feruat hic eam artem, quam solet in Conclusionibus texendis. ibi cum simpliciter quedam afferat; nulla probatione vñritur: & hic audacter afferit, nihil probat. Certe in re tam graui proferenda erat Bzouii sententia ipsissillius verbis, ne quid desit, ne fabricare dicatur *entia diminuta.* Sed video leporem: quem an capere possim, attende Lector.

Iam abhinc annis forte sex aut septem cōcitatissimis est grauissimus turbo in Ordinem S. Dominicæ tota fere Hispania. Anti-Thomistæ agere fecerant vel scindillam aliquam opinionis S. Thomas circa Conceptionem fulgere: totis ergo viribus eam oppressum & exstinctum eunt. Sed quo scandalo, nouit orbis Christianus. In Italianum peruersit tempestas, & in primis Neapolim, illam cultam & splendidam urbem, S. Doctoris patrocinio æternum, vt spero, futuram. Prorex instabat, virgebat, minabatur: nihil mouit inclitos Proceres Neapolitanos: assuerunt, quod S. Thomas, & tandem ybique altum de hac materia silentium. At me hinc videtur Scoti vindex bellum hoc renouare, aut (si id minus placet, quia ne verbum quidem aperitum ex hoc ore) videri cuiusdam posset ad hoc esse conatus. Vide, Lector, quam benignus sim, qui si non corrigo, quod dixi, infirmo saltem: & vltra affero, verius illum mihi videri id fecisse, vt postquam alte tinxerit hominum mentes eo colore, vel portius hoc fimo omnium naturæ implerit, plenissime curlu in Bzouium irruat. Subscritit enim: *Scotum pie & modeſte pro Conceptione Laborarem mordes & lageras.* Vbi hoc tandem locorum? ea de causa? pergit statim, additque *Ob hanc sententiam à Bzouio &*

APPENDIX.

Bzouiani zeli hominibus diris (*Scotum*) deuoueri, & maledicūs impeti.

Belle, optime! scilicet. Si esset huius zeli Scotista, putarem mihi licitum quiduis fingere, & scriberem, que Sabinorum ritu somniarem, vt sententiae mea robur aliquod accederet. Bzouius certe nunquam existimauit Scotum hanc ob rem coniugio villo adscendunt, imo nec sale quidem in iurandū esse, cum manifestum sit ex Scoto ipso, quam modeste circa sententiam de immaculata Concepcionē fenserit. Is enim in 3. lib. sent. dist. 3. q. 1. cum dixisset communem opinionem esse quod B. V. fuerit in peccato concepta, & tres deinceps opiniones possibiles subiecerit: *Quid, inquit, horum. trium sit factum, Deus nouit. Si non repugnaret autoritati Ecclesia vel Scriptura, probable videtur, & pium, B. V. peccati originalis fuisse expertem.* Hac subtilis Doctor: *Cuim piri doctissimi modestiam utram iniurarent hac tempestate, qui eandem sententiam amplectuntur & predicant, inquit Barth. de Medina, publicus ac primarius S. Th. apud Salmanticenses Professor, in 3. partem q. 27. art. 2.* Hinc quoque liquet, hanc de immaculata conceptione opinione cunctanter valde, & omnino trepide a Scoto propositam fuisse, nihilque eum absolute pronuntiare ausum, vt notat Guilielmus Estius vir doctrina & sanctitatis laude conspicuus Cancellarius nuper Duacensis, in 3. sent. d. 3. §. 5. & Barth. de Medina citatus. Quomodo igitur à Deipara de hac questione diuinus edocetus fuit, & ad eam defendendam animatus? Quomodo Oxonia Parisios appulit, vt sententiam hanc assereret, cruenta bella eius gratia susciperet, gereret, debellaret? quomodo haec eadem de causa Parvus Coloniam venit? ecquando nostros insipient ipsa Parvissim Academia confundit? Quo anno? quo die? quo in loco? edidisse nobis. O Sabini, Sabini! domini nominatores, reimplicatam vestram nouis hic Scotti assertor figmento nouo illustravit. Stenim haec veritati innixa subsistente, profecto in Antiquis Authoribus, qui eo tempore vixerunt, velutique ad minus Annalibus, valde accurate reperitentur haec omnia ad annos anno, quorum tamen nulla in antiquioribus fit mentio: Sed in nuperis duntaxat, & recentioribus Auctoribus, & scriptis: vt propreter opima iure, non nisi suspecta, consuetaque censenda sint. Quod si vester Bernardinus de Buris, tanquam Antiquior adducatur. Ille certe apud cordatos viros, hac in re modicam fidem meretur, vt pote qui circa hanc materiam, apertissimus mendaciis, plurimisque figuris ac somniis sua scripta exominauerit, & altero post Scotum secuto vixerit. Maxime cum, si farceret, in pertinaciam sententia de immaculata Conceptione princeps fuerit Franciscus Maironus, & alii qui post Scotum docuere. Scio quidem P. Oledam ex alio quidpiam tradere: sed testis hic in proprio causa vel suspectus est, vel non audiendus.

At quomodo Scottus Coloniam Parisiis venit ab Universitate Coloniensi euocatus, vt in ea facultate sententiam istam propagaret? Quomodo illi Coloniensis facultas acclamauit (vt ait Interpres Cap. 3. vita Scotti) quae facultas nondum erat? vt pote 80. annis post mortem Scotti prius fundata: Instituta quippe fuit Anno M. CCC. LXXXVIII. sub Urbano VI. teste Iacobu Middendorpio V. I. Doctore, & eiusdem Universitatis Coloniensis Procancelario. Certe Scottus Colonia particularium tantum Lector sui Conuentus esse potuit. Nec inibi tantæ existimationis vñquam fuisse inde appetet, quod nullum ex tribus ciuidem Universitatibus Gymnasiis, Scottum in patrum elegerint, sicuti Montanorum S. Thomam, Laurentianorum B. Albertum Magnum in patronos tutelares sibi ab initio adoptarunt.

Huc vñque liquet, quam fideliter Scotti index Lectori suo obrutus caussas inauditæ maledicentæ, quarum primam assero id solum in Historico ponuisse (si tamen) vt Scotti minus elegans encomium scriberet: alteram vnam, quam certus sum ab auctore esse fictam, nisi is exprimat, vnde hauserit. sed ne mirum videatur, si ex tali cerebro hic partus; cum multa fingant, qui de fonte biberunt caballino. Itaque excogitata ea est ad firmandam sententiam de immaculata Conceptione: cuius gratia adserit in-

gentem contrameliam, quæ & ipsum & alios de maledicentia suspectos reddit. Sic vt haec tenus homo modestia studiosissimus, velim, nolim, non posse de immodeſtia vel apparenter notari.

De ceteris hoc Capite omissis commodius infra in Supplemento.

CAPITE SECUNDÖ

Auctor libelli interpretatur Bzouium.

Bzouius. *Hoc anno (1294.) volens nolens ex humanis abiit Ioannes Dunius, natione Scottus ex Minorum familia.*

Lector, vt clariss incedam, posthac vocabitur mihi Interpres, qui ante Scotti index vel assertor: quod ne excusat, statim subiicit.

INTERPRES: ait hic Bzouium deuiasse à recta Chronologia, adducitque Auctores, qui Scottum dicant obiisse Anno 1308. & probat hercule verosimiliter ex Epitaphio Scotti Coloniae Agripinae. Dico, verosimiliter: neque enim demonstrative. Advertant, queso, tam Herwartus, quam Interpres. Nequidquam sibi usque adeo de hac sarcophagi inscriptione gratulantur, quippe tumulus Scotti non ante lamina ænea (cui versus citati ab Interprete sunt insculpti) exornatus est, quam ab eius obitu ducentis ferme annis, exstincto iam Sixto IV. cum Pontificis huius effigies eidem laminae videatur incisa. Vnde constat, nisi certius aliquid proferatur, illud saltem non esse efficax argumentum. Quidquid tamen sit, habuit & suos autores Bzouius, neq; is ignorauit Scotti mortem à nonnullis reiici in annum 1308. quandoquidem Tom. XIV. Annalium variis locis dicit Scottum vel obiisse 1294. vel 1308. Itaque sibi sapit Interpres, vt doceat Bzouium. Et quid miri, si cum plures inter se dissident, vñus sententiam occupet, quæ minus vera? Ex quo facile purgatur Bzouius, & discutitur omnis nebula coniutorum.

Inferit vero Interpres non minus fideret quam acerbe, Bzouium voluisse acceleratam Scotti mortem, qui eidem quatuordecim annos vita surripiat.

SCHOLION. Nisi hoc sit temere iudicare, multo minor, imo ne quidem, fuit calumnia (quam Interpres ab aliquo forte ore tenus dictam in dignissime tulit CAP. I.) existimasse scilicet viros prudentes, Scottum tum à se, cum, quod ego addo, à suis incitatum, vt non disimulante in Aquinata scripta inueheretur. Advertat vero Lector, quam acte sit ac certum Interpres iudicium: quaecumque asserit, vult esse sole ipso clariora, certiora Sibyllinis versibus: & asserere id illi est, quod probare. En nobile specimen: *Bzouius acceleratam voluit Scotti mortem, qui quatuordecim annos vita eidem surripiat.* Proba, si potes hanc tuam conjecturam, nisi fallor, vanissimam & indignam homine Christiano. Cur acceleratam voluit Scotti mortem? an forte, quia alios fecutus eo anno Scottum obiisse narret Bzouius? Quin potius affimes hoc argumentum esse benevolientia in Scottum, qui ante eum in vñus esse voluerit, quam natus erat? quod enim tunc scribat mortuum, nil detrahit ciui etati: quia si tibi vixerit triginta quatuor annos Scottus, & Bzouio: qui ergo surripiere dicendus? si tu Scotta D. Aquinata dicas natum esse M. CC. X. cum M. CC. XXIV. in lucem prodierit, ac diem extremum clausisse M. CC. LX. cum obierit M. CC. LXXIV. an idcirco opinor te acceleratam voluisse S. Thomæ mortem, & quatuordecim vitæ annos eidem surripiere? O suspicione, quam ipse in hæritico Balarrone damines; quid in religioso?

Exagitat deinde Interpres tò volens nolens, quibus verbis ait Bzouium extra sphæram historiacam velitando vagari. An forte, quia Theologicum sit volens nolens? Ita videtur velle. Sed ego opinor in historia etiam verbo attigi posse, que ad diuinam sapientiam proprie specant: nisi malit interpres eadem facilitate condemnare Eusebium, & Baronium. Porro explicat tò nolens, si ex nolitione naturali id puret Bzouius; non esse Scottum reprehendendum, cum omnes tam boni, quam mali si nolebant moriantur. Si de nolitione rationis inefficaci sue conditionata; Seru-

APPENDIX.

CAPITE TERTIO

Interpres obscuritatem, quam Bzouium in Scoto esse affirmat, reiicit.

Bzouius: *Vir (Scotus) admirans subtilitatem eruditiois ob profundissimam dicendi scribendig, obscuritatem oxorevè, id est, tenebris, quod claram obscurissimam Anaxagora cognomen fuit, cognominatus.*

INTERPRES: *Sic incipit Bzouius Scotti elegia. * sed Herwartus ipsum notauit in græci oxorevè: quia in vñica vocabulū labitur.*

SCHOLION. Herwartus multa acerbe, & post illū rem actam agit; quia coniuria forte cumulata coniuris magis elucentur. Illud vero de hac græca voce forsan nescisces, ni faciem tibi prætulisset Baratus: At is breui quoq; probabitur esse oxorevè, hoc admirabilius, quo id minus creditur, sed videamus, quam re ehe didiceris ab illo Græcas literas. Herwartus, inquis, ipsum notauit in Græci oxorevè. Itane vero, ita loquatur Bzouius; continuo Barbarus sit, cōtinuo oxorevè: tu cum Scottum defendas, sis Demosthenes, sis Phœbœ ipso lucidior. Sed timeant sibi Græci noctem ab hoc Sole, ab hoc Demosthenes vapulet Præficianus: dixisses, notauit ipsum in græcis esse rō oxorevè, opinarer te vel esse Græcum, vel ab Herwarto tantillum didicisse, quo Bzouium impugnares; pueri te docebunt, ea quæ terminantur in os masculini generis adiectiva, quarto casu habere, ov, vt ὁ οξοτενός, τὸ οξοτενόν. Hic interpretem egisti: sed vere fuisti oxorevè.

Bzouius: *Ioannes Dunius, natione Scottus.*

INTERPRES: *Hic est Bzouii error, in quominus peccat, quia non solus incedit, * ostendit cap. 1. (Vita Scotti) ipsum esse Hibernum, & cap. 2. non à natione, sed à familiâ cognominatum Scottum. Ita Interpres. dispiciamus singula.*

SCHOLION. Ait esse errorem Bzouii, sed quo non solus ducitur: Nempe Scotti omnes se opponunt Hibernis: & miror ab Interpretate non esse animaduersum, quod ait cap. 5. Vita Scotti M. Guilielmum Viuillorion in Epilogo ad 4. sent. ita locutum esse de Scotto: *Te primitus Scottia genuit, te postmodum Anglia docuit.* Digladiantibus ergo inter se Historicis, aliis hanc illarum partem afferentibus vt probabilitorem, si eam teneat Bzouius, errabit? decidatur hæc lis: & à decisione dic eum errare, qui contraiuerit veritati. Intra tamen Cap. VIII. accuratius discutiam, cuius patria sit Scottus. Ceterum ex eo, quod Bzouius adiecit, Ioannem Duns ob profundissimam dicendi scribendique obscuritatem vocatum esse oxorevè, id est, tenebris sic inferat.

INTERPRES: *Et modo ostendo ex ipso Bzouio sibi contradicente non à natione sic vocatum: quia proxima fere linea ait ab obscuritate cognominatum Scottum: ergo non à natione: ergo Bzouius incaetus sit illaqueator.* Quod profecto argumentum non videtur mihi demonstrativum, imo vix Topicum: iudica Lector, & attende.

SCHOLION. Fidem tuam, Lector: nunquid Interpres Magno Augustino, & S. Thomæ Doctori Angelico notam inuitat? Certum est in primis B. Augustinum fuisse excutifum diuinam sapientiam, & licet non scripsit eo ordine quo Scottus; variis ramen in libris sparsum habet, expresse vel implicite, quemcumq; in Theologica atea ventilantur. Et quis ferat Scottum præ D. Thoma, qui ordinatissimus fuit, diffusus subtiliora, elevatoria, magisq; immaterialia? Interpretem hinc malignum dicere aliquis posset: non ego, qui hoc eius dictum in Scotti commendationem excidisse opinor. quippe cum Scottista Scottum amerit magistrum; vt ad illius amorem pelliciat, quocumq; potest, hoc modo scribendi, Scotti aut præcelluisse omnibus in dissoluendo, quæ subtilia, in explicando, quæ eleuata, in differendo de his, quæ à materie abstracta. Recte facit, non improbo: Scottum præfert aliis, quæ primus discendi ardor nobilitas est magistris. Vt inam Interpres tam modeste egisset cum Bzouio! quem, cum Thomista esset, nulla voluit ratione excusare, & velit nolit Bzouius, maledicus fuit. Abiit Bzouius; volens nolens maledicus es, & par pari tibi retulit Scottista.

At penitus res examineatur. De obscuritate Scotti facile, vt meaest perfido, certior fieris, qui sequentia Interpretis verba auditis deuorat. Sic prolequivit: *Absurditas & tenebris, multis opinonibus, qua Scotto adscribuntur, ipsius non sunt, sed eorum qui ipsum quasi sequentes, & non apprehendentes* in aliquam falsitatem deviant, neg. excusare, quod quodam Scottistas, qui multa in locis Scotto tenebras offuderint, nonnullosq; minus veras opiniones tribuerint, comantes eas ex ipso defendere, quorum errores vel falsitates Scotto minime imputari debent.*

SCHOLION. Principio hic vocantur opiniones multorum Scottistarum absurdæ & tenebris. Magna laus! quia, spero, nunquam Thomistæ à suis Fratribus ornatibus. Deinde, Scottistæ, de quibus hic Interpres, vel vivi sunt vel mortui. Si mortui: scripta haud dubio reliquerunt, quibus opiniones illæ absurdæ continentur: nam illos (mortuos) adhuc deuiri afferit. sicuti Lector hæc scripta repererit,

APPENDIX.

caute tractet. Si vni sunt Professores quibusdam in locis, qui etiam hodie densas Scoto tenebras offundunt. Quid agis, Interpres? in quam scyllam & charybdim discipulos præcipites trahis? Ad scholas, ad scholas, & studiosi; sed D. Thomas, ad quas ipsum cœlum vos quondam inuitauit. Interpres sat catum se ostendit in multis hac sua scriptione; sed nemo ira Argus, quem non sopor interdum occupet:

Quandoque bonus dormitat Homerius.

Præterea: Ab Interpretate hic insimulatur quidam DD. Scotista, qui ex Scoto tenebras hauriant pæne Ægyptias, cum ipse Interpres sub eodem clima, & ex eodem cœlo lucem clarissimam. Illi itaque sunt Ægyptii & Pharaonis affecte, hic in terra Gessen, & Hebreum, id est, iuratum (an Bzouio, an Scottista illis?) se simulat. Si accederem me contingat Scotistas, quos Interpres arguit, non minus forte accusabunt, quam accusentur. Quo ibit discipulus?

Incidet in scyllam, cupiens vitare charybdis.

Aut, si placet, hæredit

Spernique metuque inter.

Ego puto latius & modestius facturum fuisse Interpretem, si viros, qui fortasse bene meriti sunt de Scotoria doctrina, hac macula non adspersisset. Quid enim? inquiet haud immerito. Nos omne vitæ tempus transfigimus per Scottistica doctrinæ explanationem, atque is absurdos appelleret, & tenebris oppletos? quod in Bzouio Thomistam carpit, esse malevolum; Scottistam in Scottista posse carpere videatur.

Quid illæ voces te ferunt, bone vir? Scotti obscuritatem in Scotti affectas deriuantur is, quo illorum merito? vapulet discipulus, dum euadat Magister. Suadeo tibi, vt me

hore spongia hanc notam effingas. Ceterum de Scotti doctrina, si à me petis, quid dicam; ita cæsio: Non inficior, quin Scottus laude dignissimus sit, tum oī ingenii excellentiæ, tum ob disputationes acute habitas & scriptas: cuius à D. Thomas difiduum minus fortasse obfuit, quam concordia proficiens: vt eleganter Franciscus Remondus In funere Conf. Sarnani, qui cum addat fortasse, non videtur affirmare locutus. Verum quia supra dixisti, ad Scottum intelligendum maiorem attentionem requiri, quod subtilius differat, quam quinis aliis; & hoc, si cum S. Thoma comparetur Scottus, non facile iudicaturus est regius arbiter (cum in confessio sit tam difficilia, forte difficiliora, ab Angelico Doctore quam Scotto esse pertractata;) dicere maiorem attentionem pro Scotto necessariam, velut qui profundior sit, videtur esse nubes regendas obscuritatis inuenta. Sed nigredo non potest celare nigredinem: aut si maius, per nigredinem nulla expellitur nigredo, sed intensior sit. Ceterum vt constet, quam Scottus debeat à claritate commendari, audi Trichiemium, quem citat cap. 5. Vita Scotti. is ita, vt indidem refers, Vir, inquit, Scottus, in diuinis scripturis studiosus & eruditus, &c. adeo profundus, vt eius scripta paucis sint penetrabilis. Luculentè idem asseruit Guilielmus Eltius S. Th. Doctor, & nuper Academia Duacensis Cancellerius, vir insigni pietate & doctrina. Hic in Praefatione ad primum sentent. In doctrina, inquit, Theologica nobis vita una subtilis obscuritas, sine obscuritate subtilitas: quare soler multorum mediocria ingenia à lectione abstrahere, quale quid Ioannis Scotti propter obscuram subtilitatem accidisse narrat Trichemius, & ipsa PROBAT EXPERIENTIA.

Legatus item Joannes Gerfon Cancellarius Parisiensis Tomo 4. lect. 1. Peenitemini, confid. 5. litera C. & constabit, utrum in Scotto non sit densa & spissa obscuritas.

Indignissimum enim tuus Interpreti visum Scotti obscuritatem, si quae in eo est, cum Anaxagora comparatam, Quod Scottum, inquit, Anaxagore Clazomenio in malo comparat, Bzouio: parcat tibi Deus, poteras enim si oculus simplex esset & columbinus multifarum in bono eidem comparare. quod uero excellens fuerit Philosophus: quod patrimonium & dimidia sponte religuerit, * cetera terrena neglexerit. Et paucis intercictis: sed & tenebris operis, quae in revero est, in Anaxagora à te facta videtur: Laetus enim predicta de Anaxagora accurate commemorat: de tenebris operis ne verbum facit.

SCHOLION. Ex proxime dictis facile innotescit Scottum ab Interpretate ipso non satis purgatum de obscuritate: & cum Bzouio scribet à pluribus Anaxagora doctrinam fauilla explosam, velut quæ parum firmis iisdemque obscu-

ris fundamentis niteretur; cur non potuit vnum alteri conferre, saltem quoad documenta tum difficilia, tum minus clara? Parcat, at, tibi Deus. Spero, ô meticulose Interpretis, non dehisces terra Bzouio, nec is fulmine concideret, nec peribit apoplecticus ob immensum hoc flagitium, in cuius pœnam Deum iamiam irruentera videris deprecari velle, tam solite adiungis, parcat tibi Deus. Deinde exoptas, ut Bzouio Scotorum cum Anaxagora quoad egregias virtutes, siue vt verbis tuis utar, in bono, contulisset. Votum non probum mea sententia (nolo dicere improbum, quia vide ri posset coniunctum aliquod mihi excidisse) quid enim? laudaturus Scotum Bzouio, eius virtutes (quas per tò bono intelligis, nñquid?) cum Anaxagora comparatui ibit? quasi Scottus gentilis sit, non Christianus. modica profecto esset virtus Scotti, nisi Anaxagoræ virtutes longissime superaret. An forte vera aliqua virtus in Anaxagora gentili? Per illam, tibi spondeo; cœlos nunquam Scottus intrasset, quæ vera virtus sine charitate? At Thomistam hie ago: Scottus enim (an vt Anaxagora sit similis?) contendit virtutes morales acquisitas, etiam sine charitate simpli ceter, & perfectas esse virtutes.

Sed, inquis, tenebris operis in Anaxagora à te facta videtur: Laetus enim &c.

SCHOLION. Ut Anaxagoram omni ioco & omnibus tenebris cripferes, solum Laertium adduxisti. Hic tibi acutissimis videris: & modo vnum tibi Autorem ad fecias, Bzouium caligine & tenebris inuolutum thrafonice asseris. Si porro legiles hunc Poetam & Oratorem, cuius magna apud literatos fides, cuius verba coartatio subiectam, noluisses ab obscuritate liberare Anaxagoram, qui eius defensione in tenebris te coniceris. Audi ergo virum eloquentem, & in Philosophicis vide an non versatissimum. Ita loquitur: Nihil est ad risum accommodatum Anaxagora doctrina: audite obsecro: Hic nobilissimus ortus parentibus omnino persuasum habuit se à Deo immortali hominibus datum, ad rerum celestium secreta aperienda. A sole philosophandi initium faciens, illum Peloponneso paulo maiorem esse voluit. Et cuius natura? ferre; si Deo placet, nihil enim aliud esse solem, nisi laminam igneam ardorem (Plutarchus lib. de Superst. asserit docuisse esse lapidem ignitum) in luna esse habitaciones & montes & vales. dices hominem ibi commoratum auctoritatem. Item stellas esse lapides: cœlum lapidibus coagulationem esse: ex iis aliquos ob incredibilem citatissimi motus celeritatem è terra in cœlum rapi, alios rident in terram detrudi: ita ut nos cum per vias incendimus, lassa interdum putemus, quæ stelle fuerunt. Quam preclare vir iste occubuerit, si ceteri Philosophi suis eum stellis, hoc est, lapidibus obruiuissent. Ne ille non inuidet! Ægyptorum Regibus superba Matulosa. Et ne quis existimet eum talia per iocum effudisse, ob hanc vnam causam ultimo supplicio affuet tam præclaræ dogmata suo ipse sanxit interit. Pap. I. excellentem Philosophum! Si hoc Interpreti non sit Philosophica seita tenebris inuoluere; per incitementem, sicut Anaxagoras & Scottus clarissimi. Cauebit sibi posthac Interpretis ab Anaxagora, ne cum eo fors sentire videatur, & nihil sit eius doctrina ad risum accommodatum. Autoris nomen, qui hæc perfecit, studiose prætermittit (quia puto hoc mihi licere, sicut interdum & Bzouio de quo infra) sed ne quis porro cauilletur; is est Franciscus Remondus in Orat. VI. qua docet Philosophandi laborem esse imminutum. Et caue dicas, Interpretis, cum loqui ex aliorum sententiis, quod tam facile refutabo, quam minus vere dicetur. disce qui intelligendi sint Oratores, qui Poetas non videris intelligere, ad quod iam proprio.

Sed heus, vt pateat liquido, quæna scripterit hæc Bzouio absque omni malevolentia; audiendus est Petrus Radulphius, quem testem sibi familiarem esse voluit Interpretis, & quem citat, ac sequitur Henricus Sedulius in hæc verba: Scottus ob excellenti ingenii subtilitatem, & subobscurum differendiprofunditatem Grace oxðrōs nomen inhebit verius, quam à regione. Quomodo (Senensis scribit) Heraclito cognomen Scotti non fecit orationis obscuritas. Hæc pura, puta verba Radulphii & Sedulii Minoritarum, vt appareat quam liber à contumelia Bzouio. Ut vero fatear, quid de hoc sentiam, dico, licet ob dogmata à Remondo exagitata merito ostendere appellari potuerit Anaxagoras, Heraclito tamen id cognomen præ ceteris obtigit. Quod mecum clare af-

APPENDIX.

seit Sedulius. Sit ergo Scottus inflar Anaxagoræ, vel Heracliti potius, mortevis: cum talem esse velint duo praefontissimi Minorita: quorum alter Episcopus Senogalienis, alter Minister Prouincialis in Belgica.

His additum non minoris authoritatis, Franciscum scilicet Gonzagam, quondam Ministrum Generalem ord. Minorum, & Mantuanum deinde Episcopum; cuius verba adducam infra Cap. X.

CAPITE QVARTO

Conatur Interpretis offendere à Bzouio infamia carmina ignoti autoris aduersus Scottum edita, idque speciem habere libelli famosi.

Bzouius: Scriptis, Scottus, præter logicas difficultates, Commentarios in Euangelium, Apostolum & Magistrum sententiarum, quibus aliquis illud carmen, quod visioneuidam, Ezechiel Propheta, D. Hieronymus proposuerat subscriptis:

Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthum in alta

Paricibus textum cœci iter, anticipemque

Mille via habuisse dolum, quo signa sequentur

Fallere indeprimitus, & irremediabilis error.

tutem merito emblematis loco iſud epigramma eius operibus prefixum. Hacc Bzouius.

INTERPRES: Vbiique, Bzou, in Scottum iniquus es: dum catalogum scriptorum eius texis, duas fere partes furtive translili.

SCHOLION. In Scottum iniquus es. Nisi ego cæcus sum, qui hanc nubem non videam, constat sibi Interpretis in imponendis conuictiis. Sed vtitur hac arte, vt eloquentia sua (qua scilicet multo maxime superat maledicentiam) variet epitheta, ne lectorum tadio adficiat, sed debet aduertere, Lectoris aures foribus illis iam nunc ita est obstruas, vt vel surdus sit, vel doleat vehementer, illum suauissima dicendi facultate ad creberim conuictia abutit. Accusat Bzouius, quod duas fere partes omnium scriptorum Scotti translatis: & hoc non facit furtive, sive, vt ita dicam, subracte, sed adiective, prioribus conuictis nouum addens, neque enim modo alter appellare possim, qui exhaustus sim toties illa excusando. Recenset vero Bzouius, tamquam is ita scriberet: Scriptis, Scottus, præter Logicas difficultates, & commentarios, in Euangelium, Apostolum, & Magistrum sententiarum.

SCHOLION. Si verba tua, Interpretis, sic referset Bzouius; confessim estet mendax, veritus, reus callidae scriptoris: & hac de re, si indolem tuam noui, diem illi diceres apud Nicanorem, Diomedem, Manutium, & virum amplissimum Erycium Puteanum, qui tribunal interputationis, & Orthographiae erexerint: nescio tamen an homo philosophus videbit hos rei literaria Arisarchos. At non dicit Bzouius aliquam sententiam non infaciabitur Interpretis. Restant modo in Physicam L. 8. Quæstiones super L. de Anima, quæ duo Philosophica sunt. Item Lectura super Genesim ad lit. L. 1. Quodlibeta L. 1. Collationes L. 1. De primo principio L. 1. Theorematia L. 1. De cognitione Dei L. 1. Tetragrammata quedam L. 1. Quæ sepiem, utriusque titulus indicatur, parvam molem efficiunt, ac in multis sunt momenti. Ad oculum Lectori exhibeo, quid à Bzouio prætermisum, & qua de causa: præfert, an malevolentia ductus sit, quam Interpretis vbiique non dissimilanter ei impingit.

Secundum Interpretem dedit Scottus orbi Christiano

hæc opera:

,, Scriptum Oxoniense super Sententias: Reportata vocant, lib. 4.

,, Scriptum Parisiense super Sententias: Reportata vocant, lib. 4.

Quodlibeta, Liber 1.

Collationes, L. 1.

De primo principio, L. 1.

Theorematia, L. 1.

De cognitione Dei, L. 1.

Tetragrammata quedam, L. 1.

,, Sermones de tempore, L. 1.

,, Sermones de SS., L. 1.

,, Commentaria super 4. Euangelistas.

,, Commentaria super Epistolæ Pauli.

Lecturam super Genesim ad literam, L. 1.

,, In meteorâ L. 1. habetur MS. in Colleg. Magdalén. Belliol. & Oriolani. Oxonii.

,, De modis sacrificandi, L. 1. MS. Oxonii in publica.

,, Quæstiones super Prædicamenta, L. 1.

,, Quæstiones super Perihermenias, L. 2.

,, Quæstiones super li. Priorum, L. 2.

,, Quæstiones super li. Posteriorum, L. 2.

,, Quæstiones super lib. Elenchorum.

,, Quæstiones super Metaphysicam, L. 12.

,, Expositiones Metaphysicæ, L. 12.

,, Collectiones conclusi. Metaphys. L. 12.

,, Super Categories, L. 1.

Super Physicam, L. 8.

Quæstiones super Lib. de Anima.

,, De perfectione statuum, L. 1. MS. Cantabrigie in Collegio S. Benedicti.

,, Commentarium Imperfectorum L. 1. MS. in Collegio Mertonensi, Oxonii.

Abunde milii cautius est, nec est cur verear naſum & ronchos Interpretis Bzouiani, qui ad vnguen Scoti monumenta retulerim. Eliciamus coram, quid ex iis omnibus citatur à Bzouio, quid omnissum furruit. ait

Bzouius: Scriptis, Scottus, præter Logicas difficultates, qua patitur verborum complectitur ut minimum tertia partem operum Scotti, quæ à me prænotantur hoc indicio*. Nam quidquid super Metaphysicam scriptis, illis Bzouii verbis omnino est intelligendum; cum etiam hodie in ipsa Logica quam plurimæ Metaphysicæ quæstiones agitantur, & in Metaphysica interdum etiam Logicales. quod si nemus; lege Franciscum Suarez in Metaphysica: nostrum item P. M. Araujo primarium Cathedraicum Salmanticense To. I. M. Ioannem Sanchez in Logica: nec porro negabis, nisi induxeris animum pugnare pugnaciter. Cum id probe sciatur Bzouius, compendiose sub difficultibus Logicas videri debet comprehendisse & Metaphysicas: fortasse & Physicas, cum is qui Philosphorus est, vocari possit Logicus: & sane, opinor Bzouium illis verbis comprehendere voluisse omnes disputationes Philosophicas. Habeamus igitur iam plusquam tertiam partem operum Scotti: quia videtur Interpretis in epigraphis seu titulis librorum vim fecisse.

Bzouius: Scriptis, Scottus, præter Logicas difficultates, Commentarios in Euangelium, Apostolum & Magistrum Sententiarum.

Hic referset nobilissima pars Operum Scotti, quam supra prænotauit hoc signo „, potuissim addere comprehensum etiam Sermones de Tempore, & de Sanctis: quos esse super euangelii aliquam sententiam non infaciabitur Interpretis. Restant modo in Physicam L. 8. Quæstiones super L. de Anima, quæ duo Philosophica sunt. Item Lectura super Genesim ad lit. L. 1. Quodlibeta L. 1. Collationes L. 1. De primo principio L. 1. Theorematia L. 1. De cognitione Dei L. 1. Tetragrammata quedam L. 1. Quæ sepiem, utriusque titulus indicatur, parvam molem efficiunt, ac in multis sunt momenti. Ad oculum Lectori exhibeo, quid à Bzouio prætermisum, & qua de causa: præfert, an malevolentia ductus sit, quam Interpretis vbiique non dissimilanter ei impingit.

Hæc ex alto Scotti hoste caco indicio sine vltre trutina tibi transmissi. Quisnam ille hostis; indicat cap. sequenti, & subiungit, Parcat Deus Senensis, si tam peruerso reprobno ad typographum, Scholam Theologorum, & universam Ecclesiæ præstat eo fructu, quem ex illi Commentariis in lucem datu carent.

SCHOLION. At ego iubeo illum per multas noctes exclamare: Parcat mihi Deus, quod Scotti admiranda M. S. haecenus in lucem non emiserim. Sextus Sceniensis vir doctus iuxta & modestus lib. 4. Bibliotheca S. ait se legisse fragmentum Scotti in Epistolam ad Romanos valde eruditum ac sensu profundum, sed iuxta Authoris nomen, tenebris osum, obscurum, & vix in eius schola detinu periretur. *** Id cum proximis annis typographus Lugdunensis excudere moliretur, & ab ipso epigrapha effigiat, operis, vt fieri solet, initio presigendū, venit ei illico in mentem,

APPENDIX.

nullum aptius carmen laboris obscuritatis conuenire, quam illud quod Hieronymus, &c. Cui subiecit Bzouii Interpres. Parcat Deus Senensis, si tam peruerso responsi typographi ab editione fragmenti deterruerit. Nempe vberissimo fructu spoliauit Ecclesiam.

Vt dicam aliquid de hoc fragmento, dum haec scribere rem, admonuit me Colonia Vbiorum R. P. F. Vincentius Iustinianus ibidem in conuentu nostro studiorum Regens, locum Senensis, vbi de Typographo agitur videri sibi suppositum, cum non reperitur in eius Bibliotheca anno 1566. Venetis excusa (quo anno est viuis excessit Sixtus Genua in Conuentu FF. Præd. de Castello) nec in aliis editi onibus Lugduni & Francofurti Anno 1575. quamobrem Bibliotheca Senensis additum ab anonymo aliquo, vel à R. P. Ioanne Hayo Societ. Iesu. Is enim Bibliothecam Sixti auxit, vt manifeste liquet ex editione ciuidem Bibliotheca Parisiis apud Rolinum Theodoricum A. 1510. & P. Antono Possevino in suo Apparatu Sacro, Verbo, Sixti Senensis ad calcem, vbi resertæ editiones Bibliothecæ Sixti: diximus, inquit, in Italia, & in Gallia, & in Germania Bibliothecam hanc Sixti Senensis prodiisse, sciendum est eam à Francisco Franciffo Veneris A. 1566. Francofurti autem A. 1575. Colonia A. 1586. Lugduni autem noua tabula Chronographica quin & alicubi scholiis illustrata à Joanne Hayo Societatis nostræ Theologo A. 1591. & 1592. sumptibus Sibylle à Porta excusam. Hac ille. Quia notâ deprehendit exemplum: Cicero in primis eloquentia parentis Oratore l. 2. *villud inquit, africanum quod est apud Lucilium, apud Naum, & plura huiusmodi.* Imo legat clarissimos Ecclesiæ Doctores, Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, aliosq.; passim inueniet, quod hic carpit. Idem videtur est in plurisq; Annalibus prefertim vbi non est tanti indicate singula, quia ipsi rei parum adiungunt pondus.

At inquit (Cap. V.) *quatuordecim Commentariorum libros in Ezechielem edidit Hieronymus, qui posset aut vellet eos legere, ut de suis nugis iudicium ferat, ego tandem plura ex eis percurri non sine labore, & tandem inueni carmen illud in Proemio l. 4. libri ad Eusebium.*

SCHOLION. Querebas scilicet illud carmen: quod ego, imo quis poëeos candidatus reprehendat: facilime cum enim scribat D. Hieronymus oratione soluta, & carmen diuerso soleat charactere perscribi; versis paulatim pagellis ipsum occurrere neceſſe est, vel indicio ad marginem sic notatur, ut facile queat dignosci. quamquam errare possunt diutius, qui nesciunt, quibus numeris carmen distinguatur a prola. Sed nimis minutus sum.

Quapropter vno solum teste, cuius fides apud literatos, est omni exceptione maior, vno, inquam, teste tibi os obstruam. Is erit Iustus Lipsius delictum Mafarum, & omnis literatura princeps. hic editurus exempla Politica (qua Interpres vocabit nugas, cum sit è variis historiis excerpta) exempla illa editurus, non alienum ab arte literaria existimat, si nullus se auctoritate muniet, cumque aduerteret nonnullis id posse dispicere, ita præmonuit: *Exempla quae hic sunt, aut in aliis erunt, scito ab optimis, nec obuius semper auctoribus esse. & cur non eos editi? quia nouissimi, aut Grammaticis commatis illacura videantur, & aut à vano aut pufillo animo esse; à vano, si lectionem variam iat: à pufillo, si diffida credi.* Hæc legit, & Bzouium insipiam: *Quis possit, aut velit Auctores omnes summo studio perlegere, ut de suis nugis iudicium ferat?* Oculorum tibi os est hoc lapide, nec mūstis.

INTERPRES cap. 6. *Vita Scotti post operum eius claram & succinctam hecile narrationem ita finit: Scriptis Scottis alias varios Tractatus, inter quos dubium non est scriptissime Tractatum de immaculata Conceptione, pro qua tot cruenta sustinuit bella.*

SCHOLION. Bone aruspex, cum tot bella gesserit Scorus (quod falsum est ostendi Cap. I.) cur nihil ad posteros transmissum est? nihil de hac materia ab aliquo editum? Item, inquis, dubium non est quoniam scriperit. Si ex mente tua ad veritatem hoc assenseris, supine profecto fuit negligenter, quicumque Scotti discipulus, rem tam admirandam, ista cruenta bella, nec typis nec literis commendauit. Infelix vel hoc capite ars Chalcographica, quæ altero deinceps seculo inuenia hunc aureum Scotti fetum prætermisit! Ego vero ita astimo, si est editus aliquando fuerit, omnes gallinaceos & anseres pennis potius exuendos fuisse, quam ne viuis transmitteretur ad posteros. Sed quo tandem locorum abiit ille Tractatus? an fors apoclecticus interierit? Interrogare saltem possum, si nihil altero. Sed dic, fides, vbinam locutum esse Syncdochicas: quemadmodum dici solet

libi. 9. Nunquam. C. extra cerebrum Interpretis: quo sale vtor, quia videtur posse: tu vti vis, etiam si non possis, nec debetas.

Ex quibus omnibus liquet, non tam aspere Bzouii fuisse perstringendum, cum ille ipsius Scotista grauiorem mereatur castigationem, qui, vt dicebam, tot Scotti volumina patiatur tenebris obsoleto cere, & cum tincis ad blattis pugnare iussiterit. Hæc, velim, notasset Interpres, atque haud dubie obtulisset Bzouio palmam neruosa scriptio[n]is, qui pauculis verbis potiora & pleraque Scotti volumina complexus est. Sed cheu! non notauit, ideoque sine neruis scripsit, & tamquam caballus effrenis in Bzouium irruit.

Pergit porro, & stomachatur à se non sine labore inuenit cillum illud Carmen, quod visioni cuidam Ezechielis D. Hieronymus propositum. Ait vero oportuisse Bzouium in id incumbere, vt annoraret locum illum Hieronymi, ne Interpres post cauillatus labore querendi fatigaretur.

SCHOLION. Primo sat is illi esse debebat in Bibliotheca Senensis, & à Bzouio id citari: parum enim ad rem consilus citatio hæc tam plena. Nescit Interpres motis esse apud Oratores & Historicos (arque hoc cuiquam argumento sit eum vix salutare Rhetoricam) ut non raro scriptis suis interferant sententiam aliquam, nulla loci annotatione, interdum Auctoris nomine suppresso. Non crederet, nisi firmaverit exemplum: Cicero in primis eloquentia parentis Oratore l. 2. *villud inquit, africanum quod est apud Lucilium, apud Naum, & plura huiusmodi.* Imo legat clarissimos Ecclesiæ Doctores, Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, aliosq.; passim inueniet, quod hic carpit. Idem videtur est in plurisq; Annalibus prefertim vbi non est tanti indicate singula, quia ipsi rei parum adiungunt pondus.

At inquit (Cap. V.) *quatuordecim Commentariorum libros in Ezechielem edidit Hieronymus, qui posset aut vellet eos legere, ut de suis nugis iudicium ferat, ego tandem plura ex eis percurri non sine labore, & tandem inueni carmen illud in Proemio l. 4. libri ad Eusebium.*

SCHOLION. Querebas scilicet illud carmen: quod ego, imo quis poëeos candidatus reprehendat: facilime cum enim scribat D. Hieronymus oratione soluta, & carmen diuerso soleat charactere perscribi; versis paulatim pagellis ipsum occurrere neceſſe est, vel indicio ad marginem sic notatur, ut facile queat dignosci. quamquam errare possunt diutius, qui nesciunt, quibus numeris carmen distinguatur a prola. Sed nimis minutus sum.

Quapropter vno solum teste, cuius fides apud literatos, est omni exceptione maior, vno, inquam, teste tibi os obstruam. Is erit Iustus Lipsius delictum Mafarum, & omnis literatura princeps. hic editurus exempla Politica (qua Interpres vocabit nugas, cum sit è variis historiis excerpta) exempla illa editurus, non alienum ab arte literaria existimat, si nullus se auctoritate muniet, cumque aduerteret nonnullis id posse dispicere, ita præmonuit: *Exempla quae hic sunt, aut in aliis erunt, scito ab optimis, nec obuius semper auctoribus esse. & cur non eos editi? quia nouissimi, aut Grammaticis commatis illacura videantur, & aut à vano aut pufillo animo esse; à vano, si lectionem variam iat: à pufillo, si diffida credi.* Hæc legit, & Bzouium insipiam: *Quis possit, aut velit Auctores omnes summo studio perlegere, ut de suis nugis iudicium ferat?* Oculorum tibi os est hoc lapide, nec mūstis.

Ad quem reuertor, & aio excusari merito posse, si scribit citatis operibus, que Scotti ipse maximi fecit, ad alia si progressus: præfertim cum existimat, si Scottista: totius manuscripta negligant, fieri non posse ut grauius acciderit ab eo, qui hoc ipso nomine vel dici debet parum adiutus Scotto, vel quod verius, non esse animo malevolentio in Scottum, quod minutiore prætermiserit.

INTERPRES cap. 6. *Vita Scotti post operum eius claram & succinctam hecile narrationem ita finit: Scriptis Scottis alias varios Tractatus, inter quos dubium non est scriptissime Tractatum de immaculata Conceptione, pro qua tot cruenta sustinuit bella.*

SCHOLION. Bone aruspex, cum tot bella gesserit Scorus (quod falsum est ostendi Cap. I.) cur nihil ad posteros transmissum est? nihil de hac materia ab aliquo editum? Item, inquis, dubium non est quoniam scriperit. Si ex mente tua ad veritatem hoc assenseris, supine profecto fuit negligenter, quicumque Scotti discipulus, rem tam admirandam, ista cruenta bella, nec typis nec literis commendauit. Infelix vel hoc capite ars Chalcographica, quæ altero deinceps seculo inuenia hunc aureum Scotti fetum prætermisit!

Exagit Interpres Cap. V. præter illa, quæ in prædictis refutata sunt, mendacem fuisse Bzouii, quia Senensis dicat carmen illud subscriptu operibus Scotti, cum soli fragmenti inuenia hunc aureum Scotti fetum prætermisit! Ego vero ita astimo, si est editus aliquando fuerit, omnes gallinaceos & anseres pennis potius exuendos fuisse, quam ne viuis transmitteretur ad posteros. Sed quo tandem locorum abiit ille Tractatus? an fors apoclecticus interierit? Interrogare saltem possum, si nihil altero. Sed dic, fides, vbinam locutum esse Syncdochicas: quemadmodum dici solet

Membrum vnum dolent, cetera membra dolent.

Si vr-

APPENDIX.

cili Scoto fatigaris? legisti eius scripta, sed non capis, immo laberis etiam post diurnum studium; numquid ergo, saltem hyperbolice.

Hu labor, ille domus, & inextricabilis error:

Vbi sane aduertendum est, per errorem non intelligi error in fide (sicut Theologi plerumque rō error accipiunt) sed humanum, seu diuagationem quandam per ambages. Nemo inficias icir, quin multi studendo errant, seu diuagantur, & post summos labores, aſsequi nequeant rei veritatem, immo, vt dixi etiam in errorem incident id est ut explicat D. Augustinus T. 3. in Enchir. *potent vel approbent verum esse, quod falso est, vel falso esse quod verum est: vel certum pro incerto, siue falso siue verum est.* Qui Augustini locus suppedum cataplasmata imponendum vulneri, quod Bzouius inflixisse videtur.

Ex quibus infero, salua auctoritate Illustrissimi Cardinalis: Propositio Bzouii sic sumpta, ut sumi debet, non aſſerit absolute opera Scotti continere labyrinthum inextricabilem, nec meretur censuram maledictæ, & iniuriosæ propositionis. Certissimum sum de mente Bzouii, & hoc loquendi modo: quo nullatenus constituit Scottum accusare erroris, quemadmodum ex encomio ei dato clarius evadet.

Sed priusquam Scholia mea in hoc caput finiam, demonstrabo Bzouiano Interpreti, quatenus conueniat inter D. Hieronymum & Bzouium in carminis huius explanatione. Dixi supra Cap. IV. aliam esse à D. Hieronymi mentem Bzouianam. Sic ostendo: cum illustris illi Ecclesiæ Doctori, quem & S. Augustinus de locis Scripturae difficultis ſepe consuluit, in Ezechielem Commentarios scriberet, deuenierat ad miram illam visionem (sciat Interpres, quam accurate Hieronymus viderim) qua Deus Sacerdotibus ac Leuitis, vbi Solymorum, ipique principi ciuitatis suam ex omni Palæstina portionem distribuit, quo facto addidit porto Deus: *statera iusta, & ephippiata, & barba iusta erit vobis.* Cuīus & ceterorum, quæ sequuntur, explanationem, petri Hieronymus ab Euſochio, vt precibus eius posset ad finem perducere, ait enim Scripturam esse oceanum & labyrinthum, iuxta illud Ps. 17. *Posuit te nebras latibulum suum, & nubes in circuitu eius.* Vnde nolit perfectam veritatem sibi vindicare scientiam, *Sed nosse cupientibus aliquia doctrina indirecere, non humanis viribus, sed Christi misericordia. Tenebra itaque & nubes & labyrinthus Scriptura sunt latibulum Dei, quibus iuante ipso Deo detextis & fugatis, diuina sapientia innoscit.* Alius omnino ab hoc sensu Bzouius. Sed in hoc dici potest conuenire, quod sicut Hieronymus dixit, Scripturam esse, quia labyrinthum & tenebras & nubem, quia difficillima est intellectu, ita Bzouius Scottum multa habere obscura, quia, vt iam ostensus est multis Scottis nihil aliud fuit quam tenebra.

Ceterum (quod forte etiam ad rem esse iudicabit Lector) apprime notandum est locus, ad quem Hieronymus peruenierat. Ita se habet: *statera iusta, & ephippiata, & barba iusta erit vobis.* Commendat Iudei, vt ex fide primis suas offerat. *Hoc contra negotiores maxime,* inquit Hugo Cardinalis, *de quibus Oſee 1.2. Chanana in manu eius statera doſosa. Vel contra eos, qui peccatum suum alleuiant, alienum vero nequaquam. Vel contra illos, qui alios vituperare volunt, & alienum vituperium sustinere non volunt.* Arguit nempe Phariseorum zelus, qui ceteros peccatores maledictis perstringunt, ipsi in foribus & crassis peccatorum fuligine voluntur. Simulator es, ô Pharise, & ex eburnea vagina gladium obtusum plumbeumque educis. Infelix! pellis tibi leonina, sed aures asinine.

CAPITE SEPTIMO

Interpres accusat Bzouium, quod omisit alii Scriptoribus, qui praedixerunt Scotti loquuntur, secundus si Louum, qui in Scottum debet statutus: quem Louum mala fide vñum esse in Historia variis testimoniis comprobavit.

INTERPRES: Omisit alii Scriptoribus.

SCHOLION. Scriptores non paucos, qui de Scotti morte agunt, adducam infra Cap. X.

INTER-

APPENDIX.

INTERPRES. Securus sit Iouium.

SCHOLION. Nego. Vtrum recte, ostendetur infra item Cap. X. Quem Iouium mala fide vsum esse in hisloria variis testimoniis comprobatur.

SCHOLION. Ad hoc inter alios citat Interpres Lipsium 1. Polit. c. 8. in hac verba: *Paulus Iouius, inquit, multorum iudicis magis acerba, quam libera experitur: acserit valde in vi- rum eunt. ego de eo sic censio: stylō bonam grauenque esse, & plane ad hisloriam, iudicio ac fide ambiguum. vbi effectus non distabunt, relium: vbi illi adsanct, obnoxium: ad gratiam se dat & auram.* Sequor auctoritatem magni Lipsii: & quedam haud dubie scripsit Iouius, ob quae minus benignum fert iudicium. Sed an his omnibus, quae Bzouium refert, ad gratiam se dedicit, & auram, nec in morte Scotti narranda alios secutus sit, neque ipsum alii; infra videbitur Cap. VIII. & X.

Non debuit certe Iouius, quondam Episcopus in vera Dei Ecclesia, tam acerbe & inordaciter facerari. Quem virum vel tantum auctissimo, ut eius elogium hic inferendum duxerim. Tale ei scriptis Nicolaus Reusnerus:

PAVLVS IOVIVS NOVOCOMENSIS.

*Summo vir ingenio, multaque doctrina, peritus
serum & exemplorum omnis
vetustatis,*

Scriptor historiarum sui temporis inicitus:

*Proter quas non modo vitas aliquor Pontificum, &
Principum Italiae, ac in primis Mediolani Vice-comitum;
Sed & elegia virorum tam armis, quam literis illustrium
in Museo suo ad viuum expressa, exacte describendo;*

Sempiternam ingenii & doctrina laudem retulit:

*Praterea etiam nonnullis eiusdem aliis operibus, de rebus Turcicis
& de Piscibus Romanis perceperitis.*

Singulari virtutis ergo Episcopus Nucerinus creatus:

Mujarum & Gratianam Cypriod.

Obiit anno M. D. LII. 3. Idus Decemb. etatis sua LXIX.

INTERPRES vero, postquam Iouium mendacem esse historicum afferuit, grauissime invenit in Bzouium, qui alterius ambigua fide scripsit mortem Scotti, quod iure nego & perngeo: vt Cap. X. ostendam. Porro inter cetera verba humanissima, quibus Bzouium amicet tractat, ita illum alloquitur:

In gratiam Ordinarii tui, Dini Thome antagonistam, & immaculata Conceptionis propugnatorem primariam Scottum coniuncti de- dignare, & iniuriae lacrare volisti. Et paulo post: Cum alias sive in tua Hisloria (quod Cap. XI. inquirat) tum maxime in eo, quod contra ius & fas Magistrum Franciscanum familie Do- borense subtilem tot maledictam & coniunctis oneraverit, pacem turba- re, anciuitiam violare, quantum in te sis, tentasti. Item alibi: Scottum despigis, non qualis fuit, sed quo scelerior & criminofor reperiri nullus potest.

SCHOLION. Quam elegans est hic in coniunctis? plau- stra plenissima. Non est perditur olearum & operam, quisquis tironibus Grammatica, ex hac Apologia coniunctandi & male dicendi formulas concinnari. Sed quo iu- re vestigemus.

CAPITE OCTAVO

Interpres arguit prima Iouii verba, que Bzouium recenset: *deinde ergo, temeritatem loci, quod celum Hibernia crassum, ingenio excolendis ineptum, gentesque Hibernicas recordissimis Scy- this stolidiores afferat. ipse vero adducit multa de pri- se sanctitate & literatura Hiber- norum.*

Iouius: *Nemo corum, qui non insano Christiana pietatis amore flagrantibus illico se ferociitate in feritatem addixerunt, Ioanne Scotti in grauissimis studiis acrior, aut subtilior fuit: cum admira- rans voluminibus commentationum editis nouam de nomine suo scitam condere, & in Aquinatis scripta non dissimilanter invenire.*

Hec transeo, ait Interpres: sed recolligit se, & non potest non cauillari epitheton hoc, non insano.

SCHOLION. Excusari potest Iouius, ut comparauerit amorem Christiana pietatis, cum amore mundo: quo-

rum hic plerumque infanus est, ille non infanus. Et sic ru- cauillatio, preferitum quatenus derivatur in Bzouium.

Iouius: *Natus est, Scottus, in ultima Britannia ad Caledoniam siluam, ut minus mirum sit Anacharsin summa sapientia Philoso- phum apud recordissimos Scythas, crasso atque excolendis ingenii importuno celo patriam habuisse.*

INTERPRES: *Non sufficit Bzouii genio ipsum Scottum lace- rare, nisi etiam in patriam, & gentem eius lingua actuat.*

SCHOLION. Nihil minus putauit Bzouius: iam dixi, Iouius auctor est. Tu vero contextis nobis insignem fateor catalogum eorum, qui in Hibernia floruerunt sanctitate & miraculis: quique exteris nationes ad Christi fidem traduxerunt. Bonum factum! & laudo charitatem, qua patriam tuam, & gentem illustrasti. Carterum opinor curio- siorem te fuisse in praedictis Iouii verbis discutiendis, ut catalogum illum & patriam tuam encoria texeres (quod valde probo) quam ut Iouium, multoque minus Bzouium infectare. quia tamen ubique Bzouium compellas, tamquam surdus sit (obsurdum forsitan prae tot ante iactis coniunctis) quia, inquam, Bzouium ubique compellas, licebit mihi etiam te percunctari. Ac principio velim, mihi deli- neas, quae Scotiae regione sit silua Caledonia.

INTERPRES: *Caledonia Argatheliam & vicina loca comple- plescit, paucis milliariis, angusto mari interiacente, ab Hibernia, maxime a tractu Dunso, in quo Scotia ortus est, distat. idem est clima- tis & colli temperamentum, eadem fere virtusque gentis ad bona- rum artium studia aptitudo & capacitas: virumque calum in- dice*, Iouio, crassum & excolendis ingenia ineptum: utraque gens, Hibernica & Scotica, recordissima, stolidissima, & stupidissima est.*

SCHOLION. Natus, qui eas ita inferret, plusquam falsus esset. At grauen tibi ipsi iniuriam infers, qui tam indocte, meo quidem iudicio, siluae Caledonie situm describas. Hec quippe non est statuenda in tractu Scotiae Hibernie proximo, cum angustior ibidem sit tellus, quam tot immensitas solitudines, que toto quondam orbe fuerunt notissima, complectantur. Sed a Cosmographis omnibus (quos videre mihi contigit) iuxta situm veterem sic delineatur, ut per mediariam Scotiam longissima siluarum & lucorum serice in Septentrionem excurrat. cuius nominis solum vestigia modo apud oppidum Sterlingium extant. Doctissime Interpres, spondeo, doctior euades, si hanc mean animaduersionem diligenter excuseras.

Et vero dum hic iterum de patria Scotti ingeris, videris mouere Camarinam, quae an tibi nunc foreat, olface. CAP. I. Vite Scotti adducis argumenta, quibus illum coniunctas Hibernum esse. Primum defumit a ciuitate Dun Hibernica, & Hibernis maiorum traditione hoc afferentibus. Quod argumentum si efficax est, Scottus erit Ioannes Duns, non Hibernus. Conabor ostendere: Primo id Scotti omnes afferunt: in quo iam pares sumus. Deinde in tabulis Geographicis vnam quidem repetio urbem Dun in Hibernia, sed tres in Scotia. Scrutare tabulam Europae Abrahami Ortelii, viri clarissimi, eiusdem Angliam, Scotiam, Hiberniam vicinasque insulas simul positas, item Scottiam seorsum exhibant: videbis ciuitatem Dun in extremparte fluminis Dunc nuncupati. quod, prout modo comprehendere potui, in mari Hibernico, aut Scottico, vel potius Dunbretton Firth in continentem excurrat. Altera ciuitas Dun in tabula Scotia sita est ad mare Germanicum, a priori illa longo intercallo, in prouincia quam vocant Merniam. Tertia denique visitur non adeo procul Sterlingio, quod ei est a parte ferme Meridionali, & scribitur ab Ortelio Down, sicut Hibernica ipsa Downe. In postrema hac natura est forte Scottus, que non longe distet a silua Caledonia. haec autem absit, siue olim abeat a continentem Hibernie plus centum quadraginta milliariis, & Septentrionem versus a populis Caledonii accolebat. Etiamne hic putas Scottum colum eiusdem esse temperamenti cum Hiberno? illud, inquam, sub quo prodit Joannes Duns ex mente Iouii, & omnium Scottorum? Nos profecto experimur, quam diuersum sit Brabantia aut Flandriae ca- lum, ab Hollandico & Frisio, quanta nationum diuersitas, quam minori hercle a se inuenire spatio distinguitur.

Alterum argumentum, quo Scottus a te Hibernia afferi-

APPENDIX.

non enim cis Gramplium natus est Scottus: ergo etiam susti- nendo auctoritatem Iouii natus est apud homines maxime barbaros; qui Silvenses appellantur: Quid censes? Sun- ne hi pares (vel quid aliud) recordissimis Scythis ingenii praestantia? sic argumentari tecum possit Iouius: nam de Bzouio, non est, cur vel faciam mentionem.

Recitato catalogo bene longo Sanctorū Hibernie Interpres ex ante dictis, qua prioris male dicta sunt, civita- tem Dun scilicet & siluam Caledoniam, Hibernis esse pro- ximas, in Hiberniam transit, cuius colum & solum probet Ortelius in Theatro, quod eruditis omnes tam aude dire- ficiuntur. Is ex illo sic refert, tu attende: *Incola, inquit, qui cu Gramplium montem meridionale partem habitant, sunt bene morati & humaniores: lingua videntur Anglici, qui alteram partem Septentrionem versus accolunt, genus hominum asperum ac longe durissimum est. Silvenses dicuntur, hi sago & interior tunica hiberni- co more, tincto croco amictantur, nudis, genitibus incedant. Arma sunt arcus & sagitta, cum eis admodum latu, paginem ex uno tan- cum latere acutum senum sub zona forunt. Hi lingua Hibernica omnes videntur (fortasse quod ab Hibernis oriundi, sive originem dicunt, qui Pictos Australes & Boreales, qui nunc Scotti, subegerunt circa annum 700.) sive duplex est in Sancta lingua & mores gemini. Quid ait, bone vir, numquid qui Scotti est, Hibernice loquitur? triuolum esse tuum indicium ian vides. Ar enim uero, si mihi pro Ioanne Duns velut Hiberno esset dimicandun, adducerem Auctores sequestros, qui neutrī partiū sunt addicti, quo modo vtar, atq; ut Scotti defendant esse Scotti natione, non citabo Scottos. eccl: ccc: 1.*

Principio tu ipse cap. I. Vitæ Scotti inducis eum in epita- phio tuo ita loquentem: *Scotia me genuit, anglus me suscepit, Gallia me docet, Colonia metet.* Quod argumentum mihi palmare est, & 237 ad 238, quo scriptum permissim validissime, qui citet illud haberit apud Gonzagam de Orig. Se- rap. Religionis. t.p. pag. 84. Guilielmum Vuorillon in Epi- logo ad 4. sentent. & Gregorium Ruis ante Comment. Scotti in 4. aliosque, dicere vero, quod per Scottiam intelliguntur. Et infra: *Gens huius insulae tanet videntur rigis*, & bar- baro ritu compotis. *** nudi & inernes ad bella procedunt: tribus tamen videntur armorum generibus, lanceis longis, iacula, & scu- ribus: Gens agrestis in hospitatu, (quo epitheto Caucatum ex- ornat Horatius) summis repletis delicias labore carere, & sum- mas diutias libertate gaudere. In multis solum instrumentis (Nota) commendabilem interior gentis iustus diligentiam.* Hæc summatim hinc inde ex Gyraldi historia Ortelius. Vbi lates? hec audis, nec perstringis Gyraldum, quem testem vnum pro Hibernia adducis? Stupeo, stupeo. At presto tibi sum, & succurro hac ratione: eti pleraque gens talis, qualcum depinxit Gyraldus, prodire tamen ex illa quedam ingenia possunt, quibus merito gloriatur Hibernia: sicut & fieri potest, ut ex iisdem parentibus oriuntur plerique ingenio excellentes, & vnu interdum arque alter stupidissimus.

Enim uero tota inuestio cynica, quam subnebit Inter- pres, cum nitatur eo fundamento, quod clarissime subrui, pertinet ad Sarcaenum: in quo vno tropo is videtur esse versatissimum. Sed pro Capitis huius corone notanda sunt verba Interpres: qui, postquam vult videri docuisse necessario gentem Hibernicam & Scotticam à Iouio appellari recordissimam, stolidissimam & stupidissimam, ita subiungit: *Ego certe timerem si inter eos ageret Bzouius, ne pos- sit scismas alium recordiam manualem sentire.*

SCHOLION. Aducite Lector: omnis animi recordia abscessit (vtro hoc largior) sed teste ipso, ut appetere, Inter- prete, remansit sola manualis. Si manibus recordes sunt, quomodo non ingenio? diceret profecto aliquis, non posse manus esse recordes, nisi & tale sit ingenium. Decernant dialegti, an hoc argumentum valide concludat.

CAPITE NONO

Conatur Interpres impingere Bzouio maledicam columnam, quae Iouio recenset Scottum Christiana dogmatibus illisffe, fidem sacra- rum rerum confundit: contra quam propositionem, & aliam eiusdem adducit confutare cuiusdam S. R. E.

Cardinalis.

Bzouius: *Paulus Iouius eloget aliud, ut virum ornauit.* Verum scilicet protinus capitulo, & dicendi genere Christiana dogma- tibus illisffe videtur, cù pessimi inducit, & questione dubitabiles sacra- rum rerum fidem nequaquam tenet, & figurantur caligine confusifet.*

INTER-

APPENDIX.

INTERPRES: *Hoc maledicta calumnioria assertio (heu! Le-*
ctor, horresco referens) satis refusa manet ex elogio Scotti ad-
ductu in eius vita: & nunc adduco contra eam illustrissimi N. S. R. E.

cardinalis viri omni doctrinarum genere profundissime exculti (ad-
do censuram, quia videtur hoc ab Interpretate nimio reci-
*tandi calore pratermissum) * qui de hac propositione ita censem:*

Hac verba & propositione non iniuriosa solum sed iniuriosissima
sunt: & praterea dum non a Scottum dubitabundam in rebus fidei,
cui refellendo statim mihi obiciebat ex Cap. 6. Vita Scotti
principios eius auditores fuisse Guilielmum Occam ma-
gistrum nominalium, Ioannem Iandunum, & alios, quo-
rum praelaria monumenta Philosophia & Theologia mirum in mo-
dum locupletata & ornata est. Nempe qui de discipulis illis
Scotis certior esse vult, legat varia decreta Ioannis XXII.
& deprehendet, quam fallo haec dixerit Iouius. Sed audi-
mus censuram illustrissimi Cardinalis: Quid haec verba sonent,
iam liquet. Scottus scriptae de Incarnatione, de Trinitate atque ar-
ticulis fidei, in quibus veritas sic et infallibilis, sic est una, & una
est anima via ad illam dicit: ergo semit Bzouius (nihil minus) in-
genia Franciscanorum diuertitur a veritate via distorto utinere: at
cum in omnibus iustitia, maxime tamen in rebus fidei ad dextram vel
ad sinistram deuenire non debeamus, sed si. ut iudicio summi Pontificis
& Ecclesie; idoneo aliquem in rebus fidei, de quibus Scottus, de-
uiari a veritate distorto idem est, & diceat etiam hereticum esse,
quod qualem mereatur censuram, ex supradictis iam satis apparet.

SCHOLION. O Cicero, o Quintilian! o tempora tan-
dem sequiora! oponit Bzouio Interpretis viri Illustrissimi
auctoritatem, nevidet quia labo cum adspicat, qui opus
suum suppressit optimo cōfilio, ne priuati alicuius censura
videretur emanasse: à quo bona eius pace appello ad Sig-
nūm & Manutūm Italie, Mercatorem, Iacobum Mon-
atūm, Marcum Velscrum Germanie, in Belgica nostra, Iu-
stūm Lipstūm, Lētinūm Torrentium Epīl. Antuerpiens.
Ioānūm Bochium, Erycium Puteanum, Autubertum Mirāu-
m, Ioānūm Wouerium, virūm amplissimum & commissarium
seu Praefectūm Financiarū Alberti & Isabellæ serenissi-
morū principū BelgI, Franciscum Swecritum F. Pe-
trum Castellanum, Nicolaum Vernulūm. Hi politioris
literaturē principes atque Aristarchi longe altere de verbis
Iouii sentient, quam is ait (vix credo) S. R. E. Cardinalem
censuī. Concidamus singula, quæ adferit.

Iouius: *Hic, Scottus, protinus captio sive dicendi genere. Idem*
tot fere verbis recitat Petrus ab Opmeer Belga (cuius inge-
nium omnium pene disciplinarum capax fuisse dicitur) in
*Chronico ad annum 1294. Ioannes Duns, inquit, alias Scottus **
captio sive differendi genere Christiana dogmata enarrans pastum, in-
*dicta quiesce, lues confexit. Pertexuit telam Chronicus Op-
merianus D. Laurentius Beyerlinck S. T. L. Archipresbyter*
Antuerpiensis & librorum Censor, liberali ingenio vir,
magna que industria.

Iouius: *Christiania dogmatibus illusisse videtur Scottus, cum*
pasim inducta questione dubitabundus sacrum rerum fidem ne-
quaquam tenus signorum caligine confidisset.

SCHOLION. o Christiana dogmatibus necessario significat assertiones Theologicas, quarum nulla est à SS. Literis, Conciliis, vel supremo Christi Vicario definita. Item per
tò *sacrum rerum* intelligendae iterum conclusiones, que in vitramque partem possunt ventilar. & hoc non obscure colligitur ex rō fidei, per quod nullo pacto significatur veritas fidei (prout Theologi accipiunt,) sed fides latine inter ceteras notiones, idem est quod auctoritas, iuxta illud Virgilii 9. Aeneidos:

maxima rerum

Verborumque fides.

Item Ciceron pro Archia: Tabularum fides. Et, quod maxime ad rem facit, antiquis Rhetoribus ac Grammaticis à fide aliquem abducere, id est quod pellicere ad se aliquem, & ab aduersa parte diuellere: quo virtutus Tullius pro Flacco. Vnde infero, rerum sacrum sive Christianorum dogmatum si dem confundere nihil est aliud, quam sententias, que de rebus sacris vel Theologicis ab omnibus tenentur, nō tamē definite sunt ab Ecclesia, reuocare in dubium: nequam te-
nu signorum caligine, id est, dicendi scribere, obscuritate.

Fidem vestram appello, viri clarissimi, rei literarie Iudices: estote arbitrii, num hæc Iouii sententia latina sit, an vero per fidem intelligat definitionem Ecclesie aut scripture. Lis hæc per vestrum tribunal agitanda est, & cum Iouii his-
toriam scripsit latine, de eius elegantia & sermonis emphaesi vobis iudicandum.

Quid ad hæc, Interpretis? nimis me hercle Theologici-
cōs & oratione procedis. Dicebas etiā nunc à Iouio Scottum

infringenti hæreses: minime vero: sed ipse hoc vnum dicit, & hoc plures assertunt non Thomistæ, Scottum, & fi-
dei Diuini Aquinatis abduxisse suos discipulos, & in partes suas traxisse, adeoque illius corum sententias, qui illas ab omnibus semper tenendas existimabant, hoc profecto

non est appellare in fide dubium. Studeat latine lingue Inter-
terpes, & ego cura à fide Illustrissimi Cardinalis abducā.

Pergit Iouius: *Qui, Scottus, aliquot praelaracius Ordinis in-*
genia ad optimam frugem nata, distorto ad veritatem itinere suspen-
disse perdidiisse videatur.

Interpres hic prosequitur censuram Illustrissimi Car-
dinalis. egovero scio ab ipso negari quod à Iouio adducatur, cui refellendo statim mihi obiciebat ex Cap. 6. Vita Scotti
principios eius auditores fuisse Guilielmum Occam ma-
gistrum nominalium, Ioannem Iandunum, & alios, quo-
rum praelaria monumenta Philosophia & Theologia mirum in mo-
dum locupletata & ornata est. Nempe qui de discipulis illis

Scotis certior esse vult, legat varia decreta Ioannis XXII.

& deprehendet, quam fallo haec dixerit Iouius. Sed audi-

mus censuram illustrissimi Cardinalis: Quid haec verba sonent,

iam liquet. Scottus scriptae de Incarnatione, de Trinitate atque ar-

ticulis fidei, in quibus veritas sic et infallibilis, sic est una, & una

est anima via ad illam dicit: ergo semit Bzouius (nihil minus) in-

genia Franciscanorum diuertitur a veritate via distorto utinere: at

cum in omnibus iustitia, maxime tamen in rebus fidei ad dextram vel

ad sinistram deuenire non debeamus, sed si. ut iudicio summi Pontificis

& Ecclesie; idoneo aliquem in rebus fidei, de quibus Scottus, de-

uiari a veritate distorto idem est, & diceat etiam hereticum esse,

quod qualem mereatur censuram, ex supradictis iam satis apparet.

SCHOLION. Benigne Lector, axioma est apud Philoso-
phos tritum, *conciuso una impossibili, non esse absurdum si plura*
inveniuntur: sic admissa una falsitate aut eo quod minus ve-
rum est, multæ falsitates aut minus vera recte sequuntur. Sed fundamentum, cui proxima censura iunitur, à me de-
structum est: ergo & ipsa vim suam perdidit. Ostendi,
ostendi locutum esse Iouium de assertionibus, quæ licite
trahuntur in controversiam, quamus interdum non satis
candidae ad veritatem.

Nunc te iterum compello, Interpretis: Vides, quid ege-
ris? quam imprudens Apologiam tuam sententia vel cen-
sura viri Illustrissimi confarcinari? quid dicit, cum vide-
rit tela tua esse retusa & confrastra? sic illinas chartis tuis a-
licium indicium, quod ab ipso auctore suppeditavit? quod
excitationis forte causa in aduersaria contecum? quod
situta est, quam exspectes gratiam à tua euulgatione? S. R. E.
Cardinalem barbarum facis, qui tam crasse latina verba
intelligat. Sed vnum tibi patet effugium, quod studio no-
men tacueris: quo silentio effecisti, utile sibi gratulaturus
sit de feruata nominis existimatione. Quid enim? facili-
ne Iouium excusat, ut constet, quam parum deliquerit
Bzouius.

CAPITE DECIMO

Interpres primo imponit calumniam Bzouio, quod affirmat (cum id
dicat Iouius) Scottum manifesti vel occulti criminis, per mortem apo-
stolicam penas fuluisse. Secundo ostendit temerariam esse & impium
ex sola repentina vel violentia morte aliquem iudicare crimi-
nosum. Tertio merum esse signum, quod Bzouius
cum Iouio de apoplexia Scotti
blaterat.

Iouius: *Manifesti aut certe occulti criminis, apoplexia correptus,*
Scottus, pana perfoscat.

INTERPRES: *Indicis summa remitterat, & crudelitatem,*
impium malvolentem & crassa mendacia spirant haec verba.

SCHOLION. I. Hic paucis verbis quinque encomia ram-
infigit glomerantur, ut indigna sint refutatione & relatu-
re. Sed exprestis illa Interpretis quo cateros ad modestiam ze-
lo suo inflammet.

INTERPRES: *Oculus tuus, Bzou, alta non reperiet criminis,*
quam duo, quæ tibi sunt maxima: scilicet impugnasse doctrinam D.
Thome, & propugnasse S. Marie immaculatam Conceptionem, pro-
pter hec tua inuidia in Scottum accusa est.

SCHOLION. II. Non equus es, ô modeste Censor: fin-
gis Iouium ob duo crimina Scotto infestum esse. Si propter

aliquid; forte quia Diuini Thomæ aduersarius.

SCHOLION. III. *Manifesti vel occulti criminis.* Vnum i-
demque crimen manifestum esse potest, & occultum, v. g.
Scottus teste Interpreti, primarius fuit Sancti Thomæ an-
tagonista, idque ea rectate cum ille coruscaret miraculis, e-
iusque opiniones vbique in omni lyceo docerentur. Labo-
factauit Scottus, seu verius conatus est, Doctoris Angelici

doctri-

APPENDIX.

doctrinam: necq; est dubium, quin id temporis longe plu-
rimierant Thomistæ, ac propemodum vniuersi, hec &
modo. Audierunt hominem differentem, monumenta ei-
us perlegerunt: multa in iis approbarunt pauci. Scottus ex-
go suas sententias ascerbat non secundum multorum fali-
um. Hoc ita factum est, vel vt publice plerique sint of-
feni: quod vocatur forte, à Iouio, crimen manifestum: vel
ut nemo grauiter offensus sit, licet Scottum sciens in ple-
risq; Dia Thome aduersantem: & hoc, opinor, vocat cri-
men occultum: illis quidem qui nescirent an ex intentione
aduersaretur, Scotto autem manifestū, qui sciret quid ageret.
* Sed notare te velim, fieri posse vt quis à Deo grauiter
puniat, nec peccauerit mortaliter, immo à pœna, etiam mortis,
violente incussa, statim saluetur. Legistis hanc Theo-
logiam? si nescias, docebim Alphonsus Tostatus Cap.
XXXI. in 3. Reg. Cap. XIII. Item tuus Lyranus 3. Reg. cod.
cap. vbi sermo est de lacrymabilis nece viri Dei, qui 2. Pa-
ral. 12. appellatur Gad, alias Addo. Intentauerat hic mias
coelestes Ieroboam idolatræ: at quia omisso Dei præ-
cepto, illusus ac deceptus à Pseudopropheta, cibo se refecit,
in reditu à Leone exceptus occubuit: fuit hoc supplicium
grauis leuis peccati, nec mortaliter, vt ibidem docent Au-
tores citati. Noster Hugo Cardinalis dicit Prophetā esse sal-
uatum: cōsentient Lyranus & Abulfans: qui porro existi-
mar nec purgaticæ flammis tolerasse. Puniri tamen pro-
pheta debuit variis de causis, quas inidem refert Abulen-
sis: & ingeniose discutit, cur cadaver fuerit à Leone serua-
tum, & caralitus à corpore nō discesserit, nec Leonem ti-
muerit. Exemplum hoc sit tibi in ista omnium, & explicata
illud Iouii, manifestant occulti criminis, non de sceleris aliquo
mortali (quod sentire esset temerariam) sed leui fortassis
aut apparenti crimen, cui Scottus potuit fuisse obnoxius; si
sententias quasi iudicabat veras esse, minus caute impugna-
rit, licet hæc nullus eius opinio sit damnata. Hæc ego
benignus ex conjectura pro Iouio: quamquam Iouiani e-
logi vindices atrocissimi aliquid propediem tibi insurra-
bunt. Inter cetera si Iouium interpretabuntur. Dedit Scottus
panis manifesti: si studiose & publice; vel occulti, si studiose &
quasi per cuniculos id est: Criminis, quia aliquot præclaras sui Or-
dinis ingenia ad optimam frugem nata, distorto scilicet ad veritatem
itinere, suspendisse perdidisse, videatur. Quam id verum sit, tu-
pis sat clare infinitus in vita Scotti cap. 6. vbi ait: Precipit Scottus
audiotores fuere Aluarus Pelagius, Guilielmus Occam Magister No-
minatium. *** Ioannes Iandunus, Burles & alii, quorum præclaras
monumenta Philosophia & Theologia mirum in modum locupletata
& ornata est. Itane vero? præcipi Auditores Scotti Occam
& Iandunus: hi, quo sole Ecclesiam illustrarunt; nempe id
docent varia literæ seu decreta Ioannis XXII. quibus Oc-
cam & Iandunus, item alii haud dubio Scotti Auditores, de
hæresib; item Alphonsus de Castro Minorita, aliquie
erroneam vocant. Que censura à multis infligit alteri
cuidam opinioni Scotticæ: qua subtilis iste assertit essentiam
seu naturam Sacramenti Pœnitentia consistere in Absolu-
tione sola, Contritione vero & Confessione tantum
esse dispositiones necessarias. De quo videndum noster Pe-
trus auditores Euchaistia cap. 23. assertent, ante Cō-
cilium Lateranense non fuisse dogma Fidei, Transubstan-
tiationem panis in Eucharistia, quod falso est, & aduersa-
bitur. Inter cetera si Iouium interpretabuntur. Dedit Scottus
panis manifesti: si studiose & publice; vel occulti, si studiose &
quasi per cuniculos id est: Criminis, quia aliquot præclaras sui Or-
dinis ingenia ad optimam frugem nata, distorto scilicet ad veritatem
itinere, suspendisse perdidisse, videatur. Quam id verum sit, tu-
pis sat clare infinitus in vita Scotti cap. 6. vbi ait: Precipit Scottus
audiotores fuere Aluarus Pelagius, Guilielmus Occam Magister No-
minatium. *** Ioannes Iandunus, Burles & alii, quorum præclaras
monumenta Philosophia & Theologia mirum in modum locupletata
& ornata est. Itane vero? præcipi Auditores Scotti Occam
& Iandunus: hi, quo sole Ecclesiam illustrarunt; nempe id
docent varia literæ seu decreta Ioannis XXII. quibus Oc-
cam & Iandunus, item alii haud dubio Scotti Auditores, de
hæresib; item Alphonsus de Castro Minorita, aliquie
erroneam vocant. Que censura à multis infligit alteri
cuidam opinioni Scotticæ: qua subtilis iste assertit essentiam
seu naturam Sacramenti Pœnitentia consistere in Absolu-
tione sola, Contritione vero & Confessione tantum
esse dispositiones necessarias. De quo videndum noster Pe-
trus auditores Euchaistia cap. 23. assertent, ante Cō-
cilium Lateranense non fuisse dogma Fidei, Transubstan-
tiationem panis in Eucharistia, quod falso est, & aduersa-
bitur. Inter cetera si Iouium interpretabuntur. Dedit Scottus
panis manifesti: si studiose & publice; vel occulti, si studiose &
quasi per cuniculos id est: Criminis, quia aliquot præclaras sui Or-
dinis ingenia ad optimam frugem nata, distorto scilicet ad veritatem
itinere, suspendisse perdidisse, videatur. Et hoc facit illud Innocentius VI. Qui D. Thomæ sapientiam
in codice loco. lib. 1. c. 1. ita disertis verbis, Scottus, in-
quit, & ceteri Doctores Catholicæ ante Concilia illa vixerunt, in
quibus accurritas hec omnia explicata sunt, quod si hoc tempore su-
perficeret; fine dubio Ecclesie definitioni ac sententia acquiesceret.
Hæc Bellarmini verba non negabit Interpretis, adeoq; iam

incipier Thomistæ etiam credere, qui interdum vera ali-
qua proferant. Vnde, etiam si hæc nullus publico Ecclesie
decreto præfata Scotti sententia damnata non sint; ne-
mo tamē est, quia si damnarentur, fatetur iure esse da-
mnatas.

A P P E N D I X.

Doctrinam vero à me supra positam amplectitur Bzouius, qui probe sciat, etiam si quis morte immatura, violenta, repentina, apoplexia aut alia non vulgari moriatur, non idcirco esse impium, immo aliquando (velut Propheta per pœnam illam omni expurgatus labecula) ad Beatorum fides euolare. quod ego plane confido, & mecum Bzouius, Scoto accidisse ob insignem modestiam ceterasque virtutes, quas in eius vita sat clare recensuisti.

Hac animaduersione constat, quid dicendum ad duo illa, quæ Interpres principio exigit, omniaque eius argumenta facile dissoluuntur: quia supposito illo documento, uti debet, nihil faciunt ad *ad egyptum*.

Iouius: *Scotus penas percoluit, ita quidam vt nimis festinato facere pro mortuo tumulatus, cum redeunte vita sero morbi impetu natura discuteret, frustra ad petendam opem miserabilimugitu edito, pulsatoque diu sepulchri lapide, eliso tandem capite periret.*

INTERPRES: Ostenditur merum esse fomentum, quod Iouius de apoplexia Scotti blaterat: cum dicas Iohannes Stommelius oratione de hac re Colonia, vbi Scottus obiit, pro rostris habita nibilis impudentius, nibil inconsultius, quam id afferere, cum eius rei nulla habeatur mentio nec libris scripta, nec epitaphiis inscripta, &c.

SCHOLION. Cur non addis, quis iste Stommelius, & quando oratio ista habita? Aut fallor, aut non sine ratione id subticisti, hunc Ioannem vocat Stommelium: fortasse vocari debuit Stommelius: ut ex sequenti scheda ad nos transfinxit liquido colligitur. Ita habet: Anno 1621 de hac ad alteram vitam peste consumpti migrarunt Bonna in Conventum nostrum. Conuent Reuerendus, deuoti ac perdidicte Confessores nostri, videlicet 16. Augusti R. P. Reynerius Scriba Kempenf. 9. Decembrie Reuerendus, pius ac multum vigilans Pater Iohannes Stommelius Colonensis, Procurator in nominato Conventu, &c. Docet, queso, Interpres, hunc Stommelium alicuius esse a Stommelio. Sed hoc omisso audi, quid de re ipsa sententia. Ego nolim lacertosus defendere Iouium, & malo omnes viros Religiosos, praesertim probatae vite, suauissima morte defungi. Iouius tamen videtur fecutus alios scriptores, quos Stommelius forrasse nunquam vidit, aut videre noluit. Et in primis inter antiquos habebit debet bina editio Operis 6. dierum Sexta Aestate mundi (prior in luce venit Anno M. CCC. XCVII. altera aliquot post annis) sic loquitur vtraque: *Iouius Scottus Ordinis Minorum &c. apoplecticus interit: quanvis à plerisque putatur, quod vnuus fuerit defossus.* Andreas Theuctus insignis Galliarum Cosmographus, & magnus Scotti encomista, ita mortem eius describit: *On left: que si morte fuit estrange, car comme souuent il tombast en apoplexie, & demeurast en extase quelque fois plus d'un iour entier immobile, l'spirit & sentiments totalement aspois, ou errans hors le corps; adiunt que tel acces le surprenant en lieu, au quel les personnes ignorant sa complexion & maladie, ou il fut enterré comme mort, iassent que peu après reviennent à soy, & ainsi enterré pour neant il crast, & de la teste il poussoit le pierre, qui le tenoit enclos de maniere quil fust trouue à force de se apper, & se froisit & escarboille la teste.* Latine sic reddo: Legitur eius mors suisse stupenda: nam sicut frequenter corripiebatur apoplexia, & in extasi berebat interdum plus integrum immobilitatem, spiritu & sensibus omnino sopitis, aut animo extra corpus duagante; congit ut hoc ei accideret quadam loco, vbi incolae inscidentes hanc illius complexione & morbum, velut mortuum sepelierunt: quanvis aciu redente vita sibi redditus, & se pulsum se adiutens vociferatus sit, & caput ad lapidem, quo regem batu, immegerit: ita ut postea sit repertus capite quassato & contuso. Addit Theuctus sic non posse credere, quod de hoc Iohannes Scotto scriperunt Petrus Messias, Petrus Crinitus, Iohannes Volaterranus aliique Itali, pugione transfixum esse a discipulis, qui pertinaciam & subtilitatem magistri ferre non possent. Id ait esse minus credibile, cum ipsi hoc narrarent de altero Iohanne Scotto, qui vixit Anno DCCC. LXXXIX. quod facile adducor ut credam.

De morte item Iohannis Duns sic tradit. Opinearius: *Mortuum apoplexia Calamus Agrippina atque aste aram maximam sepulatum apud Minorem redeunte spiritu in sepulchro eum expirasse tandem fuit: quod Ianus Vitalis expressit suo hocce reraficio, & à Bzouio refertur.*

*Quod nulli vnguam hominum accidit, viator,
Hic Scottus iacto semel sepulitus.
Et bi⁹ mortua: omnibus Sophis⁹
Argutus mag⁹ atque captivus,
Eiusdem fere sententia est Laromus, cuius item epigramma Bzouianis Annalibus insertum ex Iouio ita habet:
Quocunque humani fuerant iurisque sacrae,
in dubium veniant cuncta, vocante Scoto,
Quid: quod in dubium illius sit visa vocata,
morte illam simili ludificante frusta;
Cum non ante virum vita iugularit adempta,
Quam viuis tumulo conditus ille foret.*

Idem sentiunt Iacobus Philippus Bergomensis Ord. Eremitarum S. Augustini in supplemento Chronicorum lib. 13. Theodorus Züningerus volum. 2. lib. 7. Simon Maillus in diebus Caricular. colloq. 4. Anton. Poitou. in Apparatu Sacro. Martius Delrio disquis. Magic. libr. 2. quæst. 29. feb. 2. & Genebrardus Monachus Benedictinus. & Archiepiscop. Aquensis, lib. 4. Chr. pag. 693. edit. Paris. ann. 1600. Anno, inquit, 1308. Mortuit Colonia Iohannes Scottus Doctor subtilis circumferatur, fusse scilicet violentam: hinc ille color, quo carent ossa aliorum. fuisset autem honorificentius Scotto, si ossa eius intacta quicquid essent. Quid dicas Interpres races, scio.

SCHOLION. Martius Delrio disquis. Magic. libr. 2. quæst. 29. feb. 2. & Genebrardus Monachus Benedictinus. & Archiepiscop. Aquensis, lib. 4. Chr. pag. 693. edit. Paris. ann. 1600. Anno, inquit, 1308. Mortuit Colonia Iohannes Scottus Doctor subtilis ... Non dum mortuum fuisse, quando in sepulchrum illatum es fuerunt: Sed dum taxat letargo correptam: quod aperio sepulchro, postea innonti, dum in gradibus Mansoloi detinatur manibus repertus. Addatur his Iouius, qui cum se a gratiatis & auram, malæ fidei est obnoxius: utrum hic se ad gratiam dederit, coniectura assequi nullatenus possum.

Aduduc mihi Interpres tota scriptorum sententias, quibus expresse negant Scottum fuisse apoplepticum: nam illi, quos citat laudatores in eius Vita non affirmant cum solere corripi apoplexia. Si totidem adducere nequeat; dico eos, qui laudarunt Scottum, cum id tantum facere vellet, non debuisse virtutem nature, ingenii admisce-

INTERPRES: *Dic ergo, Bzouij, qua fronte, immo quam si ne fronte & mente, contra torrentem scriptorum cum mendaci Iouio affra, non tantum apoplexia Scottum obiisse, sed viuum tumulatum esse, magnum miserabilem edidisse, & capite ad sepulchri latiden eliso expirasse?*

SCHOLION. I. *Contrtorrentem scriptorum.* Cur non posuisti verba, quibus apoplepticum negent? ego plures tibi Auctores adduxi, qui id testentur. potuit tamen non fuisse apoplepticus: quia id quod vnuus tantum asserit, interdum potest esse verius, quam quod multi.

SCHOLION. II. *Viuum tumulatum esse.* Hoc tu ipse contra te probas testimonio S. Bernardini Senensis, qui ad veritatem sic scribit, tom. 4. serm. 1. extra ord. accidit subi Scotto, quiuit fuit extractus de sensibilius ad insensibilius, & ita fuit elevatus, quod fratres qui ignorabant hunc solutum eius morem, redentes ipsum fore mortuum, subterraverunt eum viuum, & postea renientes eius discipuli, scientes id sibi sapientia accidere, quid foret de eius modo interrogantes, ripserunt cum viuum subterratum fore & sufficiatum. Minus quidem latine, sed tamen vere. *Quid ad haec?* Bernardinus à te productus, nonne contra te? Sanctus? Vicarius aliquando Generalis tui instituti?

Vis alios? vis ministerium Generalem, qui te sua auctoritate confodiat? is erit Franciscus Gonzaga, ex ministro Generali tuae professionis, Episcopus Mantuanus, z. p. de origine Seraph. relig. V. Scottus: vbi haec habes: F. Iohannes Duns Scotus vir admiranda eruditio subtilitate prædictus, ob dicendi obscuritatem Graec (Scotinus) dicitur, quod olim Heraclito cognomen fuit. fuit per diuinum interdum & amplius immobilitate se pultum se adiutens vociferatus sit, & caput ad lapidem, quo regem batu, immegerit: ita ut postea sit repertus capite quassato & contuso. Addit Theuctus sic non posse credere, quod de hoc Iohannes Scotto scriperunt Petrus Messias, Petrus Crinitus, Iohannes Volaterranus aliique Itali, pugione transfixum esse a discipulis, qui pertinaciam & subtilitatem magistri ferre non possent. Id ait esse minus credibile, cum ipsi hoc narrarent de altero Iohanne Scotto, qui vixit Anno DCCC. LXXXIX. quod facile adducor ut credam.

De morte item Iohannis Duns sic tradit. Opinearius: *Mortuum apoplexia Calamus Agrippina atque aste aram maximam sepulatum apud Minorem redeunte spiritu in sepulchro eum expirasse tandem fuit: quod Ianus Vitalis expressit suo hocce reraficio, & à Bzouio refertur.*

Venit

A P P E N D I X.

VENIT SCOTUS PARISIJS COLONIAM, cum morbo quodam laboret pecuniarum, ita ut alij actis & scriptis lenibus, quasi mortuus iaceret. Cum autem morbi gari, cum pro mortuo haberent ac sepeliri fecissent, constanter jactum est, eum viuum sepulatum. Qui id postulat efficacius probari, audiat quæ subiecto: Annis abhinc ferme quatuor aderat Colonia Agrippina Minister Generalis FF. Minorum Conuictualium. Is honoris causa, & pio defero aperiri iussi tumulum Iohannis Scotti. aperto, cum soleant mortuorum ossa albore, inuenita sunt eius admodum esse rubicunda. Cum obstupesceret P. Minister, quæsivit à medico peritissimo, quem aduocauerat; quæ effet causa rubedinis? respondit ille: Rererendissime Pater, nosti quid de morte Doctoris subtilis circumferatur, fusse scilicet violentam: hinc ille color, quo carent ossa aliorum. fuisse autem honorificentius Scotto, si ossa eius intacta quicquid essent. Quid dicas Interpres races, scio.

SCHOLION. III. *Mugitum miserabilem edidisse.* Idem censet Theuetus, vbi supra. Et dici potest hyperbolica locutione: *tum viuam redeunte vita sero morbi impetu natura discuteret, vero finillimum est Scottum alte ingemuisse, sicut profecto tui & ego gemeremus.*

SCHOLION. IV. *Capite ad sepulchrum lapidem eliso expirasse.* Consentit Theuetus, qui re hanc dubie bene examinata id afferret: nec fuisse asserturus, si inde notam aliquam Scotto inveniendam pateret.

Hactenus etiam consideratis Iouij verbis & obiectis Bzouio, nihil aut parum inferri potest, ex quo ille maledicetus, nedum hic censetur. Modo ad ipsa, quæ Bzouij sunt, veniamus.

CAPITE VNDECIMO

Interpres adiutitur invenire Bzouij excusationem dicente predicta coniuria & iniurias ab aliis in Scottum scripta esse.

INTERPRES: *Predicta coniuria & iniurias ab aliis in Scottum scripta esse.*

SCHOLION. Hoc numquam dixit Bzouius, nec confessus est illa esse coniuria, sed iocos & sales sine acero.

Bzouius: *sed in eum, Scottum, hac alij luserint: ego viuum vel hoc nomine laude dignum duxerim, quod se non subtili profunditatem, occasionem ingenii obtusioribus præterit, quæ se attollerent ad arcana recondita tum acri oculo peruestiganda, tum acri voce & calam ab aduersariis, fidei Catholice defendenda.*

INTERPRES: *Mirum est, Bzouij, ista pueris persuade ostendit computatione laboris 30. & aliquor annis ante hunc annum 1294. ita Lullus scholam erroribus aperire: at Geserus in Bibliotheca, Lazarus Zeznerus in epistola ante operam Lulli impressa Argentorati anno 1508. docent cum floruisse anno 1311. & sic non ante, sed post Scottum secundum tuum de Scotti morte errorum ad minus 17. annis floruit, sed & ipse ad annum 1312. scribis eum vixisse, & ad annum 1260. dicit Alexander IV. eius erroris & putidas blasphemias dannasse, dicit etiam fuisse 40. annorum vel amplius antequam Grammaticam Parisiensem discere inciperet, & postea scripsisse libros, qui per Alexandrum damnati sunt, quasi ita sint, secundum veram non tuam, que se pessime faltit, arithmeticam, 100. annorum vel amplius fuit Lullus, quando ad Saracenos ad prædicandam fidem se conseruit, vbi res ipsa teste occubuit: licet male obiisse parum pie interpretetur.*

Ita Interpres: qui diligentissimus censor & supputatot adiudicare me hercule desiderat: videtur enim hic plus fluuisse arithmeticæ (cum tamen eiusdem imperitus sit, ut Cap. I. ostendat) quam historia intelligenda vel conciliandæ. Sed fateor nonneminem, cuius ille exemplum est, terrare posse in ferendo iudicio, quot vixerit annos & quando mortuus sit Lullus, nisi legere & disculperit accurate, quæ Auctores grauiissimi de hac re tradiderunt. dicit ergo

INTERPRES: *Mirum est, quomodo vbique in annorum computatione laboris, &c.*

SCHOLION: Tacuisse sanius tuam hanc arithmeticam, Interpres. Vide enim & attende, quan recte Bzouij scripterit, quam immerito tu pro censore te vendires. Verum est, quod aduersus ex Bzouio, Raymundi Lulli crassos intelligentiam sit, explicati. Deinde cum ibi institutur compositio, non ad amissum omnia componenda sunt, certe

non fuit mens Bzouij, aliquo maledicto impetrere, quam satis declarat ultimis suis verbis.

Constat modo hisce Animaduersionibus, quam causa & effreni impetu in Bzouium iuerit Interpres: cuius illum nemo vnguam modestus adspiceret: & fors iniuriam intulit Scotto non minimam, quod libellum prorsus immo modestum modestissimis ipsius monumentis praticeret. Ceterum tanquam in Apologia sua fuerit Cato aliquis, aut (quia Patriarcham suum conatur imitari) S. Franciscus, raro modestia exemplo ita concludit.

INTERPRES: *Timeo carissimorum Scottistarum censuram, quod remissi communis Magistri innocentiam & honorem proprietas, quod ipsius fama detrahentem omnibus quibus porci viis iustis non monorderint: sed condonabunt, si euifid Magistri vestigia secutus aliquid iuriis proprii perdere, quam deimmodestia vel aparente notari egerint.*

SCHOLION. Quid hic Cicero aliquis aut Antonius exclamat, nisi ô Dei arque hominum fidem! Tenetur, tenetur: vel hic si vnuam manifeste arguendus est. Ironice loquitur, & hypocritice, vita dicam. Scit quot infames contumelias euomuerit, & viuere vulnus modestus, non auctor fuit eloqui (quod iudicet Lector an suppleri possit) summe pertulans & immo modestus, veretur, ne post tot cunctia expresa acerrima Scottistarum censuræ sit obnoxius. Tu ne illorum censuræ, quos supra Cap. III. absurditatis arguisti? an alios designas? nempe & hic Scottistarum tibi carissimis infers iniuriam, quasi tam acerbo sint animo, & tam inordaci denite (quod scio, pro tuis loquor, esse fallum) ut timeret debras rigidissimam illorum censuram; cum astimatur sint, ne quidem satia maledictorum hic esse congruum. Si hoc fuit aliquid iurius sui deperdere, nescio quid summo & plusquam summo agere. Sit tamen ita, ut Scottista aliquis te audeat hoc nomine stilo perseguiri; noli agere in illum coniunctis: egotibi subsidiatius ero miles, & candido ac puro sale, quem in his notis, non dubitem, gustauisti, te velut ipse impeterer, ibo excusatum.

CAPUT DVODECIMVM.
Interpres post Scotti vindictas male tentatas afferit Raymundo Lulli sanctitatem & doctrinam.

